Opiologia nova modernis artis medicae principiis superstructa ineffabiles opii sane divini vires et effectus ad omnes corporis cruciatus juxta rationis leges accommodans / Autore T[ilingio] M[edicinae] P[rofessore] cum praefatione Joh. Helff. Jungken.

Contributors

Tiling, Mathias, 1634-1685
Jüngken, Johann Helfrich, 1648-1726

Publication/Creation

Francofurti ad Moenum : Sumptibus Joh. Adolphi & Phil. Wilh. Stockii, 1697.

Persistent URL


https://wellcomecollection.org/works/sqhfhjs2

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


TELLIGI
OPIO
LOGIA
1697







88
XII 2

X/2

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
TILING, M.

C5865/A

XI 2

OPIOLOGIA NOVA

MODERNIS ARTIS MEDICÆ PRINCIPIIS SUPERSTRUCTA

INEFFABILES OPII SANE DIVINI VIRES ET EFFECTUS AD

Omnes corporis cruciatus

juxta rationis leges accommodans.

AUTORE

T. M. P.

Cum Præfatione

JOH. HELFF. JUNGKEN

PHYS. FRANCOFURT.



FRANCOFURTI AD MOENUM

Sumptibus Joh. Adolphi & Phil. Wilh. Stockii

Anno M DC XCVII.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

Lector Benevole,

OPium divinum illud medicamenti genus esse, quo nec ullus rationalis Medicus carere queat, omnium Practicorum modernorum testimonio luculenter patet, nec absque ratione, cum unica sit salutis & quietis anchora, ad quam doloribus attriti & modo non exanimati confugere necesse habent, modo legitimus accedat usus, quem hic noster Autor quoad omnia requisita, juxta artis & experientiæ leges egregie pertractat.

Veteres quidem id virulentiæ & narcoseos accusabant, ita ut adhuc moderno tempore nonnulli in ejus usu tremuli sint, sed vanum esse timi-

timidulorum talium metum, pe
innumera experimenta teſtantu
Practici recentiores.

Sylvius tunc ſuo tempore dixiſſ
fertur, ſe nolle praxin exercere, ſi ca
rere deberet opio; & hoc verum eſſe
nec Medicum rationalem ullo mo
do eo carere poſſe, quivis in Prax
ſua experietur; cum nullo alio mod
exorbitantes humorum motus, eff
ferveſcentiæ & inde dependente
Dyſenteriæ, diarrhoeæ, dolores co
lici nephritici, arthritici, ac hin
deductæ vigiliæ, vel alia dolore mo
do non necantia ſymptomata miti
gari vel demulceri queant:

Aſſentitur Cl. *Ludovici* in ſua mo
derno ſeculo applicanda Pharmacia
de Anodynis ac epiceraſticis agens
ubi inter anodyna jure primum lo
cum præſtantiſſimo opio defert;
quippe quod innocens omninò ex
clamat, licet permultis empyrico

forſa

forsan olim abusus spectantibus, immeritò neglecta, in justeque damnata hodienum extet, ast quanto infantum, gravidarum, Puerperarum, exhaustorum (nec solis semper spirituosis, odoriferis analepticis sopiendorum) senum, item Phtisicorum, Epilepticorum, aliorumque ferina tussi, defluxionibus, colliquationibus, profluviis, superpurgationibus, hæmorrhagiis, diversis humorum & sanguinis effervescentiis, plerisque vagis, fixisque doloribus, &c. penè enectorum damno, hic non dicemus inquit, imo credit, plures ob meticulosam opiatorum & Emeticorum intermissionem, quàm per Empyricorum manus occubuisse.

Legitimus tamen & circumspectus ubique sit præparationis & exhibitionis modus, si radicem morbi attingere, vel symptomata saltem alleviare intendit Medicus; cru-

dum tamẽ etiam neceſſitatis tẽpo
nihilominus ſecurè pronunciat i
Cl. *Ludovici*, modo competem
ſubjecto, morbo, tempore & do
propinetur, prout in his exactiſſi
mus eſt Author noſter.

Prodiit ante viginti & ultra ann
in lucem opera Tillingii M.D. ſingu
laris de opio ſive Laudano opiato li
ber, ſed prout ſua ſæpè ſingularia ha
bent fata, docta licet ſcripta, labo
hic intentionẽ, quam Author vole
bat, haud aſſecutus videbatur, quip
pe plura docti ſanè hujus laboris ex
emplaria quaſi ſepulta & oblivion
ferè tradita ac deliteſcentia reperio
An ullus ex aliis (excipio Cl. No
ſtrum Wedelium: inter quos *Hari
mannus*, *Schenckius*, *Doringius*, &c
melius de opio Laudato ſcripſerit
fortè dubitari poſſet, quippe no

tam

tantum in prima opuſculi parte (in quatuor namq; partes totum diſtinguit opuſculum:) opii originem, appellationem, Formam, Locum, Electionem, Temperamentum &c. determinat, ac in ſecunda, veram opii correctionem, varias laudani opiati deſcriptiones, uſum ac utendi modum, deſcribit; & in tertia, varia & diverſa tradit compoſita, utpote, Aquas deſtillatas, Spiritus, Liquores Emulſiones, Tincturas Elixiria, Decocta, Confectiones, Pillulas, Trochiſcos, Pulveres, Epithemata, Olea Balſama, Unguenta Emplaſtra &c. quæ omnia opium ſua præſentia nobilitat: ſed & in quarta & ultima eos recenſet morbos, varios ſcilicet capitis, Thoracis, Cordis, Ventriculi, Inteſtinorum, Hepatis, Lienis, Renum, Uteri, Articulorum & alios, quorum vehementia nullo alio, quam Divini opii ope coerceri & exoptata quies

recuperari poteſt: Adeoque nil omiſit Author hic, quod deſiderari ullo modo queat, encomio ſuo inde dignus & de meliori nota cuivis artis Medicæ cultori commendandus.

Vale

Σὺν Θεῷ καὶ νῷ.

PRÆLOQVIUM.

PLanta non est creata propter plantam, eleganter ac admodum ingeniosè disserit summus ille naturæ scrutator & interpres *Aristoteles i. d. plant. Cap. 2.* Τὸ φυτὸν οὐκ ἐδημιουργήθη διὰ τὸ φυτὸν: præprimis autem hominis causâ stirpes sunt creatæ, ἔσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς πως τέλος. *Sumus & nos quodammodo omnium naturâ constantium finis.* Ille enim finis rerum naturalium ferè omnium. Idcircò *l. i. c.* 8. postquam de conservatione animalium locutus fuerat, hæc quoque subjungit: Οἰτέον, τὰ τε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκα εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, τῶν ἀνθρώπων χάριν. *Existimandum plantas animalium gratiâ esse, & cætera animalia hominum causâ.* Creatæ nimirum sunt plantæ hominis gratiâ, tum ad ejus voluptatem, tum ad necessitatem in ratione alimenti vel medicamenti. Quod benè secum rerum omnium sator ac sospitator summus Deus in prima Mundi fundatione secundum secretissimum suum consilium perpendit; simul ac enim spatiosissimum & pulcherrimum hoc mundi theatrum Verbo suo omnipotenti ex nihilo formavit ac condidit, tertiâ statim die, etiam antequam animalia & ipse homo existerent, varia & infinita herbarum genera, non eam tantummodo ob causam, ut futuris animantibus pabulum forent, & in corporis cederent nutrimentum, verùm ut vires etiam sanitatem-

que eorum conservarent, & collapsam restituerent
produxit. Quemadmodum enim Architectus aliqui
domum quandam extruere, eandem conservare, & la
bentem reficere potest: ita summus ille hominis Ar
chitectus ipsius non solum formationi, sed & confor
mationi ac refectioni prospicere voluit, quò vitam
sempiternam, in perpetuam sui Creatoris laudem
& celebrationem, sine omni morbo & molestia ag
geret, id qvod liqvidò ex ligno vitæ in medio Pa
radisi plantato colligi potest. Postqvam autem pri
mus omnium nostrorum parens divinam hanc despe
xit munificentiam, ac paternam neglexit voluntatem
dum animo non inferior, sed æqvalis Conditori sui
esse cuperet, deqve arbore vetita scientiæ boni & ma
li contra mandatum divinum comederet, factum est
ut omni Dei misericordiâ excideret, à ligno vitæ ar
ceretur, inqve omnium calamitatum ac miseriarum
cumulum præceps rueret. Hînc qvoqve universum
genus humanum tot morborum myriadibus divexa
tur, tot tamqve variis doloribus objicitur, ut non
vitæ, non corporis pars, non partis fibra ulla sit,
quam non morbus aliqvis peculiaris invadat & exer
ceat, adeo, ut unus homo pluribus sit obnoxius mor
bis, qvam reliqva toto orbe animalia, & vix aliqvis
reperiatur, qvi omnes numerare morbos, aut nomi
na ad eos denotandos sufficientia, exprimere possit.
Respexit verè clementissimus Conditor noster crea
turam suam etiam inobedientem pro misericordia
sua; ne periret funditus, sed tandem agnito lapsu
suo converteretur & viveret, atqve animam ejus pri
mo mulieris semine promisso recreavit, corpori au
tem plurimis modis consuluit: Vestibus qvidem, ne
externis aëris injuriis expositus facilè lęderetur; omnis

verò

verò generis herbis ac ſtirpibus, quę in victum ſalutarem homini cederent, & corporum ſanitatem qvàm diutiſſimè ſervarent incorruptam. At tanta fuit hujus alimenti vis, ea facultas, ut qvi eo veſcerentur, ad centenos aliqvot annos, & qvidem in milleſimum ferè vitam producerent. Eâ autem exiſtente hominum malitiâ ac proterviâ, ut pœnam diluvii non immeritò ſibi ipſis attraherent, omniſqve terra ſubitò aqvarum fluctibus obrueretur, aliamqve acquireret faciem & procul dubio multum de priſtino amitteret vigore, poſt illud Numen altiſſimum Noacho, qvem unicum cum ſuis in diluvio ſervavit incolumem, non oleribus tantum & herbis virentibus, ſed & omnibus, qvæ moventur & vivunt, cibari permiſit. Quoniam verò difficilior eſt, carnium qvàm herbarum concoctio, ut hæc adjuvaretur, vini uſum, qvod *Noachus* omnium primus plantavit, ipſi oſtendit. Utilitates has attigit *Scaliger Exerc.* 205. *Cicero d. Natur. Deor. in fin. Laurembergius lib. de horticultur.* A plantis namqve totius mundi epitome homo accipit pleraqve, qvorum vitæ indiget uſus. Humana imbecillitas opus habet oblectamentis ſenſuum, cibo, potu, medicamentis, amictu, habitatione, ſuppellectili, navigiis. Nihil eſt horum, qvod plantæ nobis de ſuo non largiantur penu: nihil cujus poſſeſſionem iis non feramus acceptam. Plantæ Solares, Lunares, Venereæ, Joviales ſingularem habent affinitatem cum Planetis cœleſtibus. Sidera variis virtutibus imprægnant flores: unde animalia lætis exſurgunt honoribus. Quodlibet Sidus in cœlo cum ſuo flore in terris mirabilem habet ſympathiam, ſtellarumqve influxus flos velut per pyramidem ſuſcipit. In cœlo baſis eſt, in flore conus. Axioma Cabaliſticum docet: Non eſſe her-

bam inferius, quæ non habeat ſtellam ſuam ſuperperius, quæ illi dicat, CRESCE: ROBUR AFFLA HOMINI: ALIMENTUM SUPPEDITA HOMINI.

Hîc forſitan quispiam mihi objiciet, quomodo homini ſalutares ſunt plantæ venenatæ? Per tot noxias herbas frequenti periculo involvitur: pars ingenti incendio viſceribus inſidiatur: pars penetrabili frigore vitæ nectar enervat: latet ſub lectiſſimo virore virus, & ſub blando vere hyemem feralem occultant etiam amœniſſimę florum coronæ. Ubi meritò primò hîc reſpondemus, quòd Deus utatur illis ad poenam & vindictam. *Auguſtinus lib. 1. in Geneſ. ad Manich. c. 3.* Deinde habent & illæ ſuum uſum aliis medicamentiis admiſtæ, teſte *Bodino lib. 2. c. 3. theatri*: & ſi illis prudenter utamur plurimum ſolent adferre utilitatis. *Damaſcen. l. 2. d. orthodox. fid. c. 3.* Tertiò gloriam cum ipſis cœlis narrant. Quartò tandem licèt quędam ſint noxię plantę, illas tamen ſuâ ratione eſſe proficuas homini, dum venenatam & viroſam vim adeptæ in medicamentum variis morbis depellendis diriguntur utiliſſimum, aut dum aliis animalibus in victum condumtur, aut invicem ſibi oppoſitæ homini commodum ſuppeditant adverſus veneficia auxilium. Sic aconitum omnium venenorum ocijſſimum eſt: hoc tamen ſcorpionum ictibus adverſatur. Illius hęc eſt natura, ut hominem interimat, niſi inveniat in homine, qvod perimat, mirumqùe, exitialia venena ambo cum ſint, ambo in homine commori, ut homo ſit ſuperſtes. Quemadmodum verò omnia flumina redeunt in mare, ex quo oriuntur, quædam directè, apertè & immediatè, qvædam indirectè, occultè, mediatè; ſic etiam plantæ propter hominem conditæ, qvædam directè

ce-

cedunt in hominis cibum; ut olera, lactuca, pyra, mala; quædam indirectè, ut venenatæ herbæ, quæ quamvis sint noxiæ respectu complexionis humanæ, suâ naturâ tamen & respectu aliorum animalium tales non sunt, sed maximè proficuæ esse possunt. Hinc ait *Scaliger* Exerc. 142. *si. Quæ avium cibus sunt hominem perimunt.* Et *Exerc.* 152. *si. Cicuta non interimit sturnum*; & viperas scorpionibus nutriri rerum naturalium indagatores asserunt, & sic venenata hæc ab avibus cibi loco assumuntur, qvæ postmodum homini in alimentũ cedunt, in ejusque substantiam convertuntur. In hominis utilitatem etiam indirectè plantæ cedunt, cum animalia bruta iis non ad victum solùm, sed & remedium utuntur. Cervi, qui gramine pascuntur, dictamno extrahunt sagittas: hirundines chelidonii succo restituunt sibi visum. Venenatam autem ac planè virosam facultatem adeptæ plantæ in utilissima ac sæpè sanitati collapsæ restituendæ necessaria rediguntur medicamenta. Sic Mandragora ναρκώσει plena somnum enormium vigiliarum levamen conciliat, & conceptum juvat. Hoc cum optimè cognosceret *Rachel* sterilis, & sororiæ fœcunditatis æmula, pomum Dudaim seu Mandragoræ à sorore *Lea* eblandita est. Persarum animos ad bellum accendit Cicuta, quam Athenis sceleratis propinant hominibus & *Socrati* à Discipulo exhibitam legimus. Quæ Cantharides, vesicæ venena, illæ præparatæ utilissima sunt diuretici præsidii innoxii materia. Papaveris succus, quem Opium nos appellamus, venenum quidem est ac à nobis inter venena refertur, quo se quoque interemisse *Licinium Plinius* est testis, verùm ritè si id præparatum, singulari quâdam antidoto frenatum, ac à sulphure suo narcotico & maligno liberatum sit, phreneticis non auxilium solùm

præstat, dolores mitigat & defluxiones sistit, verùm eas quoque in variis ac fermè omnibus morbis debeel landis curabilibus edit operationes, ut Medicorum nemo virtutes ejus in praxi laudabiles satis sufficien ter exprimere queat. Unde ritè præparatum opium vocatur Laudanum opiatum, quasi nunquam satis lau dandum opiatum. Hinc ob egregias & nunquam sa tis effabiles suas virtutes, quas præstat in iis curan dis morbis gravissimis, quos medicamenta cætera et iam præstantissima intactos relinquunt, aliis quoqu medicamentis multis præfertur parasangis, interqu secreta omnium secretissimum ac donum divinum cœ litùs delapsum ac nobis ex singulari ac speciali D favore & gratiâ, ut etiam post miserrimum homi nis primi lapsum favoris ac gratiæ suæ igniculo, in sa nitate nostra conservanda ac collapsa restituenda frueremur, à sanioribus Medicis, ac omnibus lau danum hoc opiatum venerantibus, concessum habe tur.

Habemus quidem hoc seculo ex triplici regno, mi nerali, vegetabili & animali præstantissima ac nobili sima petita medicamenta, in quibus elaborandis tàm Galenicorum qvàm Chymistarum schola multum im pendit operæ, quę etiam in quibusdam morbis mul tum valent, nec culpanda veniunt, præterquam, quòd ab ipsis plerumque nimis in cœlum extollantur, ac si ta essent comparata, ut omnes, etiam planè incurabi les & Medicorum manus auxiliares respuentes morbo in sanitatem puram ac omnibus numeris absolutam convertere possent. Ex quorum numero, paucis Ca tharticis, vomitoriis nec non sudoriferis sepositis, e hâc vice erunt eligenda: Arcanum sive Essentia per larum, Tincturæ corallorum, Lapidis Bezoar, Anti

mo

monii, Tartari, Chalybis, Aurum potabile, Elixir ſulphuris, Balſamus ſulphuris Aniſatus, Spiritus ſalis armoniaci ſalſus & acidus, Mixtura ſimplex, Confectio alchermes, & demum Electuarium noſtrum pretioſum, cujus deſcriptionem poſtea ſumus tradituri; quæ ſanè omnia virtutibus quoque pollent inſignibus, mirabileſque in ægrotantium corporibus ad ſanitatem reſtituendam effectus præbent.

Quid enim primùm de hoc perlarum Arcano ſive Eſſentia dicam? Ad cordis certè affectus, utpote ejus dolorem, anguſtiam, tremorem, pulſationem, palpitationem, & animi deliquia &c. Item in capitis dolore graviſſimo, vertigine, epilepſia, apoplexia, paralyſi, contracturis, nervorum reſolutione, convulſione, phrenitide, melancholia, mania, atthritide, podagra, tabe, aridura, marcore ſenili, calculo, hydrope, ſcorbuto, morbo Gallico, febribus &c. ſummum eſt confortativum. Sanguinem enim purificat, eumque rubicundiorem atque ſpirituoſiorem efficit. Omnes ſenſus, potiſſimum internos, cerebrum, memoriam & cor confortat, totumque corpus ſanum conſervat. Naturam internam & fœtum in utero quoque fortificat, ſpiritus omnes corroborat, vires reparat, ſemen humanum auget: lac muliebre accumulat, ac emendat: Catarrhos abſumit. Et hoc perlarum arcanum hactenus à multis Magnatibus ſatis eſt comprobatum, inſtar ſecreti æſtimatum, auroque potabili in effectu æquiparatum.

Nec huic valore ac virtute inferior eſt vera Corallorum Tinctura. Quâ nobiliſſimâ & pretioſiſſimâ eſſentiâ hactenus ſe extulerunt Artifices Hermetici. Uſurparunt enim eandem contra phantaſiam, epilepſiam & melancholiam felici cum ſucceſſu

ac magno emolumento: qvoniam mundificat & renovat pleniſſimè ſangvinem in toto humano corpore: ſtrenuè etiam reſiſtit omnibus defectibus ex putredine & corrupto ſanguine orientibus, omnesque morbos internos radicitus evellit. Confortat quoque ſeptem membra principalia, præſertim autem cor & vitales ſpiritus, qvos contra venenum & omnes malos & periculoſos caſus munit: item obſtructiones omnes in membris ac partibus præcipuis, ut pulmone, hepate, liene & renibus mirificè reſerat, & inflammationes compeſcit. Febrium æſtum extinguit, earumqûe materiam conſumit. In vehementiſſima ſuffocatione matricis, menſtruis ſuperfluis, dyſenteria, in omni fluxu hepatico, ac ſanguinis fluxu quocunque, hydrope, paralyſi, ſcorbuto, lue venerea, lepra, gonorrhæa, ſpaſmo & ſangvine concreto, medicamentum hæc Tinctura divinum, nec unquam ſatis prædicandum eſt. In febribus etiam peſtilentialibus eſt arcanum ſummum, id quod de ſe teſtatum facit *Anshelmus Boodt in ſuo d. Gemm. Tractat*: dum inquit: Ego certè teſtari poſſum, me, cum extremè febri peſtilenti decumberem, animique deliquia ſingulis momentis haberem, quatuorque dies ac noctes absque omni ſomno habuiſſem, omnesque adſtantes de mea ſalute deſperarent, me ſex guttulis tincturæ coralliorum cum decoctione violarum ex cochleari propinatis, extemplò & quaſi miraculoſè fuiſſe liberatum. Quamprimum enim duo cochlearia tincturæ ſumpſeram, cordis ſpiritus ita recreari, & naturę gratiſſimum qvippiam acceſſiſſe, ac omnia prȩcordia ſubiiſſe ſenſi, ut illicò qvaſi luce depulſis tenebris morbi vim medicaminis efficaciâ manifeſtè abiiſſe perciperem. Sudorem enim & criſin movebat, maculasque quàm plurimas purpureas ad cutim

tim pellebat. Quibus sudore continuo deletis, brevi pristinam valetudinem recuperabam.

Cum ad Lapidis Bezoar Tincturam accedo, nobilissima & plusquam Regia Medicina mihi occurrit, qvoniam contra omne venenum cujuscunque generis, si ritè ac juxta Cl. *Mynsichti* processum sit præparata, validissimæ virtutis & efficaciæ est. Præprimis autem vapores venenatâ putredine noxios pestiferasque infectiones, in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infestas, per sudorem ac insensibiles exhalationes expellit, nec non cor, cæterasque partes interiores principales corroborat. Probatissima hæc tinctura quoq; invenitur contra omnis generis subitaneos & veneno pestilentiali valdè periculosos affectus, febres nimirum petechiales, variolas, morbillos, pleuritidem epidemiam ac malignam, morbum Ungaricum, omnesque alios ex dictis malis enascentes morbos; uti nec minus contra erysipelas, & alia symptomata venenosa, ubi diaphoretica Bezoartica putredini & malignitati virulentæ resistentia ac sanguinem mundificantia requiruntur, magnâ virtute operatur. Nobilissimi hujus Medicaminis dosis à ℈j ad ʒj in Aqva qvadam Cordiali & Alexipharmaca esse potest. Datur autem ægrotis ita bibendum, ut habetur, haud calefactum, idque summo mane, vel etiam, si necessitas postulet, alio diei tempore; habitâ tamen ratione, ne vires ęgrotantium sint nimis exhaustæ, tum ut calescat æger & sudet, qvantum sine virium decremento & debilitatione nimia fieri potest. Insuper medicamentum hoc Regium, secundâ, tertiâ, pluribusqve vicibus, pro infirmorum conditione in omnibus complexionibus & corporum constitutionibus, gravidis etiam mulieribus, puerulis & infantibus absq; omni periculo propinari & adhiberi potest;

si præsertim morbi status talis, ut cætera medicamenta alexipharmaca calida & antidota theriacalia locum invenire nequeant. Quod si ęgrotantium conditio requirere videretur, ut venæ sectio præcedat, vel per vomitoria aut cathartica purgetur corpus & evacuetur, expedirri id prius poterit & postea sudoriferum istud usurpari. Si itidem ejusmodi corporis constitutione esset æger, ut sudare per naturam non posset, ut multi interdum reperiuntur, iste cumulatis tegumentis aliisve ad sudandum compelli non debet, cum evenire possit, ut arcanum hoc mirabili planè modo vel per vomitum, vel secessum, vel per urinam aliamve insensibilem perspirationem operetur, vel instar vulnerarii pestilentialis pharmaci materiam peccantem à centro ad emunctoria sua extra corpus propellat, atque ita nihilo secius malignitatem invadat, adeoque eundem hîc fructum progeneret, quem in aliis subjectis sudorem inde emittentibus.

Quòd si verò Thrasones quipiam, cognitionis rerum naturalium secretiorum præsertim rudes & ignari hîc insurgant; qui medicamenti hujus divinii efficaciam credere nollent, aut nequirent, isti probent hoc modo: Venenum exhibeant columbæ, gallinæ, cani, feli, vel alii animali, quod cum jacet jam jam moriturum, tunc eidem de hac tinctura nobilissima exhibeant in vehiculo appropriato, & videbunt, quid auspice Creatore suo, sit effectura. Quod sæpenumerò à curiosis rerum naturalium speculatoribus probatum; & per Dei gratiam medicamentum hoc divinum apud infectos in morbis acutis, peste, petechiis, venenis haustis &c. mira præstat.

Quæ hanc sequitur Tinctura Antimonii est, ac di-

divinâ efficaciâ haud inferior laúdatur; pretioſiſſima ſanè eſt, ac cujus virtutes eximiam merentur laudem. In epilepſia, melancholia, mania, philtris & venenis hauſtis, peſte & febribus acutis mirè operatur. Inſuper medicamentum ſanè ad reſtaurationem & renovationem totius corporis humani laudatiſſimum, ſi in convenienti præſertim vehiculo guttulæ ejus 4. 5. 6. vel 8. exhibeantur. Omnes etenim vitioſos humores ex corpore humano expellit, ſanguinem purificat, & qvidem ſine ulla evacuatione manifeſta, ſolâ pravorum humorum correctione, ſuccedente paulatim ſudore ſpontaneo, fœtido quidem primùm, ſed deinde rurſus naturali; hepatis obſtructionibus opitulatur, hydropem tollit ac diſſipat; Icterum curat, morpheam ac lepram tollit, & pro qua eliminanda nihil ferè præſtantius reperire licet; lienem rectificat; Scorbuto medetur; Matricis dolores ſedat, menſes movet, calculos frangit, & alia infinita præclara ſubſidia præſtat.

Huic in operationibus ſuis laudabilibus ferè ſimiles ſunt Tinctuꝛę Tartari & Chalybis. Et Tinctura quidem Tartari veſicam & renes à ſuperfluis humoribus liberat, atqve calculos, urinam largiter promovendo, & ſanitatem conſervando, rumpit, conterit, farineq; inſtar expellit. Omnes etiam obſtructiones & putrefactiones præ omnibus ferè aliis medicamentis & arcanis, totum penetrando & roborando corpus egregiè tollit. A paralyſi & podagra imprimis præſervat, ſi bis qvotidiè, manè ſcilicet & veſperi exhibeatur per ſe, vel in liqvoribus ſpecificis. Inſuper in purificatione ac rectificatione ſangvinis, dolore capitis, lienis obſtructionibus, ſcorbuto, hydrope, ictero tàm flavo qvàm ni-

nigro, colica, erysipelate, lepra, lue venerea, scabie, pruritu, serpigine, lentigine, mensibus retentis, pleuritide, puncturis laterum, febribus, contracturis, arthritide, cæterisque morbis tartareis & aliis venenatis multum facit, & est medicamentum nunquam satis laudatum. Hujusmodi autem Medicamenti divini dosin ratio ætatis, sexûs, complexionis ac similes circumstantiæ augent minuuntve.

Chalybis verò excellentissima ac virtuosissima Tinctura efficaciam obtinet singularem aperiendi, dissolvendi & exiccandi, quo nomine non præstanti solùm cum fructu & emolumento in hepatis, lienis & venarum ac arteriarum meseraicarum oppilationibus inveteratis, sed ad tumores etiam duros, scirrhosos resolvendos ac consumendos, ad exiccanda etiam & roborranda loca superfluis humiditatibus gravata ac debilitata feliciter exhibetur. Præterea singularem habet proprietatem attenuandi, solvendi, & præparandi atros humores in corpore fluentes. Ideò experimentum quoque habetur in curatione melancholiæ, icteri nigri, quartanæ febris, aliorumque adfectuum ex superfluitate, obturatione, putrefactione similibusque humiditatibus subortorum. Aperit etiam modo singulari obstructas uteri venas ac arterias, & impedita hinc menstrua provocat ac promovet. Experimentum quoque nobile est hæc tinctura in febri alba sive chlorosi vel morbo virgineo, cachexia, corporum tumoribus & hydropis principiis. Partes etiam genitales in viris & mulieribus superfluis humiditatibus relaxatas & debilitatas corroborat. Utilissimum demum quoq; est tàm contra gonorrhæam inveteratam, quàm diuturnum uteri fluxum album & fœtentem. Tinctura hæc Chalybis verè præparata, si vino Rhenano mis-

sce-

sceatur justâ qvantitate, atro illud colore tingit. Si verò per chartam vinum filtretur, fit rursum clarum & dilucidum; nec minus tamen vi martiali fortem retinet gustum, estque virtutis & efficaciæ parilis, atq; adeò in omnibus illis adfectibus, ubi aquę Spadanæ, acidulę ferreę, vel alię similes minerã martis continentes aquę naturales, à Medicis practicis summè laudantur, ægrotantibus, omnibusque adfectibus supra relatis correptis, propinari potest. Ubi enim primò corpus per appropriatum purgans decenter evacuatum, vena etiam aliqva, si opus, ad aperta, tum deinde per aliquot dies de vino illo Martiali plusculum potatum, & bona dięta simul observata fuerit, ibi tum eadem omninò effecta, quæ ab illis è terra promanantibus aqvis præstari unqvam possint, æque operatur.

Quid multum de Auro potabili differam? Hæc inter supremas præcipua est Medicina, tantamque vim possidet, ut cætera medicamina, quamvis præstantissima qvoqve ac nobilissima, huic meritò cedant, locumqve supremum spontè offerant. Conservandæ hominum sanitati maximè & unicè inservit, illiqve proficuam operam præbet: Multos jam corporis defectus & ægritudines, intrinsecus originem trahentes, constantissimè, felicissimè & summa cum admiratione curat: totam sanitatem collapsam renovat & conservat: omnes in homine spiritus tàm vitales qvàm animales reficit: malas humiditates in sanguine stagnantes absumit: homines melancholicos ac tristes hilares facit, iisque bonum sanguinem impertit. Est specificum cordiale, talisque nobilissimus Chymiæ thesaurus, pro quo Deo Optimo Maximo ingentes gratię meritò sunt agendę.

Similem verò nobilitatem ac præstantiam cum Au-

ro hoc potabili obtinet etiam Argentum potabile, quod anima lunæ vera in re ipsa existit. Curat enim epilepsiam ac omnium lunaticorum morborum sentinam tàm in genere quàm in specie everrit: Curas graves cerebrum nimis debilitantes ac fatigantes dissipellit. Somno inquieto resistit etiam: Catarrhos, nimiasque in cerebro superfluitates consumit: auriùm susurrum placat, lenemque auditui aditum facit. Cerebrum confortat, oblivionemque relegat: debilem memoriam recreat: vertiginem, mœrorem, & omnem melancholiæ multiformis colluviem exterminat. Est specificum Cephalicum, quod unicum unamquamque naturam ab omnibus periculosissimis capitis adfectibus, curare & præservare potest. Est denique pretiosus & nobilis thesaurus, morbis & imbecillitatibus quamplurimis remedium sæpè divinum præbens.

Elixir quoque Sulphuris, quod ex nobilissimorum etiam medicamentorum jam supra laudatorum numero est, in adfectibus thoracis & pulmonis miranda certè præstat. Pectus enim singulari virtute, ut sæpius ex usu ipsius in praxi observavi, ab impuritatibus & catarrhis mundificat.

Tussim tàm inveteratam quàm recentem tollit, phtisicis, melancholicis, supra rationem mœstis, cardiacis in genere subvenit, iisque lætitiam adfert. Coarctationem anhelitus antiquam & asthma chronicum radicitùs evellit. Cor insuper confortat, & à putredine præservat, vitam prolongat, & canitiem retardat. Nec est, quòd hîc acredinem tussim provocantem metuamus, ea etenim ad resolutionem necessaria, moxque alleviatio sequitur. Egregiè ac commodissime Sulphuris hoc Elixir nobilissimum in aquis & syrupis pectoralibus offertur, cum

per

per se nullus ejus sit usus, sed semper cum vehiculo appropriato sumatur. Dosis autem seu modus exhibitionis in eo consistit, quando aquæ vel syrupi pectoralis, cui Elixir hoc admixtum, sapor in acidum mutatur.

In Balsamo quoque Sulphuris Anisato, quem omnes solertissimi Chymici magni æstimant, sunt omnes virtutes Balsami naturalis, & vis confortativa maxima. Est enim Balsamum perfectissimum moderatè calefaciens, siccans, & à putredine conservans; ideò in catarrhis pectoralibus, asthmate, tussi, phtisi, pleuritide, colica, peste, febribus, morbis epidemicis & malignis, epilepsia, lue venerea, nec non in omnibus apostematibus & internis corporis putrefactionibus miranda præter spem nostram præstat.

Spiritus Salis armoniaci salsus & acidus, itemq; Mixtura simplex Diaphoretica, sunt quoque ex iis, quæ à nobis, cęteris planè non exclusis, inter prȩcipua ac virtute præstantia tractantur. Trifolium hoc ingeniosissimis ac artificiosis Chymicis satis ob laudabilem ejus efficaciam ac virtutem notum est. Spiritus namque salis armoniaci primus, qui dicitur salsus præstantissimum ac feliciſſimum remedium est; à putredine enim corpus humanum ejusque humores præservat, fermenta acida omnia extinguit, passionibus hystericis, epilepticis, apoplecticis medetur, quandoq; solo odore penetrabili ac summâ volatilitate. Alter verò qui vocatur acidus magnarum qvoqve est virium in lienis, hepatis, mesenterii obstructionibus, scorbuto, hydrope; in febribus cùm continuis tùm intermittentibus, passione colica, nephritide, atqve in pluribus aliis corporis humani adfectibus, qvi aliqva ab obstructione ortum ducunt.

Mixtura verò simplex Diaphoretica medicamentum effi-

efficaciſſimum ac nobiliſſimum eſt : In epilepſia pre
ſentaneum eſt remedium : pleuriticis etiam ſumm
conducit. Omnes obſtructiones viſcerum mirific
reſerat; omne etiam venenum à corde ad exteriorr
partes per ſudores expellit. Inflammationes & febri
um æſtus ſedat ac compeſcit, earumqve etiam matte
riam conſumit. Melancholicis prodeſt cum aqva bu
gloſſ.aut borrag.. Matricem frigidam calefacit,aſcen
ſum ejus curat : Menſtrua provocat, ſuperfluaqve ſi
ſtit. In ſumma, in infinitis graviſſimis morbis eſt dia
phoreticum præſtantiſſimum; partium enim tenuitat
citiſſimè abſqve ulla moleſtia univerſum corpus pene
trat. Doſis hujus mixturæ eſt ʒj. in liqvore conveni
ente aut vehiculo, pro perſonarum vel adfectuum va
rietate adminiſtrata.

Qvod demùm ad confectionem Alchermes & Elle
ctuarium noſtrum pretioſum ſpectat, nobilioris qve
qve indolis & efficaciæ ineffabilis ferè ſunt. Confectio
etenim Alchermes, ſive ſit Monſpelienſis vel Lugdu
nenſis, cum ſigillis allata, qvæ ceteris nobiliores ha
bentur, cor ac vitales vires validè roborat, ob id syn
copen qvoqve & cordis palpitationes pellit, cerebr
qvoqve ac animali facultati langvidæ eximiè ſuccurrit
nec non ab apoplexia & epileſia preſervat. Datur Me
lancholicis, mœſtis, tædio & ſqvalore confectis, ſpon
tè illachrymantibus, meticuloſis ac triſtibus ; lætiti
am namque cum hilaritate parit, atque animum gaudii
reficit.

Electuarium verò noſtrum pretioſum , cujus de
ſcriptionem poſtea in ægrotantium ac miſerrimè lect
affixorum gratiam ac emolumentum, liberè ac lubent
ter ſine ulla invidiæ ſpe ſumus communicaturi, contr
tremorem & cordis pulſationem cordiale eſt nobiliſſi
mum

mum; item ad animi deliquia Medicamentum mirabilius, prętstantius ac efficacius in tota Republica medica non reperitur, cujus feliciſſimum effectum jam multoties in praxi obſervavimus. Datur magno juvamine à ℥ß ad ℥j per ſe, vel in vehiculis appropriatis, ſenibus, debilibus & ægris convaleſcentibus. Quoniam ſpiritus vitales ac animales in omnibus membris recreat atque fortificat: humidum radicale renovat; voluptatem parit: vertiginis, epilepſię, apoplexiæ, leprę, podagræ, ſcorbuti & hydropis verum prophylacticum exiſtit.

Licèt verò jam ſupra enumerata pharmaca omnia ſint nobiliſſima, feliciſſimasque operationes planè ad votum noſtrum edant, attamen medicamentum illud divinum, cœlitùs delapſum, nobisque ex gratia ſingulari donatum, quod Laudanum vocatur opiatum interdum hęcce omnia ſuâ nobilitate, virtute egregiâ felicique ſuo eventu longè ſuperat, præſtatque ea, quæ à ſuperioribus exſpectari non poſſent; & quod ſuperiora jam recenſita non præſtant, hoc Laudanum opiatum, præſertim ſi ritè ſit pręparatum, ſuisque corrigentibus & confortantibus cæterisque appropriatis imbutum, in effectu ac reipſa luculenter exhibet. Eſt, ut poſtea fuſius *Cap. I. Part. I.* ſumus explicaturi, Laudanum opiatum medicamentum planè ſtupendum; in ſiſtendis enim omnibus humorum & catarrhorum profluviis, ſanguinis & menſtruorum excretionibus: in vigiliis & inquietudinibus immodicis, & in omnium febrium generibus, viriumque reſolutionibus: in phreneſi, dolore capitis intenſiſſimo, mania, melancholia, epilepſia, cardiaca, ſingultu, colica, debilitato ventriculo, pleuritide, ſcorbuto, hydrope, hepatis ac lienis doloribus vehementiſſimis, gonagra, poda-

gra, iſchiaſi, lithiaſi & nephritide, cęterisque aliis mo
bis innumeris miranda præſtat. Quoniam in ſedam
omnibus vehementiſſimis & acutiſſimis doloribus
vinum eſt auxilium & quaſi ultimum aſylum. Illuſtriu
præſentius, tutius & ſecretius Anodynum & remediu
Catholicum in Republica Spagyrica vix excogitari p
teſt; teſtor rerum Medicarum ipſiſſimam matrem, ea
demque nutricem experientiam; propterea ad gloria
altiſſimi & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo uti,
pro eo Deo altiſſimo gratias agere poſſumus.

Helmontius libro Butler inſcripto, in familia vege
bili eſſe Chamæleontem, itemque perficariam, quæ
lo attritu dolores atroces confeſtim tollant, vel ſaltt
ſublevent, ſcribit. Vidit os brachii bufonis ſtatim p
mo contactu odontalgiam tollere, nonnulla morb
caducum ſimilesque calamitates auferre. Credidit itt
& in herbacea familia remedium latere pro omni mo
bo, & ſanè particularium energiam obtinere: neq
quam autem adſcendere ad univerſalem auguſtam
in omnem morbum gubernationem. Ad mineralii
ergò proſapiam tranſcurrit. *Ioſeph. Quercetanus Lullium*
imitatur *lib. d vet. medicin. ver. materia philoſoph. præ
rationis modo ejusq; in morbis ſanandis potentia*, ex qui
vini eſſentia univerſalem medicinam propoſuit, & ha
eſſe verum à priſcis inventum philoſophorum lapid
ſtatuit. Nos ex vegetabili ſucco habemus larga Dei
tiſſimi donatione medicamentum, Laudanum ſcili
noſtrum Opiatum, quod ritè præparatum dolores m
ſaltem atrociſſimos celeriter tollit, verùm quod eti
univerſalis inſtar medicinæ haberi poteſt; pro mira
enim diverſæ ſuæ naturę potentia mox dolores plac
mox humorum fluxiones ſiſtit, easq; concitat, mox
vum ſiſtit, mox eam ſolvit, mox obſtructiones in viſ
rib

ribus efficit, mox eaſdem iterum aperit. Mirabilis ſanè naturæ eſt, eaque ſæpè felici ſuo eventu præſtat, quæ planè præter medicorum ac ægrotantium ſpem eveniunt, quo ipſo etiam medicamenta alia antea jam adhibita, etſi nobiliſſima & præſtantiſſima, quaſi illuduntur, eóque in efficaciora videntur.

Per magni autem intereſt, ut Laudanum hoc noſtrum Opiatum ſit ritè præparatum, inque ſua juſta & exacta doſi ęgrotanti offeratur, ſi enim uno ſaltem grano excedat, tum de facili ægrotanti mortem ſomnumque perpetuum adfert. Et hanc ob cauſam hominum quoque vulgus, audito nobili ac egregio hujus medicamenti nomine, inſcitum comprotenus ad convitia ſtolidè convertitur, ęterni ſoporis, è quo redeat, evigiletque nemo, eq; ſtygia palude delibatum poculum propinari, vociferatur, minimè intelligens, quod dextrè à peritis uſurpatum, ſit adverſus extrema vitę diſcrimina opitulatrix Deorum dextra, quô rationaliter uſurpato, nemo periit, pluresque memorando exemplo ad miraculum ex orci faucibus retracti & vitę redonati ſunt. Nec hoc ſolum apud vulgus fit, verùm inter Medicos etiam, praxin non ignavè facientes, quod turpe dictu & auditu per moleſtum eſt, tanta ſępe æmulationum igniculari incendia, ut mutuiter convitiandi materiam ex hujus Laudani Opiati uſurpatione mutuentur, ac medicamento hoc ſaluberrimo infamiam odiumque apud vulgus, ſibi verò ſuſpiciones, morſiunculas, & nominis notam ruinamque comparent. Quo ipſo, inquam, non ſolum ſibi mutuiter, ſed univerſæ arti convicium faciunt, atq; id unicè agunt, ut apud omnes promiſcuè vapulet & malè audiat omnium ſcientiarum nobiliſſima, in mortis morborumq; vindicias, humano generi divinitùs & ſalutariter indulta medicina. Quocirca

non abs re *Hippocrates* eorum bipartitam faciebat clas-
sem, quorum meritò ars medica proculcetur infamia;
altera verò sequius siniſteriusque de re perperam intel-
lecta judicantium est. Divini Senis *in lege* hæc sunt
verba: *Omnium profectò artium nobiliſſima est medicina.*
Verùm propter eorum, qui eam exercent, ignorantiam, eo-
rumq; qui temerè de hac judicant, omnibus artibus jam
longè inferior habetur, cujus erroris iſta potiſſimum mihi vi-
detur eſſe cauſa, quod ſoli arti medicæ nulla in urbibus præ-
terquam ignominiæ præfinita eſt pœna, ſic ſunt medici ne-
mine multare ipſâ perpauci.

Cum igitur Laudanum opiatum tanti sit ponderis
tamque egregias in corporis humani adfectibus sanan-
dis præstet utilitates, multaque, præter Medicorum
ac miserrimè ægrotantium spem, miranda sub curatio-
ne ab eo accidant, mentem nostram de nobiliſſimo &
planè divino hocce medicamento, quod dicitur Lau-
danum opiatum, sub Libro hujusmodi parvo & sin-
gulari explicare nobis propoſuimus. Iſtum verò Li-
brum, prælucente Divinâ Gratiâ, in quatuor diviſu-
ri sumus partes, quarum prima Laudani opiati Origi-
nem, ejusque ingentem ad quascunque corporis hu-
mani ægrimonias utilitatem, opii item naturam & es-
sentiam in genere exponet. Altera legitimam opii cor-
rectionem exhibebit: varias Laudani opiati deſcripti-
ones à Medicis tàm Galenicis quàm Spagyricis magni
æstimatas proponet: Laudani quoque opiati quanti-
tatem & utendi modum monstrabit: Laudani præser-
tim nostri opiati paradigma tradet, idque ad virum see-
cabit, & penitus examinabit, viresque ejus nobiliſſima
enarrabit: aliud sine opio Laudanum ventilabit: Cau-
telas tandem, quæ circa ejus usum sunt obſervandæ
manifeſtabit. Tertia varias Medicamentorum opia-
torum

torum compositiones, quas scilicet Laudanum opiatum, vel opium ipsum ingreditur, eorumque singulares virtutes exhibebit. Quarta tandem morbos omnes & singulos, in quibus egregias suas virtutes Laudanum opiatum exserit, partim secundum rationis normam, partim secundum observationum variarum à nobismetipsis & aliis viris in medicina præstantissimis, fide dignis & expertis, comprobatarum certitudinem exhibebit.

PARS PRIMA.

Laudani opiati Originem, ejusque ingentem ad quascunque corporis humani ægrimonias utilitatem, opii item naturam & essentiam in genere exponit.

CAP. I.

De Laudani opiati origine ejusque encomio ac summa laude, quæ in ingenti ad varios corporis morbos utilitate consistit.

FAmosissimum ac nobilissimum nostrum medicamentum, cujus naturam ac egregias vixque effabiles virtutes explicare suscepimus, Laudanum opiatum appellatur. Dicitur autem Laudanum quasi laude dignum, vel laudatum medicamentum. Laudabile hocce medicamentum, ut *Crollius* in *Basilic. sua Chym.* loquitur, planè suo respondet nomini, si laudanum dicas. In hasce laudes invehitur *Libavius Syntagm. l. 8. c. 44.* Barbaricæ insolentiæ vox est, inquit, Laudanum, & Paracelsicæ conveniens dementiæ. Lauda-

num pro laudato aut laude digno nullus Latinus dixe
rit. Rectius Extractum Opii correctum, vel Latinorum
more, rectius & magis laudatum opii medicamentum
dici potest. Cl. *Schroderus Pharmacop. Medico-Chymic.*
lib. 4. *class.* 2. Laudanum illud Opiatum extractum opi
admixtione alexipharmacorum, cordialium, & simi
correctum vocat. Dici autem Laudanum putat qua
laudatum Medicamentû ob insignes operationes, qvæ
vel in gravissimis morbis præstat, quales sunt 1. dolo
res sedare. 2. somnum inducere. 3. Omnes fluxiones s
stere. 4. ardorem mitigare, 5. naturam confortare, ii
quietos spiritus in phrenitide, arthritide, epilepsia &
mil. compescere. Extractum hoc Narcoticum ait *Begu*
inus cap 9. *Tyrocin. Chym.* dicitur Laudanum quasi lau
datum remedium, ob insignes scilicet effectus, qui
in gravissimis morbis & doloribus sępissimè conspic
mus. Aliqui Nepenthes vocant. Testatur enim
Homerus Odyss. 4. remedium tali nomine insignitum
Helenæ fuisse, quo omnes cordis languores & ægritu
dines abegerit, & jucundam hilaritatem lætitiamq
induxerit. Vocatur ergò ab eo ἄχολον τε κακῶν ἐπ
λήδον ἁπάντων, bile & molestiâ liberans, ac omnium
malorum oblivionem inducens. Tale etiam est Lau
danum Opiatum.

Laudanum hocce verè laudatum *Theodorus Zwin*
gerus vir summus & insignis Medicus primùm illud ap
pellari censuit Nepenthes nomine, ab anodyna scilic
sua facultate, qvod latinè sonat qvasi nullus luctus;
summos autem & admirabiles effectus, qvos exer
Laudanum ei aptissimè & summo jure competere scri
bit *Christoph. Glückradius* Comm. *in cap.* 9. *Tyrocin.*
Chym. Beguin.

Clarissimus autem *Beguinus, cap. jam cit.* Paregori
cus

cum hoc insigne Extractum qvoqve Narcoticum vocitat, qvamvis minus convenienter secundum *Christophori Glückradti* opinionem, siqvidem qvalitas ejus narcotica & soporifera dependet potius à sulphure qvodam βδολγισῳ, fœtido & immaturo, qvo opium plurimum abundat, qvàm à causa qvadam frigida. Nam & fumus sulphureus carbonum, & vapor sulphureus tàm vini qvàm croci multò citiùs hominem in somnum præcipitabunt profundum & lethalem, qvàm aqva nivis, aut glacies montium quantumvis in summo excessu frigidissima. Hęc enim frigiditas caret spiritibus vaporosis & sulphureis, qvi cerebri ventriculos opplẽtes, ejusmodi soporiferas inducunt affectiones. Odor præterea opii fœtidus certissimus index est ejus, qvi in eo inest, copiosi sulphuris & olei. Qvapropter separato & dempto hoc sulphure fœtido, opium hoc in anodynum præstantissimum evadet, siqvidem causâ narcoseos sublatâ, necesse est, ipsa qvoqve narcosis tollatur, ut hînc manifestè eorum error apparet, qvi narcotica ab anodynis non distingvunt, cum tamen ipse *Renodeus instit. pharmaceut. l. 3. c. 13.* profiteri cogatur, narcotica improprie, ac solùm nominetenus anodyna vocari.

Qvum autem anodyna communiter sunt paregorica, qvæcunq; dolorem tollunt: doloris verò cruciatuumq; enormes passiones leni introducto somno plerumq; cõsopiuntur, ac sæpe etiam, dũ qviescit cum corpore morbus, simul dolorum causæ extirpantur; ideò multum situm est in mitigationum momento.

Qvicunq; igitur essentiale anodynum (non allioticũ, aut narcoticum) rite recteqve pręparatum, ipsi naturæ conveniẽter applicare poterit, is meritò gaudebit, se instructum thesauro Attalico possidere panacæam ad obliterandum qvoscvnq; tàm internos, qvàm externos

eruciatus; ad id autem in acie novaculæ tanquam ad ſa
cram ſalutis anchoram confugere poterit, nec colica
lumbago, vigilię, delirium, cardialgia, febrium ii
quietudines, vomitus, pleuritides, arthritis, calculu
uteri ſuffocatio, morbus comitialis ſeu Herculeus,
liique quàmplurimi adfectus repugnabunt. Quo
ipſum ſanè memorabile illud exemplum *Quercetan*
in *pharmacop. cap. 23. circa finem* confirmat, quod i
ſe habet: Matrona quædam ampliſſima, nec infim
loco nata, gravi quodam adfectu hyſterico correpta
intolerabilibus continenter affligebatur doloribu
convulſivis, qui neque Philonio, neque pilulis Cyn
gloſſæ, neque aliis remediis, ſive internis, ſive exte
nis, mitigari poterant. Tandem nobis confugie
dum fuit ad Nepenthes noſtrum: ex cujus uſu cont
nuo prædicta matrona per quinque ſexve menſes, ſin
gulis noctibus ſemel, & interdum bis nullum unqua
in capite ſtuporem perſentiebat, neque etiam ſpe ſu
fruſtrabatur unquam in doloribus ſubitò ſedandis,
quiete corpori concilianda; interdum quidem ipſi, fal
lendi cauſâ, pilulam aliam utcunque animi cauſâ form
tam, & magnitudine ac colore, veris Nepenthes pilu
lis reſpondentem exhibebamus; ſed ſequentem tota
noctem inde lamentando & ejulando miſerè tranſige
bat. Unde altero die poſt, certa gravique objurgatio
ne, verbisque ſatis aſperis ac duris nos excipiebat, ſe
que immeritò à nobis deluſam, & noſtra culpa & per
miſſione, per totam noctem tantis doloribus & cru
ciatibus exagitatam conquerebatur. Quæ omni
à nobis eum in finem dicuntur, ut oculis omni
um objiciamus tàm præclaros & infallibiles Nep
penthes noſtri effectus, quod unius tantum gra
piperis magnitudine exhibetur, contra omnes dolore

à qua

à quacunque causa ortos. Rectè ergò *Libavius* rerum medicinalium & chymicarum æstimator judiciosissimus *de Laudanis* in genere ita differit: ea sive anodynâ vi valeant, sive narcoticâ, certum est esse antalgica & salubriter dari contra dolores, si simul peritè & prudenter tùm pręparentur, tùm exhibeantur. Hînc à *Zvvingero* nomen honorarium Nepenthes consecuta sunt.

Dicitur autem opiatum à basi sua præcipua videlicet opio, quod Laudanum opiatum potissimum ingreditur, ac à quo nomen hoc famosissimum accipit. Omnia etenim medicamenta, quæ opium recipiunt, ut theriaca, mithridatium, Philonium Romanum, tryphera magna, Requies *Nicolai* &c. vocantur opiata. Ejusmodi autem opiata consistentiâ suâ non admodum à Bolo differunt, & communiter Medicis denotant medicamentorum ejusmodi formulas, quę mollis sunt consistentiæ, qualis in somniferis & opiatis confectionibus ut plurimum conspicitur, ut ℞. Conserv. Rosar. vet. Anthos ãã ʒß Spec. aromatic. rosat. ʒj. Syr. d. Menth. q. s. f. sec. art. Opiata pro ventriculo. Sic instar Opiati Medicamenti commodè exhibentur chymica quædam, utpote Mercurius dulcificatus, vitæ, Arcanum corallinum, Flores Antimonii ritè præparati, Hercules Bavii seu Aurum vitę, Laxativum Minerale seu Mercurius vitæ correctus, & simil., quæ convenienti dosi cum conserv: Rosar. vel violarum permiscentur, ac absque nausea exhibentur. Verùm parum aptè Opiata hæc nominantur, non quòd Opium recipiant, sed quòd Medicamentis illis antiquorum, quæ Opium recipiunt, qualia theriaca & Mithridatium sunt ac Opiatæ confectiones hînc appellari possunt, consistentiâ sint similia.

De hujus autem Medicamenti divini Laudani scilicet Opiati viribus ac virtutibus in genere ut aliqvid dicamus, ordo jam postulat. Sanê hîc ingenii nostri tenuitatem ac imbecillitatem lingvæq; impotentiã agnoscimus. Non possumus, nec valemus omnem verum veri Laudani Opiati usum hoc in loco recensere', etsi vires ejus mirandas & stupendas ordine amplificare vellemus, tempus nos deficeret, nec Lingva nostra eas exprimere valeret. Si vires etenim ejus nimis attentè animi oculis consideramus, in sylva qvadam ignota esse videmur, ubi nec arbores cognoscamus, aut viam investigemus, nec cœlum ipsum aut lucem intueri possimus. Contemplamur qvidem ex effectu vires ejus stupendas, verum eas ingenio nostro nom satis comprehendere, nec lingvâ nostrâ exprimere possumus. Est enim Laudanum opiatum summum anodynum παρηγορικὸν, dolores omnes & cruciatus totius corporis enormes blando introducto somno, mire consopiens, simul etiam hisce sedatis, vires enervatas maxime respirare facit, ut morbo reluctari & curationis spatio sufficere valeant, imò morbum simul, dolorum causâ factum extinguit. Unde non minus graviter qvàm vere doctissimus *Hartmannus in suo de Laudano manuscripto* loqvitur: Qvi verum & essentiale Laudanum rite rectéqve paratum ipsi naturæ convenienter applicare poterit, is meritò gaudebit, se instructum thesauro Attalico, & possidere Panacæam ad obliterandum qvoscunqve tàm internos qvàm externos cruciatus. Ad id enim in acie novaculæ tanqvam ad sacram salutis anchoram confugere poterit, nec colica, lumbago, cardialgia, delirium, vigiliæ, febrium inqvietudines, vomitus, pleuritides, arthritis, catarrhus, uteri suffocatio morbus Herculeus, aliiqve qvamplurimi

mi adfectus repugnabunt. Et ego ab eo tempore, qvo praxin exercere cœpi, nunqvam non, cum in multo usu mihi fit, ad Laudani Opiati, ritè præparati, & in exacta ac justa dosi exhibiti, auxilium, tanqvam ad sacram anchoram ingraviſſimis & nimis urgentibus periculoſiſſimisqve morbis confugere consvevi. Et in hoc ipso habeo multos in arte medica excellentiſſimos Medicos mecum consentientes, magniqve Laudani Opiati ritè ac verè præparati usum æstimantes, idqve in cœlum qvasi efferentes.

Clariſſimus *Ioh. Freitagius Lib. d. Opio cap. 7. p. m.* 70. Ex opio, inqvit, sic præparato, tàm præstantibus rebus misto & imbuto, cumqve iis vi fermentationis maximè unito, & intimius coalito, summum vitæ & & sanitatis præsidium adversus lethifera & summè formidanda accidentia extremum & supremum remedium fœnoramur, cujus fructu & utilitate, nemo, si dextrè adhibitum sit, fruſtrari qveat, ipsiqve morientes nullo amplius humano pharmaco redimendi, fatoqve accincti ultimo salutarem vim & solatium in deplorata necessitate experiuntur, præsentioriqve animo & minori cum anxietate, sopito dolore omni, mortisqve horâ & articulo, qvantum natura admittit, protracto, animam Creatori placidè restituant. *Et cap.* 8. refert, cuidam multis annis diuturno langvore conflictato, demumqve in labiis oberrante fato & præsentis mortis indiciis apparentibus, qvatriduum in vivis permanendi facultatem hujus usu conqvisitam fuisse, ut se ad alteram vitam pientius componeret, & de bonis relinqvendis prudentius testaretur.

Doctiſſimus *Ioh. Langelottus* in *Epist. ad* Excell. virum *Thom. Bartholinum*, ut *ex Centur.* 3. *Epist. Medic.* 46.

vi-

videre est, Laudanum suum Opiatum mirificè commendat. Laudani Opiati usus, ait, amplissimus plane est, atque extendit se ad omne fermè morborum genus, exceptis soporosis, vel naturam motu inordinato peccantem sedando, viribus defectam reficiendo, doloribus & vigiliis consumptam placidissimâ quiete recocillando, vel humores nimium effervescentes compescendo, vel spiritus paulò concitatiores ad temperiem reducendo. Item *Epist. Medic.* 63. Laudanum Opiatum, licèt causâ adhuc præsente, vel in vigore constitutâ, non statim dolorem sopiat, motusque naturæ inordinatos compescat, semper tamen præ omnibus aliis roborare eam, ut eò felicius morborum insultus sufferre queat, scribit.

Clarissimus *Herm. Grube* D. *& Physicus Haderslebiensis in Comment. suo eruditissimo de modo simplic. medicam. facult. cognosc. Artic.* 3. *sect.* 6. egregium ac multis elogiis dignum medicamen Laudanum Opiatum judicat, modò usus ejusdem observetur legitimus, quamviss Clariss. *Hoffmannus* vir aliàs oculatissimus ægro cuidam, sed variis symptomatibus adfecto, Laudano Opiato exhibito, mictionem dicat se cruentam excitâsse.

Egregias autem ac nunquam satis laudandas suas operationes Laudanum Opiatum vel per se vel per accidens interdum peragit. Per se satis efficax est, cum proprie basin agnoscat, quod est opium. Continet verò Opium in se præter sulphur suum narcoticum, sal quoque amarum, quod vim dissolvendi, aperiendi maximam quoque continet; deinde Opio ea medicamenta tam cordialia & confortativa quàm alia appropriata, quibus corrigitur, & vis narcotica in sulphure suo fœtido latens adimitur, admixta sunt, quibus etiam egregias

gias suas operationes, postquam per fermentationem in unum coaluerunt corpus, exserit. Diversas ergò quandoque ac contrarias planè ex se edere operationes Laudanum Opiatum, experientia docet. Hînc ipsum nunc defluxiones ad pectus, dysenterias, item stranguriam & immodicos profluentes menses sistere, nunc urinam & sudorem insigniter movere, aliaque naturæ adversissima etiam ex intimis corporis partibus ad exteriora propellere videmus. Diversæ autem contrariæque hujusmodi Laudani Opiati operationes maxima ex parte per accidens saltem fiunt. Dum enim dolores lenit & somnum inducit, recurrit calor nativus, qui propter doloris vehementiam & vigilias dispersus fuit ad internas partes corporis; inde suas vires mox ita colligit æger, ut omnes facultates veluti in integrum restituantur. Quapropter facultas attractrix convenientem succum attrahit; retentrix, quæ retinenda sunt, retinet; alteratrix alterat, immutat & concoquit. Expultrix postea ea quę naturæ sunt molesta & inimica expellit. Miramur itaque, cur nonnulli Laudanum Opiatum tantoperè reformident, illudque ad ultimas Garamantas, ut dicitur, si penes illos esset, libenter ablegare vellent, cùm sit medicamentum, si eo cum judicio utamur nec abutamur, longè excellentissimum. Quapropter etiam Clarissimus & laude æternâ dignissimus Dominus *Conradus Gesnerus* opium tantoperè extollit, uti ex ejus epistolis videre possumus.

Proinde Laudanum nostrum Opiatum laudabile ac summè efficax remedium est, quod cætera quoque opiata sive medicamenta ex opio confecta longè efficaciâ suâ superat. Ex ampliſſima autem horum sylva & thesauro producuntur & comparantur pharmaca nobiliſſima

ma & præstantissima adversus omnes totius corpo
morbos & symptomata; si enim sint adfectus venenati,
occultis qvalitatibus orti, ex opio paratis medicamẽtis
qvalia sunt theriaca, Mithridatium, diascordium, anti
dotum *Spigelii* aliaqve complura, abiguntur; si sint e
intemperie calida, qvantum perdomiti frigoris ex tem
peratione cum aliis reservârunt, id morbo elidendo
perqvam utile est, qvod egregiè in Reqviei *Nicoll*
præparatione videmus, ubi medicamenta qvàm plurri
ma frigida opio permiscentur, & exactâ horum mistu
one medicamentum evadit temperatum, qvod febricii
tantibus qvotidianariis, tertianariis, qvartanariis, acutti
& peracutis morbis calidissimis maximè convenit.

Quercetanus accuratissimus Medicamentorum æstu
mator *pharmacop. dogmatic. cap. 23. fol. m. 505.* respicient
morbos prout causâ suâ vel graviore aliqvo symptoma
te stipati sunt (qvâ consideratione medicamenta ex sim
plicibus varia cuivis indicationi respondentia in unam
massam congeruntur, qvæ compositionis medicamẽto
tum primaria causa est) Scribit, ad omnes morbos gra
viores, qvippe qvi symptomatibus gravibus plerumq
comitati sunt, Opiata medicamenta salubriter à Neote
ricis & veteribus Medicis comparata esse, in qvibus ca
sibus sępê mirandos curationum effectus præstent the
riaca, Mithridatium, Antidotus *Esdræ*, *Adriani*, & simi
Imo ipsum Opium, inqvit porrò, basin & fundamen
tum obire vel in selectissimis & præstantissimis qvibus
vis antidotis, stupendos & singulares effectus in graviss
simis depellendis morbis prodere, qvales sunt: Antido
tus Theodoretos, Athanasia, panchrestos, Symphco
nos, Ecloge Sotiries, qvorum passim innumera & ultr
octuaginta apud solum *Myrepsium*, nec multò paucio
res apud *Aëtium* alioqȝ; veteres videre liceat. Sed nec

ma

magnæ difficultatis foret ad affectus à ſummo vertice ad imum calcem ſigillatim Medicamenta recenſere ex opio confecta. Ut enim opiata fiant appropriata cujuscunqve morbi remedia, adduntur iis ſpecificè qvemcunqve morbum & partem, cui inſidet, reſpicientia, qvalia cephalica, epileptica, cordialia, thoracica vel pulmoniaca, ſtomachica, hepatica, ſplenetica, nephritica, hyſterica, arthritica &c. Sic ſi cupimus Laudanum aliqvod Opiatum univerſale, cuilibet morbo depellendo idoneum, addimus opio idque ipſum corrigentibus ſpecificè qvemcunqve morbum & partem qvam obſidet, reſpicientia, ſive ſint cephalica, epileptica, cordialia, pulmoniaca, ſtomachica, hepatica, ſplenetica, nephritica, hyſterica, arthritica, alexipharmaca, febrifuga & ſimilia, habemus ex legitima ac vera horum omnium mixtione ac juſta fermentatione Laudanum opiatum cephalicum, epilepticum, cordiale, pulmoniacum, ſtomachicum, hepaticum, ſpleneticum, nephriticum, hyſtericum, arthriticum, alexipharmacū, febrifugum; vel ſimile aliud, qvod morbo reſiſtere valet.

Proinde medicamenta opiata ad omnis generis adfectus uſurpantur vel methodicâ curatione, vel extraordinariâ. Methodicâ, qvâ remotis cauſis morbū ipſum primū & per ſe contrariis oppugnamus & eliminamus medicamētis; extraordinaria verò, qva ſymptomati urgentiori, per neceſſitatē compulſi, adhibere cogimur; vera enim curatio debetur morbo, & qvod propriè curatur & curationem indicat, eſt morbus, præſervatio competit cauſæ peccanti, morbo cum ſua cauſa copulato, medicatio ex curatione & præſervatione mixta. Percurato & remoto morbo, removentur ſimul omnia accidentia, ſiqvidem ſymptomatis nulla eſt indicatio nec curatio, niſi vel ratione mcauſæ majoris mali habeat,

beat, aut vires prosternat, quas conservare est vitam ipsam servare, & perdere est eandem extinguere, qvando vitam aut ipsas vires aut earundem actiones esse necessum sit, sine qvibus nec morbus vinci abigiqve, qvod naturæ sint morborum medicatrices, & vita & incolumitas subsistere servariqve qveant. Vide hac de re *Galenum lib. 9. meth. med. cap.* 10. *&* 13. Symptomata rationem majoris mali habent, qvando vel novos procreant morbos, ut cum catarrhus acris hæmoptoſin & phtisin, diarrhæam & dysenteriam biliosam minitatur, vel cum vires maximoperè prosternuntur. Symptomata vires profligantia potissimum sunt: vigiliæ, dolores, fluxiones sanguinis immoderatæ ac profusæ, dysenteriæ ac diarrhœæ continuæ. His si rationem majoris mali habeant & vehementius urgeant (illi enim occurrendum primò qvod magis urget, seu à qvo majus vitæ discrimen & periculum imminet) postpositâ tantisper methodicâ curatione, operam nostram conferimus. Curatio namque symptomatum, docente *Galeno* 12. *Meth.* vel officit morbo, eumque auget, ut qvando Medicus qvispiam in colica ex vitrea pituita nata adhibet opiata minus correcta; vel nihil nocet, nihilqve conducit morbo; vel morbo & symptomati est communis. Prior curatio sepè periculo non caret, altera securior est, sed verę curationi infert moram, tertia, cum uno remedio tum symptoma leniri, tum morbus abigi potest, & optima & secura est, proprieqve morbum non symptoma respicit.

Si igitur ex fluxibus alvi nimiis, sanguinis immodica profusione, doloribus, vigiliis, & ex viribus qvibuscunqve resolvendis ad mortis discrimen æger tendat, tum profectò tempestivè etiam ex consilio *Galeni*

lib.

lib.12.meth.med. Laudano non solum Opiato illo famigeratissimo, verùm cęteris quoque Opiatis feliciter uti possumus, scilicet non ignari, habitum corporis nonnihil ex hisce lædendum, læsionem tamen qvàm mortem potius tolerandam. Quod verò cum grano salis de opio crudo saltem, nec verè præparato, ac veterum opiatis intelligendum, cum nostrum Laudanum Opiatum, & qvæcunqve cætera opiata sic comparentur, ut sine ulla læsione inductâ vel relictâ, mitigent symptomata insolentia & gravia, aut sanent adfectus.

Uti autem Curationis accidentium extraordinariæ, ita Laudani Opiati ac confectionum ex opio paratarum sumendarum scopus est virium robur, qvem si qvis deserit, aut ultra agit, is crudelis hominis officium facit, qvia unà cum morbo vitam ipsam aufert. Qui verò cubantis deliciis subscribit, ejusqve voluptatem non sanitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris laudem meretur. Laudani itaque Opiati cęterorumqve opiatorum exhibendorum duplex designatur ratio. Alia, qvæ ex ægrotantis deliciis subscribit, altera ex artis præceptis. Qvippe si licet ęgrum doloribus obsessum methodicâ cura citius & felicius curare, qvi eâdem posthabitâ dolori tantum est intentus, non id ex artis ratione, sed in ægrotantis favorem ac gratiam peragit. At si dolore atrocissimo vires nimis resolvantur, hic mitigari, & hæ roborari debent, qvo & morbo resistere, & curationis spatio sufficere possit æger; spatio enim longiori curari melius censeo, quàm brevi viriliter mori. Ubi sanè qvàm accuratissimè omnibus Medicis rationalibus observandum, qvod cum Laudanum Opiatum cæteraqve opiata ab illis prescribantur, ut vires potissimum conserventur, conservari autem non possint, nisi adhuc supersint, omninò impru-

dentis planè consilii esse, iis jam ita deficientibus, ut nullo pacto erigi vel refici, vel recolligi qveant, & extinctio coloris insiti sit in propinqvo, eadem ex hibere. Siqvidem Laudano Opiato minus ritè pra parato, veterumqve aliis datis opiatis, fortè nonnihil & una vel altera hora citius incideret, qvæ alioqvin in procinctu erat, ut ventitaret. Qvapropter prôh dol lor evenit, ut medicamentis nostris Laudano scilicet Opiato, vel reliqvis opiatis, si exhibeantur, qvamvis meliori ratione compositis & conformatis, viresqve si ullum adhuc auxilium ac medelam admittant, con roborantibus, imperiti nihilominus & malitiosi hom mines mortalitatis casum imputent, unde in Medicum fidelem & remedium efficaciſſimum, semperqve, si juxta artis medicæ normam detur, innoxium cumulatur & redundat calumnia; ægris enim, ut sapienter admodum loqvitur *Galenus* Medicorum fermè princeps *libr.* 9. *Meth. Med.*, *qvorum desperata salus est, nec præsidium nec tempus ullum est opportunum* : *neque convenit illa ap pud vulgus infamare præsidia, qva multis saluti tulêre* Succumbente namqve naturâ & ægri viribus jam pe sumdatis, videntur omnia remedia live apta sive inepta aut parum aut malè ad curationem proficere, eaqve nihil præter infamiam apud imperitos & calumnię dedi tos promerentur, licèt *Galeni libr.* 10. *meth. med. cap.* 10. Consilium sit ex *Thucidide*, sæpè *periclitando aliquid agendum*, & *melius esse cum periculo qvippiam tentare*, *qvàm agrum intentatum*, *ademptâ* & *præcisâ* omni *spe sinere emori.* Unde *Solenander* Vir in Medicina multæ experientiæ *in Consiliis humanitatis esse etiam desperatis ferre auxilium* arbitratur.

Qvando igitur Laudanum Opiatum cæteraqve Opiata idcircò usurpantur, ut cicuratis curatisqve symptom-

ptomatibus atrocioribus vires conſerventur & repul-
ulent, morbus qvidem primò & per ſe haud curatur.
Non tamen per accidens Laudanum Opiatum reliqva-
qve opiata etiam hoc pacto data, plurimum ad cura-
tionem morbi facere, qvamvis ad ſolam ſympto-
matum mitigationem adhibita fuerint, negamus.
Qvod conciliato ſomno, ipſo etiam *Galeno* teſte,
morbi cauſa coqvatur, vigente & reſtauratâ facul-
ate naturali viresqve contra morbum reſurgentes ſa-
utariter reficiantur. *Aëtius tetrab. 4. ſerm. 1. cap. 102.*
Antidotum Pœoniam Opiatam valdè commendat,
& multos ex ægris ab ejus uſu à ſomno ſurrexiſſe
cribit, adeò concoqvendi facultate præſtantes,
t obliti ſint, an unqvam aliqvid à principio doluc-
int.

Hactenus de Laudano Opiato cæterisqve Medica-
mentis opiatis, qvo pacto ſymptomata potiſſimum ſa-
ēt, pro re nata differuimus, reſtat ſaltem explicare, quâ
atione & ſymptomatum & morborum medela ſimul fi-
nt. Sunt autem in genere opiata veterum & recentio-
um. Vulgata veterum ſunt: theriaca recens, diverſa phi-
onia, reqvies *Nicolai*, diaſpermaton, pilulę de cyno-
loſſ. & ſimil., de qvibus potiſſimum intelligendi ca-
ones à *Galeno* traditi, ut in eorum exhibitione ob-
erventur. Poſterior verò ætas magis correcta & e-
endatiora, & abſqve omni periculo tutiſſimè, cui-
is ætati penè & in qvovis morbo uſurpanda invenit
x concinnavit. Sunt autem recentiorum hęc opiata vel
eneralia, vel magis ad ſpecialis cujuſdam affectus, aut
artis cujuſdam ſymptoma directa. Qvæ generali-
er omnium morborum & partium qvarumcunqve ac-
identia reſpiciunt & conſolantur, novo & inuſi-
to veteribus vocabulo (de qvo in capitis hujus

principio sufficienter jam diximus, qva de re qvoqv litem nullam qvæsivimus, siqvidem parum referat vocabulis dissentire, dummodo in rebus consentiamus) Laudana vocarunt, qvorum multæ descriptiones & compositiones, qvas part. 2. sumus adductur sub variis Clarissimorum virorum titulis circumferuntur. Egregiæ ergò & nunquam satis laudabiles sunt Laudani Opiati utilitates, qvas benè Clariss. *Guilielmus Fabricius Hildanus* in *respons. ad D. Döringium epistol.* *Hernia uterina* perpendens, in hæc incidit verba: *quàm præstans medicamentum sit Laudanum, eis, qui egregii ipsius operationes aliquando viderunt, notum est. Nobilem tamen, cum eo* abuteretur, *mortem sibi intulisse observavi.* Et Excell. *Libavius*, qvi supra eruditionis medicæ aleam provectus est, *de Laudanis* in genere inqvit ea sive anodynâ vi valeant, sive narcoticâ, certum esse esse antalgica, & salubriter dari contra dolores, si mul ritè & prudenter tum præparentur, tum exhibeantur. In legitima igitur & vera Laudani Opiati præparatione ac justa exhibitione totum consistet negotium. Si enim legitimè & verè præparetur, ac in justa dosi exhibeatur, optatos successus peragit; si verò malè præparetur, ac in majori, qvam decet, dosi exhibeatur, tristem & infelicem eventum nobis ostendit, ac plerumqve necem infert; qvò maximè etiam non *Libavius* solùm noster, sed alii qvoqve Viri in Medicina & Arte Spagyrica præstantissimi, ut *Fabric. Hildanus in epist. non solum. respons* de *Hern. intestin. sed centur. quoque observat. Chirurgic.* 60. *Anton. Guntherus Billichius lib. observat. ac paradox. Chymiatric. cap.* 2. *Angelus Sala cap.* 9. *&* 10. *Opiolog. Joh. Baptist. ab Helmont in Tract. cui Titulus. Ius Duum-Viratus p.m.* 243. *N.* 62. *& de Morbos. p.m.* 334. *N.* 23. *Paulus Nencrantz de purpu-*

ca-

cap. 30. p. 461. 462. *Sennertus lib. 6. Medicin. pract. part.* 7. c. 1. *Quercetanus in respons. ad Aubert. p.* 3. 4. 7. cùm præclarè admodum de hujus Laudani Opiati operationibus, ejusque felici & infelici successu scribunt, respexerunt. Juxta quorum, præcipuè verò *Libavii* & *Hildani* amussim & accuratam regulam si qvorundam Laudanomastygarum obstrigillationes & cavillos examinemus, facilè objectionum vanitas in lucem prodibit. Siquidem exempla à Laudano exhibito infelicis & mali successus, quę allegantur à *Fabricio Hildano*, *Sennerto* & aliis, nihil aliud demonstrant, quàm illud vel non ritè præparatum, vel intempestivè, imprudenter, nec rationaliter exhibitum aliquando nocuisse, quod & de scammonio, colocynthide, elaterio, cycamino, aut non correctis, aut intempestivè nec ex ratione datis etiam nullo refragante, adfirmare licebit. Cujus rei exempla passim extant. Primum adducimus ex *Forestolib.* 28. *observat.* 47., ubi ait: in nosocomio fœminæ decumbenti opium purum putum exhibitum, quæ alterâ die sit inventa mortua. Multiplex nobis hîc ad manus potest esse responsio. Sinceri primum & incorrecti omninò opii usum non admittimus, quamvis ab exteris per *Ægyptum* & *Natoliam* atque alibi id innoxiè, ut postea fumus locuturi, non minimâ quantitate, neque rarenter devoretur, & inter venena specialiter sic dicta à quibusdam propriè non referatur, saltemque iis, quæ quantitate noceant, accenseatur, neque quibusdam in oris etiam moderatâ dosi sit eleterium, nec illa producat symptomata, quæ à copiosè nimis ingesto, vel ex sylvestri & non hortulano multoque papavere promanante evenire autores prodidere. Et nisi magnitudine salubriter devorari, ipse *Dioscorides libr.* 4 *cap.* 60. scripserit, passimque apud

Medicos ad semiscrupulum satis temerariè, attamen absqve discrimine usurpatum esse, videamus. Planè ergò, ut diximus, & prorsus incorrecti opii usurpationem reprobamus, qvod pro naturarum varietate & proprietate, & imprudentium novitiorumqve Medicorum inconsiderata adhibitione, periculum conciliare aut inferre possit, cum alioqvin idoneâ præparatione, mistione & fermentatione ad omnis generis morbos & symptomata præcipua ex & cum eo possint præsentissima comparari remedia, qvæ idoneè usurpata, semper salutaria, & nunqvam sint noxia. Iccircò elegante admodum *Quercetanus pharmacop. dogmatic. c.* 23. ità loquitur: *Opium sirectè præparatum fuerit, qvod paucis horis facillimo negotio fieri potest, ex pernitioso & noxio soporiferoqve, utile & vivificum anodynum redditur.* Secundò Opium purum in excedente nimium qvantitate exhibitum fuisse, patet & ex altero exemplo, qvod ibidem recenset *Forestus*, cum ait; aqvam nenupharis & plantaginis, adjecto scrupulo dimidio opii, cuidam mulieri exhibitum, & (qvod maximè miramur) nullam attulisse noxam; nil mirum si & hæc aliqvid pernitiosius passa fuisset; vel enim alteri, qvæ extincta est delicatior fuit temperatura, viresqve debiliores, & ad casum jam pronæ, aut major qvantitas exhibita est; utrinqve malè & imprudenter actum, qvod sinceri, qvod incorrecti usus sit initus; nihil hoc ad Laudana. Agit enim ibi *Forestus* de non correcti, nec permisti, nec cum convenientibus vehiculis imprudenter propinati opii usu infeliciore. Historia, qvam Laudano mastygæ ex observationibus *Plateri* de Medico ex usu narcoticiter repetito mortuo objiciunt, incommodè allegatur; non enim significatur, qvale fuerit Narcoticum, an purum Opium, an pharmacum opiatum, vel

vel aliud quid de genere narcoticorum, & num sincerum vel correctum: neque etiam quantitas sumpti designatur. Terna verò exiguo temporis spatio repetitio cum ipsi fuerit exitialis, apertè abusum & non verum nec legitimum usum ipsi obfuisse apparet. Nullum enim remedium tàm bonum & felix, qvod per abusionem non fiat malum. *Fabricium quoque Hildanum in responsor. ad Cl. Döringium epistol.* frustra nonnulli hîc quoque allegant; ejus enim verba, ut antea jam adduximus, & adhuc repetimus, sunt clariora. *Quàm præstans Medicamentum sit Laudanum, eis, qvi egregias ipsius operationes aliqvando viderunt, notum est. Nobilem tamen cum eo abuteretur, mortem sibi ipsi intulisse observavi.* Ecce quomodo is de abusu loquatur, quod de vero usu impertinenter allegatur. Sunt enim juxta vetustissimi & sapientissimi *Herophili* sententiam, autore *Galeno*, 6. κατ τοπ. 3. Medicamenta, si prudentis & rationalis Medici consilio adhibita fuerint, auxiliares Deorum manus; si sinistrè, id quod culter in manu pueri aut furiosi. Ubi notandum, pharmaca tum demum nomen hoc & elogium mereri, si prudentis, inque rationali Methodo exercitati Medici, vicaria manu tractentur, propinenturque. Si enim imprudentes ac imperitas, vel audaculorum Chirurgorum, vel fraudulentorum agyrtarum vel anuum ac herunticarum aliarumque sciolarum Medicinæque cognitionem somniantium manus incidant: quid mirum, si vires nomenque amittant; nec adjumenta sed nocumenta; non Deorum manus, sed rapaces Plutonis hami fiant? sanitatem siquidem non restituunt, sed destruunt: vitam non producunt, sed deducunt rapido cursu.

ad Lethen ſtygiumque littus
Unde te nullæ referent Carinæ,
ad regnum canis inquieti,
Unde non unquam remeavit ullus.

Opiatorum itaque Laudanorum uſus nulli noxius eſſe poterit, niſi opium vel non ritè præparatum, miſtum & fermentatum, vel non dextrè & minus rationaliter exhibitum. Cæteræ verò Laudanomaſtygarum objectiones, quæ contra utiliſſimum ac ſummè neceſſarium Laudani Opiati uſum afferri poſſent, facilè ſi rectè ponderantur, divelluntur. Objiciunt qvidem nonnulli, purgandi vim in papavere ſylveſtri, qvam obſervavit *Plinius hiſtor. natur. lib.* 20. *cap.* 19. emicare etiam in opio. Agnovit eandem etiam in opio & ſali adſcripſit *Quercetanus* d. *medicin. priſc. philoſoph. lib. c.* 8. *p.* 79. Opium amarum eſſe ait, ratione ſalis. Ex eodem ſeparato à ſuo oleo ſeu ſulphure narcotico, purgans fit, haud minus ſanè, qvàm ex omnibus amaris, ut gentiana, centaurio minori & ſimil., ſeparato nimirum dextreque præparato eorundem ſale. Et hanc qvoque vim illuceſcere in Laudano Opiato apertè proponunt. *Joh. Baptiſta ab Helmont.* enim *Ius duum-viratus inſcripto libro text.* 62. *p.* 314. meminit Opiati veſperi exhibiti mane per vomitum rejecti cum ſuſpenſa tuſſi & ſcreatuum generatione. Item experientia crebra docuit poſt circa noctem horâ nonâ exhibitum Opiatum Laudanum ad grana ij. iij. manè alvi fluxum & vomitum crebrum inſeqvuta. Verùm hîc reſpondemus primò, quòd vis purgatrix in opio, ſeparato in eo ſulphure narcotico latens à *Quercetano* & aliis ſaltem ſali ſuo amarulento adſcribatur. Verum an ſalia, quorum uſus rariſſimus eſt, purgandi vim habeant, visque purgandi opio ritè correcto ex hoc principio adjudica-

ri possit, adhuc sub judice lis est. *Saladinus d. Esculo in suo Compend. aromatoriorum* salibus vim purgandi adscripsisse dicitur, salemque Indum omnium amarissimum & acerrimum seu violentissimum, omnemque salem calcar aliarum medicinarum appellâsse. *Bulcasis Arabs in Dispensator. Servitoris tit. in Capitulo, quod continet modum præparationis salium & proprietates eorum, in purgando, & aquæ salsæ vires*, idem traditur docere *Quercetanus in respons. ad Anonym. c. 8.* Omnem vim medicamentorum purgatricem in spiritibus Mercurialibus, Antimonialibus & Arsenicalibus juxta proprium cujusque naturam contineri, & ex illis proficisci, antimonialesque omnium crassissimos ac magis corporeos ac terrestres ex sale suam originem ducere tradit. Verum enim verò distinctione res expediri posse videtur. Salia alia à natura seorsim repræsentantur, & generatione secundi & tertii modi prodeunt in lucem, ut in thermalibus aqvis: alia incineratione vegetabilium, vel calcinatione quorundam mineralium concinnantur, & hęc generatione primi modi oriuntur. Priora purgandi vim habere testatur experientia. Purgant thermę Carolinæ, Tetucianæ & salinę earundem concretiones. Posteriora non item, quantumvis ex plantis etiam amarissimis, ut absinthio, Carduo benedicto, Centaurio minori, gentiana & similibus parentur. Stimuli & facultatis abstergentis locum parim etiam dirigentis vicem sustinent. Stimulant autem dum humorum vitiosorum fermentationem adjuvant.

Sal aliàs foliorum Senæ, humorem melancholicum evacuare scribitur. Verum in hoc, ceu in cæteris salibus pauca purgandi vis continetur: experientia qvoqve contrarium testatur; nisi enim cum aliis purganti-

bus permiſceatur, vix aut ne vix quidem aliqvid præſtare poterit. Neque hanc ſententiam infringunt *Saladinus & Bulcaſis*: Loqvuntur enim illi de prioribus naturalibus.

Quercetanus, dum de poſterioribus intelligi vult, deſeritur & ſuccumbit. Quomodo enim ἄνω καὶ κάτω ſtimulant opiata? Reſpondemus: ſubſiſtentibus inviis humoribus, natura & expultrix vegeta irata, ſeu archeus laceſſitus indignabundus excretionem tandem molitur; accidit quandoque ob opii non ritè præparati ac crudi qualitatem venenoſam, cum ventriculus nimirum æque ac inteſtina jam ſatis ex morbo debilitata, laceſſita humores excrementitios tàm per ſuperiora quàm inferiora ſummo conatu extrudunt, quod à Laudano Opiato ſuis correctoriis cordialibus ac ſtomachicis medicamentis ſatis munito non eſſet exſpectandum. Ἀναστομωτικὴν δύναμιν τῶν φλεβῶν, vim venarum ora aperiendi nonnulli Laudano Opiato etiam tribuunt. Ita Clariſſimus *Hofmannus libr. 2 Medicam. officinal. cap. 169. §. 15.* contra opiata diſſerit, noſtrum Opiatum, inquiens, quominus eſſe credam Laudanum Opiatum *Paracelſi*, unicum facit experimentum, quod cepi. Adactus clamoribus cujuſdam Colici dedi gran. ij. in Syrupo de Chamæmelo, unde nihil lucri mihi præter mictionem cruentam. Itidem *Petr. Borellus Centur. 4. obſerv. 57.* recenſet, Medicum ægro ſomni conciliandi gratiâ Laudani Opiati duplicem dediſſe doſin, immemorem, ei venam nuperrimè ſectam fuiſſe. Quare dum membra languentia & inſenſilia hoc ſomno reddita eſſent, effluxit ſanguis è brachio, adeò, ut ejus effluvio nocturno perierit. Hîc meritò iterum reſpondemus, qvod ora vaſorum aperiendi vis ἀφ' ἑαυτὴν nullo modo per ſe opiatis competat.

petat. Primus æger Hoffmannianus sine dubio colicâ symptomaticâ laborabat, à calculo renum dependente, qvo moto vascula renum læsa sanguinem stillarunt; In altera historia Borelliana non opii vi, sed indecente brachii motu apertâ venâ sanguis emanavit. Laudanum Opiatum igitut ritè exhibitum, nulli obfuisse, aut etiam obesse posse, satis demonstravimus; de aliis autem Laudanis Opiatis ac cæteris confectionibus opiatis minus ritè præparatis ac exhibitis judicium nostrum prolixiùs perhibere, animum non induximus. Id tamen saltem qværimus; si opiata, in quibus nec tantoperè opium castigatur, corrigitur & emendatur ac ritè miscetur, maximè prosint, & ex iis ad omnia omnium morborum sæviora symptomata cum fructu maximo comparata sint remedia, qvomodo non Laudanorum usus maximè utilis & planè innoxius esse queat.

CAPUT II.

Opii appellationem, formam, locum, electionem ac collectionem monstrat.

LAudani Opiati naturam ejusque operationes egregias ac laudabiles ex arte perscrutari non possumus, nisi prius basis ipsius propriæ, qvæ Opium est, & à qvo denominationem obtinet, veram indolem ad examinis incudem redigamus. Opium igitur Vocabulum Græcum sonat, κατ' ἐξοχὴν ἴσον sive ὄπιον appellatum, tanquam ad stupefaciendum placandosqve dolores valentissimum. Lusitani vocant *Amsiam*, Arabes verò, qvos Indi sequuntur, appellant id *Ofium*. Turcę nomine *Maslac* illud dignantur: à *Nicandro* verò *Alexiph. t.* 15. μήκωνος δάκρυ lacryma papaveris indigitatur. Cujus opii autem diversa genera,

pro

pro regionum diversitate, dari censet *Iohann: Fragosius histor. Medic. exotic. cap.* 12. diciturque eidem gummi vel lacryma papaveris herbæ valde cognitæ, quæ in *Castilia* vocatur *dormidera*, destillans ex capite plantæ fisco vel scarificato. *Adamus Zaluzanius lib. 2. meth. rei herbar. c.* 13. Opium sativi papaveris succum liquoremqvee gummeum vocat, scapo inciso genitum, κατ' ἐξοχὴν ὄπον sive ὄπιον appellatum, tanquam ad stupefaciendum, placandosque dolores vehementissimum ac valentissimum, sapore perqvam amaro, odore vehementi, gustu acri, & objectum flammę flagrantem. *Ioh. Schröderus pharmacop. Medico-Chymic. lib. 4. classe. 2. p. m.* 194. Opium lachrymam vocat, quæ stillavit ex capitibus papaveris, dum matureſcebant, leviter incisis. Clariſſ. verò *Mœbius instit. Medic. lib. 5 part. 2 sect. 2. c.* 32. Opium describit quòd sit liquor viscidus ex papaveris capitibus incisis profluens, amarus & calidus, ob lentum & fœtidum sulphur stupefactivus, propterea qúe noxius, nisi benè corrigatur. Et Cl. *Sennertus lib. 6. classe. 12. cap. 5. natural. scient.* Opium succum ex nigri papaveris capitibus in regionibus calidioribus incisis extillantem & condensatum statuit; Laudat Thebaicum. Est autem ipsi amarum, odore gravi, soporiferum ac narcoticum, dolorum immanitatem sedandi, aut sensus potius stupefaciendi vim habens. *Hippocrati & Græcis* Opium hoc planè fuisse ignotum, historię testantur. Olim optimum opium misit regio *Thebaica* non urbs *Thebarum*. Hodie ex *Cairo Ægypti*, & *Adena* tractu *Arabiæ* ad mare rubrum sito, insuper ex *Syria* & *Alexandria* advehitur; Item ex *Indiæ Orientalis Cambaia* & *Decan* in vicinas regiones, exindeqve in cęteras terræ partes transportatur, ut habet *Pelshoverus a. Opio. Ioh. Schröderus lib. & classe. jam citat.* Ob regionum diversitatem, exx

qui-

qvibus Opium affertur, triplex illud colore distinctum constituit { 1. album, asfertur ex *Cairo*, forte est Thebaicum.
2. Nigrum & durum, ex *Aden*.
3. flavescens magis & mollius ex *Cambia* & *Decan*.

Et hoc Opium Cambelanum Curiosissimus Medicamentorum æstimator *Schröderus* prestantissimum censet, qvoniam ponderosum, densum, inflammabile & ardens (non atra tamen flamma) odore soporiferum (instar papaveris) ac graveolens, sapore amarum & acre, colore ad aloën accedens, cum frangitur, splendore quodam nitens, facile solutu; adulteratum, si diluatur, liqvorem croceo colore tingit. Ideò dignoscitur ab adulterato, quod hoc si diluatur liquorem croceo colore tingat ob glaucium admistum. Clariss. *Simon Pauli* verò in suo eruditissimo *quadripartit. class. 3.* Opium Thebaicum præ cæteris eligit: non tamen intercedo, inquit, ob sacram veterum autoritatem, ut si Opio Thebaico hoc die potiri qveamus, id præ cæteris opii speciebus eligamus. Et qvis certò adfirmare aut jurare ausit hoc tempore ex nigro papavere stillâsse.

Colligitur illud Opium, *Plinio*, *Avicenna*, *Dioscoride lib. 4. c. 61.* & *Tabernamontan. lib. 2. sect. 6. c. 1.* testibus ex papavere nigro. *Bellonius* verò *lib. 3. observat. 15.* Turcas ex albo leviter inciso opium istud elicere, quotidianoqve usu ad ʒß, vel ʒj. nomine *Maslac* assumere ad conciliandam scilicet animositatem docet. Cujus autoritate, cum multos in tractanda Opii historia niti videamus; rarus verò is liber sit, nec omnium, ob pretii magnitudinem versetur manibus, è re esse ob egregiam *Bellonii* de opio sententiam arbitramur, ut ex eo inte-

integrum modò laudatum caput hûc accersamus: qvod sic habet: *Observatione maximè digna est conficiendi apud Turcas opii ratio, præsertim in Achara, Carachara, Spartada, Emetelinda, aliisqve oppidis Paphlagoniæ, Cappadociæ, & Ciliciæ: Agros papavere albo conserunt, ut nos tritico, sed eâ consideratione, ne singuli Rustici plus serant, qvàm familiam habeant ad id colligendum sufficientem. Colligunt autem eâdem, qvam Autores tradiderunt, ratione. Papaveris capita jam formata leniter inciduntur; atqve ex vulnere emanantes lacteæ guttæ, paulumper inspissari sinuntur.* Sunt *qvi denas libras colligant, alii sex,* alii *plures vel pauciores, pro operarum, qvas in colligendo adhibuerint, diligentia: Nam hoc negotium in latifundii satione non versatur, sed in legentium numero & diligentia. Nisi hujus opii tantus apud Turcas esset usus, nostrâ opinione commercium ejus periisset, qvemadmodum multarum aliarum rerum, qvæ amplius non cognoscuntur.* Caterum *nemo est* Turcarum, *qvi illud non emat, etiam si asperum solum haberet, ejus dimidium in opium impenderet, qvod pace & bello semper circumferet. Asiæ minoris laudæus Mercator nobis asseruit, singulis annis* 50. *Camelos opio oneratos educi ex* Paphlagonia, Cappadocia, Galatia & Cilicia, *qvi in* Persiam, Indiam, Europam, *aliasque exteras regiones, & per universum* Turcicum *imperium illud importent.* Cui *difficulter fidem adhibuissemus, nisi sigillatim nobis enarrâsset, qvantum colligeretur in singulis vicis* Paphlagoniæ, Cappadociæ, Armeniæ minoris & Gallogræciæ, *addebatqve, majore adhuc apud Persas in usu esse, qvàm apud* Turcas. *Periculum autem facere volentes, qvantum qvis opii devorare posset sine noxa, Ianissarum nobis familiarem, & singulis diebus opio vesci solitum ejus drachmæ semissem in nostra præsentia devoraſſe animadvertimus. Postridie illum apud*

ne-

negotiatoris tabernam reperientes, illi integram drachmam dari curavimus, quàm unico bolo devoravit, nec quidquam incommodi inde sensit, praterquam quòd emulentus quodammodo videretur. Hac opii manducandi consvetudo jamdudum apud Turcas invaluit; Illius etenim esu animosiores sese fieri, neque bellì ericula formidare existimant. Cum Turcarum Impeator bellum gesturus, militum delectum facit, toa provincia Opio ferè spoliatur. Vulgare apud eos est, bi mutuò objicere, Tu edisti Opium, qvemadmoum si quis apud alios nationes alteri objiciat, ipsum emulentum esse. Diu usi sumus contubernio Armenii cusdam Christiani, opium coram nobis sapius devoranis: sed & nos eo degustato, nullam aliam noxam deprendimus, nisi qvod pectus nobis excalefaceret, cerebrum onnihil perturbaret, somniaqve turbulenta induceret. Si apaver in Europa, videlicet Gallia, Germania, vel alia coleretur, arbitror, opium perinde colligi posse, atve in Asia, modò necessaria cura in eo legendo adhibereur. Nam Asia minor non minus frigida est ipsâ Gallâ. Fieri potest, ut qvod ad nos adfertur, adulterinum t: solent enim Mercatores illius qvantitatem augere, anqvam per provincias distribuatur. Qvoniam porrò bservavimus, qvibus notis ejus delectus faciendus sit, e- subjicere voluimus. Optimum est amarum, gustu cado, fauces incendens, flavescens leoninorum pilorum modo, massam veluti ex granulis diversi coloris coactum; legenenim opium, ea grana in papaveris capitibus collecta corent, & in placentulam qvodammodo coëunt; odor iroſus & gravis: & licèt refrigerantium ordine reponar, fauces tamen incendit. Iam in placentulas cogitur ium in ipsa Asia minore qvatuor uncias vel se-libram n pendentes: ac mercatores qvæstus gratiâ illud multiplicant;

tiplicant; sic *ut massæ ex Venetis officinis delatæ libram quasi pendant*. Hactenus *Bellonius*. A qvo cum nec *Garcias ab Horto*, neqve *Nicolaus Brixianus*, Regiss *Navarræ* qvondam stabuli Præfectus (cujus *Scaligeri Exerc.* 175. meminit) latum ungvem abscedere appareant; hi verò omnes oculares Opii colligendi fuerint arbitri, facere aliter non possumus, salvis aliorum calculis, qvàm ut planè arbitremur, olim fortè, ex nigro papavere eum in modum, qvo *Dioscorides lib.* 4. *cap.* 60. tradit Opium fuisse tantum collectum; hodie verò ex albo idem colligi. Et proculdubio hæc nom postrema causa est, ut cum album papaver nigro sit longè innocentius, qvòd hoc seculo non tàm facilè, qvàm olim à Priscis observatum, crudum Opium noceat; aut si noceat, tamen facilius & tutius rectâ præparatione institutâ corrigatur, qvàm si ex nigro papavere adhuc opium colligeretur.

Licèt verò Opium succus sit papaveris, ratione tamen diversi parandi modi, nomen duplex obtinet: μηκώνιον καὶ ὀπὸς, autore *Dioscoride lib.* 4. *c.* 65. Meconium ita paratur: τὰς κωδίας μετὰ τῶν φύλλων κόπτοντες ἐντρίβουσι διὰ πιεσῆρος, καὶ τρίβοντες ἐν ὐλία, ἀποπλάττουσι τροχίσκους καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον μηκώνειον, ἀδρανέστερον τοῦ ὀπός. *Papaverum vascula cum foliis tundentes torculari exprimunt, mox in mortario teretes pastillos formant. Vocatur autem illud meconium, multum opio ignavius. Quercetanus pharmacop. restitut. cap.* 25. Meconium ita præparat. ℞. Capit. papav. floribus rubris (collect. cum primi flores jam explicati apparent) q. v. Contunde in mortario marmoreo, affunde hydromel vinosum vel vinum generosum ad eminentiam 2. digitorum, digere in B. M. dies aliquot [12. 15.] & incipiat rubescere. Exprime & inspissa, vel [ad modum

qvo

quo alia resinosa extracta coagulantur (dum adhuc tepidet, & liqvida est, in frigidam aquam immitte, & resi-
debit opium ad fundum. Opium verò juxta *Dioscoridem lib. & cap. jam citat.* ita paratur: ὀπίζοντας δὲ δεῖ, μετὰ τὸ ἰὰς δρόσους ἀνικμαθῆναι, περιγράφειν μαχαιρίῳ τὸν ἀσπερίσκον, ὡς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς διατρῆσαι, καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν ἐξεπὶ πολῆς, καὶ ἀποψᾶν τὸ δάκρυον ἐπερχόμενον δακτύλῳ εἰς μύακα. καὶ πάλιν ἐπιπορεύεσθαι μετ' ὀλίγον εὑρίσκεται. δεῖ δὲ ἐν παλαιᾷ θυίᾳ τρίβειν, καὶ ἀποτίθεσθαι ἀναπλάσσοντας. *In colligendo autem liquore seu lacryma, cum aruerint rores, oportet stellulam in summo papavere sic scarificare, ne altius ad interiora vulnus descendat. Oportet itidem vascula ex obliquo recta secare, destillantemque lacrymam digito in conchulam detergere: postmodum redire, iterum detergere, & hoc aliquot dies continuare. Invenitur enim continuò concrescens. Idem sequenti faciendum. Hic succus in mortario vetere, in postillos formatur.* Inter opium ergò & meconium, uti ex dictis liquet, hæc constituitur differentia: Opium lacryma est, quæ stillavit ex capitibus papaveris, dum maturescebant, leviter incisis: Meconium verò succus ex iisdem expressus, ut scribunt *Matthiolus, Garcias ab Horto, Cordus, Fragosus, Bellonius* & alii. Meconium hocce papavere aliquantò magis refrigerare & torpefacere, sed usu tamen periculosius, Opium verò tum ipso papavere, tum meconio multò ad refrigerandum & stupefaciendum potentius esse scribit Divinus ille *Fernelius lib. 6. meth. med. cap. 5.* E contrà verò Clarissimus *Tabernamontanus Rei Herbar. lib. 2. sect. 6. cap. 1.* Meconium ex papaveris nigri imprimis floribus & capitibus expressum opio adhuc periculosius ac damnosius judicat. Eligitur quidem expetiturqve ad usum medicum

ὁ μὲν ὀπὸς, vulneratione qui exsudat. Sed cum opium in tanta copia ad nos adferatur, non verum opium id esse, sed potius meconium, verisimile est. Et quare opii meconium sit periculosius, causam non videmus.

Hîc autem non immerito quæstionem hanc movemus, qvomodo fiat, qvod per universam *Mauritaniam & Asiam*, freqvens sit opii usus? Siqvidem ejus usui, teste *Garcia ab Horto libr. 1. aromat. 4.* ita assveruntt ut eo abstinentes periculum vitæ incurrant, qvod et iam *Christophorus à Costa de Opio* scribit, dum ii qvit: *Vulgatissimus est apud Aphricanos & Asiatic Opii usus, & cujus usui ita assveverunt, ut etiam abstinere neqveant sine manifesto vitæ discrimine.* ipsâ *experientiâ compert, dum Indico mari in Lusitan am redirem. Etenim eâdem navi vehebantur captiv Turcus qvidam natus in Aden, & alii tum Turci tum Persæ & Arabes; qvi clam aliqvantulum opii secum det lerant, qvo propter penuriam veluti medicamento usi rant. Eo absumpto, Turcus ille Adensis ad me, heus tu,* quit, *qvandoqvidem curandorum ægrorum in hac na provincia tibi data est, certò scias, nisi mihi & meis sodalil opium præbueris, biduum nos non supervicturos. Cum v negarem, opium me habere, respondu: Illud ergò est unicum remediũ, qvo nos, qui opii usui assvevimus, liberari queam si singulis diebus manè cuique puri vini hausttum propin licèt nobis admodum arduum sit & tadiosum, quod arti stræ adversetur, sed quoniam nostra salus ex eo depende necessariò ferendum est. Ex illius igitur præscripto vin omnibus dedi, liberatique sunt, & intra mensis spatium num amplius gustare noluerunt, nec illis obfuit opii defe cujus usus jam in desuetudinem abierat: imò cum illis dei vinum & opium dare vellem, neutrum cupiverunt.* Co fer *Fragosum, histor. medic. exotic* 12. Hîc eò respi

endum esse putamus, quòd in illis hominibus agiles omnino mobilesque sint spiritus omnium operationum autores, quorum quietem & reparationem per usum opii sibi conciliant, quapropter *Garcias ab Horto* eam ob causam frequentem opii usum Mauritianis esse dicit, ut lassitudinem ex laboribus animique fastidia tollant. Qvod autem ex ejusdem defectu vitæ periculum incurrant & ex frequentiori usu nihil damni percipiant, consuetudo in causa est, quam rectè naturam alteram appellamus.

Nec non simul quoque hîc notamus, per nomen *Maslach*, qvod ut *Renodæus*, & etiam *VVeckerus lib. 1. Antidot. Special. f. 16.* scribunt, Turcis in *Natolia* & per *Asiam* minorem, præcipuè Janiceris, in usu quotidiano est, cujus ad animositatem comparandam in prælia ituri plusculum sumant, non Medicamentum aliqvod ex opio & aliis compositum, sed verum opium intelligi; appellant illud *Amsiam, Asion.* Navigatores autem Indi teste *Scaligero sect. 1. Exerc. 175.* pro certo affirmant, *Amsiam* sive *Asion* esse opium. Etsi verò nomen *Maslach* non apud omnes occurrat; rem tamen ipsam satis Autores omnes describunt. Sunt tamen hodie, qvi id opium esse negant, adducti autoritate *Leonhardi Thurnheuseri, qui sui herbar. lib. 1. cap. 29.* ex cervariæ succo *Maslach* parari scribit, idque ex secreta Turcarum relatione sibi cognitum fuisse scribit. Etsi verò, apud omnes non sit in usu *Maslach*, tamen ut etiam hac in re veritatem Clarissimus *Sennertus* inqvireret, scripsit eo nomine Patavium ad Cl. virum *Bucretium*, eumque rogavit, ut *Venetiis* apud Turcas, vel alios, qvos hujus rei notitiam habere putaret, hac de re inqvireret. Percontatus ergò ille est primò hac de re Dn. *Ioh Baptis-*

ſtam *Sylvagium Genuenſem*, Reipublicæ *Venetæ*, apud Turcarum Imperatorem interpretem, peritiſſimum linguarum & morum gentium orientalium. Is ho... primò negavit, Turcas prælium inituros tale quid quo animoſiores ſe morti opponant, devorare; imò graviſſimè prohibitum eſſe, ne quis prælium acceſſurus quicquam earum rerum vel deguſtet, quæ mentem quocunque modo turbare queant. Id autem quod nimirum præliaturis addit, prædeſtinationem eſſe; quam de vita & morte hominis ab æterno factam eſſe à Deo credunt. Ubi enim dimicandum eſt, Imperatores, vel Duces belli ſuos quisque adhortatur, ſe præſtent ſtrenuos, memores ſe pro Deo ſanctaque fide majorum pugnare, etſi quod periculum impendeat, ſe immunes nihilominus à morte futuros eſſe, ſi ita æterno Numini viſum fuerit, ſin aliquid ſecius fortè contingat, jam jam Martyres ſe ſciant eſſe, quibus cœlum apertum ſit. Deinde *Maslach* quod attinet, idem retulit, habere Turcas medicamenta quædam, quibus frequenter utuntur, quæ primùm hilares reddunt, at mox, præſertim ſi copiâ peccatum ſit, inſanos; inde in ſomnum conjiciunt, quo varię rerum jucundiſſimarum imagines omninò repræſentantur. Et quidem talia duo præcipuè habere, quorum primum patrio ſermone *Aſion* dicitur: alterum *Bongelic*, Et *Aſion* nihil aliud eſſe, quàm opium noſtrum, quod iter facientes aſſumunt, ut hilarius tempus perdant, feſſique redeuntes ſuavius dormiant. Aiunt enim poſt ejus uſum ſibi ſomnia jucunda objici, & choreas pulcherrimarum virginum ſibi videri. At ſi ſæpius id ſumant, inſenſati quaſi reddantur, minusque ut antea, animo ſemper valent. Quin etiam ſi aſſvefcant hujus uſui, fieri quàm ſæpiſſimè ſolet, ut quâ horâ ſumere conſveverant, niſi eâdem ſollicite re-

repetant, jam malè ſe habeant, ac ſi conſvetudo fuerit vetuſtior, in animi deliqvium cadant. Triſtes fiunt toto vitæ tempore, & ad omnia animi officia inhabiles redduntur, nec redire ad ullam hilaritatem qveunt, niſi fucata ſit, & arte uſuqve opii parata. Quæ cauſa eſt, cur ii, qvi animo ferè nobiliori præditi, & ad res gerendas nati, tanqvam rem infamem & impiam exſecrentur, ſicqve inter plebeios tantùm vilesqve animos locum inveniant. *Bongelic* autem electuarium eſt ex melle paratum foliis & ſemine cannabis pulveriſatis, qvod in maximo uſu & freqventiore adeò qvàm opium habent, cum langventem ventriculi vim ipſis colligere videatur. Conjicit tamen & hoc homines in eadem pericula, cum delirantes reddat, & ſomnum capiant (qvem conciliat ſimiliter) gigantes pugnare ſibi videntur, ignesqve & civitates ardentes. Etſi igitur vox *Maslach* non omnibus nota, nec ubiqve obvia ſit, tamen medicamentum ſimpliciter ex opio, qvod eo nomine circumfertur, vel opium ipſum eſt. Et hac de re unanimis eſt conſenſus non tantum Turcarum ſed & Chriſtianorum, qvi nihil aliud pro *Maslach*, qvod in *Turcia* emerunt, qvàm opium monſtrant.

CAPUT III.

Opii temperamentum an ſit calidum vel frigidum?

DE papaveris lacryma ſeu opio ingens inter veteres & recentiores omni tempore ſuccrevit qvæſtio, qvâ ſcilicet qværitur: an opium illud ſit calidum vel frigidum? Antiqva eqvidem multorum eſt opinio, opium eſſe frigidum, & qvidem in ſummo & qvarto gradu.

Dioscorides lib. 4. cap. 65. Opii virtutes refert ad refrigerationem, incrassationem & exiccationem. Ὁ δὲ ὀπὸς, inqvit, καὶ αὐτὸς. ψύχων ἐπι πλέον καὶ παχύνων καὶ ξηραίνων ληφθεὶς, βραχὺ σοσον ὀροβῳ, ἀνώδυνος ἐστι, καὶ ὑπνωτικὸς καὶ στυπτικός. Βοηθῶν βηξὶ, καὶ κοιλιακαῖς διαθέσεσι. *Succus papaveris majore refrigerandi, crassescendi & siccandi vi ervi quantitate sumptus, dolorem lenit, somnificus est, maturat, tussibus & colicis affectionibus succurrit.* Modos agendi pariles, parum tamen mutatos in opiatis agnoscit Galenus 12. *meth. Med cap. 8.* Ὅσα δὲ διὰ ὀπίου καὶ ὑοσκιάμου, καὶ τῶν ὄντως ψυχόντων σκευάζεται φάρμακα, ψύχει τὲ ἅιμα καὶ ξηραίνει πάντως ὡς τοῦτο δὲ μόνον, ὡς ἀισθήσει ὀδυνηρὰ παρκωτικὰ χρήσιμα χαθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ὡς στύφοντα καὶ παχύνοντα τὴν τῶν ὑγρῶν λεπτότητα καὶ τὴν θερμότητα ἐμψύχοντα. *Ex papaveris succo quæ parantur medicamenta & alterco, frigidis, suâ natura frigida sunt & sicca. Hâc ratione non solùm ut sensui stuporem inducentia, salutaria sunt, sed etiam ut humorum tenuitatem cogentia & crassantia: præterea vehementem calorem refrigerantia.* Item *Fernelius 6. Meth. Med. cap. 5. Opium tum ipso papavere, tum meconio multò ad refrigerandum & stupefaciendum potentius, desperatis duntaxat levioribus auxilius admovendum in ardore summo & intolerabili cruciatu cum exquisito somno. Nam sensus obstupefacit, tenues & acres defluxiones coërcet: sed nisi moderatum & correctum fuerit, periculi plenum existit; devoratum enim mortiferum est: oculis admotum caliginem & rugas inducit, pupillas reddit aures, & partes omnes ad motum segniores, torpidiores facilas, excrementis tandem opprimit.. J. C. Scaliger d. subtilitat. contra Cardan. Exerc. 140.* Ægypto, ait *frigidissima nasci, argumento est Opium*

Hi omnes ex effectu Opium summê esse frigidum colligunt, propterea qvòd calorem insitum opprimat, somnum profundum introducat, totumqve cerebrum & omnes sensus stupefaciat. Hinc *Scribonius Largus lib. d. composit. Medicam. c.* 48. opium facere gravedinem, gelationem & livorem artuum, frigidosqve sudores manare, præterea spirationem impedire, mentem soporare, sensusqve alienare scribit. Et Clarissimus *Iohan. Freitagius lib. d. opio cap. 3. p. m.* 25. hoc argumento etiam utitur: certum est, inqvit, frigus soporem, torporem, immobilitatem, tandemqve ipsam caloris extinctionem & mortem inferre, qvod ii, qvi summo sæviente frigore, noctu præsertim, & per nives iter faciunt, experiuntur, qvorum aliqvi aut penitus interierunt, aut sphacelata membra reportarunt.

Verum enim verò omnes ejusmodi effectus jam enarrati sunt frigoris externi, quod est in aëre hyberno, qui vel Rusticis notissimi sunt, & quos multi in locis frigidissimis sæpè suo magno cum damno experiuntur. At cardo quęstionis hic in eo saltem consistit, an opium & alia narcotica, similiter ut aër hybernus frigefaciendo, stuporem & soporem inducant, imò ipsam mortem qvandoq; inferant: qvod negatur. Vt enim primò quispiam à frigore elementari stuporem contrahat, vel planè emoriatur, summâ eâqve in toto aëre ambiente, consistentis actione opus est. At opium in exigua quantitate sumptum & subito soporem inducit. Id qvod aliqvot aqvæ frigidæ atomi vel nivis libræ præstare neqveunt. Et qvis credat, ut etiam Clarissimus *Sennertus lib.* 1. *prax. med. part* 2. *cap.* 1. *qvæst.* 1. dixit, ab opii aut Laudani opiati granis duobus vel tribus assumptis corpus à febre æstuans ita refrigerari posse, ut illa refrige-

ratio à ventriculo usque ad cerebrum pertingat, qvod nec aqvæ frigidæ satis magna copia hausta præstare potest? Et cum licèt qvidam in aëre frigido satis diu versetur, vel etiam aqvæ frigidæ penitus immergatur, non statim in stuporem incidat vel moriatur: qvomodo opium ano saltem inditum frigiditate suâ id præstare potest? Nonnullos autem ex opio ano saltem indito mortuos esse historiis aliqvot probat *Marcellus Donatus histor. Med. Mirabil. lib.* 4. *c.* 18. *Rhases*, inqvit, 9. *Continent.* scribit, se vidisse ex supposito opio qvosdam mortuos fuisse. Et *Galenus* 2. *d. morb. vulgar.* asserit, qvod suppositum fuerit opium in ano qvorundam ad mitigandum dolorem, ex qvo mortui sunt. *Et Avicennas in fluxus Cura* sic scribit: vidimus, qvi supposuit sibi collyrium (est autem Collyrium *Avicennæ* suppositorium) ex opio & mortuus est. *Gattinaria* in *Comment.* 9. *ad Almans. cap. de Soda Cholerica* scribit, se vidisse in qvadam muliere nobili, qvæ cum stetisset per plures dies, qvod non dormierat, Medici decreverunt, ut illi supponerent suppositorium qvoddam longum opiatum, qvod cum fuisset factum, statim cœpit dormire, Medici autem præceperant ancillis, qvod cum cœpisset dormire, extraheretur illud collyrium, qvæ ipsum omittentes non extraxerunt, taliter autem profundata fuit mulier in somno, qvod nunqvam evigilata est, imò perpetuò dormit. Narrat *Nicolus serm.* 2. *sum.* 2. *tract.* 2. *cap.* 4. se vidisse puerum, cui immissum fuit Enema cum opio doloris colici immensi sedandi causâ & mortuum fuisse. Idem *Nicolus serm.* 2. *cap* 11. scribit, se vidisse puerum, cui suppositum fuit Opium propter tenasmonem, qvi extinctus fuit illicò ab ipso impositio. *Antonius Maria Betta Comm. in* 4. *fen. lib.* 1. *Avicenn.* tradit, à se visum, qvod qvædam de Mutinensi familia Charandinorum,

rum, cum jam per multos dies vigilâsset, & nullo levi ingenio potuisset dormire, jussit Medicus sibi imponi suppositorium cum notabili quantitate opii, ex qvo factum est, ut per diem & noctem profundissimo somno dormierit, à qvo tandem multis administratis auxiliis, relevata est, & licèt per multos annos postmodum vixerit, stupida tamen & veluti amens remansit. *Alexander Benedictus lib. 3. cap. 6. prax.* Scriptum reliqvit, *Patavii* accidisse, qvod Justinianus Patritius Venetus in dentis cruciatu convellere jussit molarem unum ex magnis dentibus, & cum dolor ingens perseveraret, svadentibus nonnullis opio sæpiùs in cavum indito supremo somno correptus fuit. Literis mandavit *Cardanus lib. de subtilitat. cap.* 18. Eqvitem qvendam victorem, depositâ galeâ, ut respiraret, ab invidis copioso intus illito opio extinctum fuisse.

Refert qvoqve *Zacutus Lusitanus prax. Medic. admirand. lib.* 1 *observ.* 61. Hispanum qvendam, cui vehementissimo auris dolore laboranti medicamenta ex opio in aurem posita fuissent, illicò ingenti tremore concussum, stupidum & veluti amentem evasisse, è præcedente vertigine veluti sideratum perpetuò obdormivisse. *Idem observat, seqventi* narrat, qvendam auris dolore inflammatorio laborantem imposito suppositorio opiato extinctum fuisse. Qvę omnia, quomodo opium in tantilla qvantitate non assumptum, sed uni saltem parti admotum frigiditate solâ præstare valuerit, si qvis nobis ostenderit, ejus sententię libenter & ultrò calculum subjiciemus.

Deinde elementare frigus tâctu statim percipitur, ut in glacie, nive, aqva, aëre frigido liqvet. At si qvis opium etiam in magno pondere deglutiat, vel ano suppositorii instar imponat, nullum frigus, sed potius calo-

rem & ardorem percipiet. Si qvoqve aër externus cum frigore partis alicujus externæ calorem extinxit, efficit, ut ea emoriatur & Sphacelo corripiatur, qvod nunqvam opium præstare potest. Si enim à narcotico qvodam medicamine extra applicato cutis ne qvidem stupida & indolens reddatur, qvomodo eam gangrænâ aut sphacelo correptam reddere possit, qvod certè confirmat *Fel. Platerus prax. tract. 1. lib. 1. cap. 5. p. m.* 185., scribens, se nunqvam deprehendere potuisse, qvòd à narcotico extra cuti applicato ea stupida & indolens reddatur, licèt ut certi aliqvid cognosceret, massam opii emollitam podagrâ laboranti extra applicârit. Et si opium qvoqve summam induceret frigiditatem, omnia frigida id præstarent, qvod verò nemo adfirmabit. Neq; enim aqva frigida hausta, neqve glacies vino injecta vel liquefacta idem præstant. Multa insuper dantur hypnotica & narcotica medicamenta propriè dicta, qvæ non frigida, sed potius deprehenduntur calida, ut vinum, lolium, allium, lupulus, crocus, sem. cannabis, anethi, styrax, tabacum & alia. Vinum vim narcoticam habere rectè statuit *Platerus prax. tract. 1. lib. 1. cap. 2.* & testatur id experientia. Eadem vis inest lolio, qvosdamqve à panis è lolio confecti esu primò in levem qvendam amentiam, hînc in somnum profundum longumque incidisse, refert *VVierus d. præstig. Dæmon. lib. 7. cap. 13.* Styracem calefacere extra controversiam est, & tamen soporem afferre docet *Dioscorides lib. 1. d. mater. medic. cap. 68.* & *Galenus 20. d. compos. medicam. sec. loc. cap. 1. in fin.* & 6. *Epidem. comment. 5. t. 13.* Anethum calidum est, & nihilominus somnum conciliat, teste *Galeno 6. d. simpl. medicam. fac.* Eodem modo sese res habet de semine cannabis, nuce moschata, nucleis Persicorum, amygdalis amaris, absinthio

Illu

lupulo, allio, croco, tabaco & aliis, quæ omnia omnium confessione calida sunt, & tamen somnum conciliant. Reliqva etiam, qvæ frigiditate somnum inducere putantur, omnia frigida non sunt. Nam ut de papavere vulgari tantum dicamus, cujus semen frigidum esse creditur, cum tamen oleum ex eodem exprimatur, qvod flammam alit, & ad lucernas eodem modo ut oleum olivarum, lini, cannabis, raparum adhiberi potest. Opium vulgò frigidum, & qvidem ultra tertium gradum statuitur, verum si ejus qvalitates & vires, qvæ potissimum in vi narcotica & hypnotica consistunt, diligenter accuratèqve perpendamus, calidum id esse animadvertemus, ut prolixè & accuratè hoc qvoqve demonstravit Clarissimus *Döringius tract. de opio sect.* 2.

Qvæ omnia autem, ne hînc quis cavillandi occasionem sumat, non ita statuimus, ac si vis narcotica & hypnotica à caliditate sola pendeat, alias enim omnia calida in eodem gradu constituta essent hypnotica & narcotica, qvod planè falsum deprehenditur, sed qvod vis illa occulta sit, cum calidis tamen partibus, qvas Chymici sulphureas nominant, potius, qvàm cum frigidis conjuncta: qvæ sulphurea substantia naribus saltem addita & hausta somnum inducit; qvo pharmacopæorum famuli, dum aqvas hypnoticas destillârunt, à vaporibus illis exhalantibus naribus acceptis, profundè soporati, suo comprobant exemplo. Clarissimus *Freitagius cap.* 2. in doctissimo suo *de Opio ac medicamen. opiat. tractat.* operosè probare annititur, calorem somnum non inducere, ac *Platerum*, *Doringium*, cæterosque Medicos doctissimos acutissimosqve ineptiarum & stultitiæ alio loco arguit: verum hoc, quod ipsis im-

pu-

putat Clariſſ. *Freitagius*, nunquam docent. Sicuti enim vis alexipharmaca & purgans eſt qvidem in pluribus medicamentis calidis, non tamen eſt ipſa caliditas, ſed ſolum cum ea conjuncta eſt; ita etiam vis narcotica & hypnotica, eſt qvidem in pluribus medicamentis calidis, ſed non eſt ipſa caliditas. Qvo argumento ſatis firmo & probabili omnia ea, qvæ admodum ingeniosè contra opii temperamentum calidum à Cl. *Freitagio cap. 2. tractatus ſui de opio* proferuntur, divelli poſſunt. Quãdo verò Medici doctiſſimi ac in arte ſpagyrica præcipuè exercitati demonſtrant, medicamenta hypnotica & narcotica eſſe calida, id eâ præcipuè intentione faciunt, ut oſtendant falſum eſſe, vim hypnoticam & narcoticam in opio latentem pendere à frigiditate, ut qvæ in illo vel nulla vel minima deprehenditur. Et ſanè hoc ſi obſervâſſet Cl. *Freitagius cap. 3. tract. d. opio p. m.* 24. contradictionem viris doctis impingere ſibi non propoſuiſſet, qvando ſcribit: Mirabile eſt, qvod propugnantes ſolius caliditatis in opio, cum docuerunt, qvo pacto calida vaporoſa ſint ſoporifera, nihilominus hos effectus non calori vaporoſo, ſeu, ut loqvuntur ſulphuris halitui, in qvo *κάρχωσιν* omnem ponunt, ſed occultæ qvalitati ſupra elementorum & apertarum craſium conditionem agenti adſcribunt, non attendentes ea quæ ſummis primarum qvalitatum gradibus & virtutibus armata ſunt, etiam in tenui qvantitate grandes edere effectus. Verum horum nemo unqvam fuit, qvi caliditati, ſeu ſulphureæ ſubſtantiæ, qvatenus talis (multa enim ſunt calida & ſulphurea, qvæ non ſunt narcotica) vim narcoticam tribuit, ſed omnes eam ab occulta qvalitate, qvæ in ſulphurea ſubſtantia conſiſtit, deduxerunt. Plures enim in eodem ſubjecto poſſe eſſe qvalitates omnes phyſici in totum adfirmant.

De-

Deinde frigiditatem opii multi ex correctione per medicamenta calida probare conantur, argumenta verò eorum qvæ adferunt, & à Clariſſ. qvoqve *Freitagio cap.* 5. magni æſtimantur, nullius ferè momenti ſunt. Fatendum qvidem eſt, antiqvos opiatis ſuis confectionibus multa calida admiſcuiſſe, ſed ex falſa hypotheſi id fecerunt, cum ſcilicet opium ſummè eſſe frigidum putarent. Si verò calida qvædam qvalitati opii narcotici reſiſtunt, ut caſtoreum, ruta, crocus, Myrrha &c. id non præſtant qvatenus calida (alia enim calida ejus gradûs id non faciunt) ſed vi ſpecificâ, qvæ qvalitati narcoticæ eſt adverſa.

Opium igitur temperamento ſuo erit calidum; & longè ſanè firmiora ſunt argumenta, qvæ id ipſum probant, & agnoverunt etiam non antiqvi ſolùm, ſed recentiores etiam Medici ac Spagyrici imprimis partes in opio calidas. *Matthiolus* in Comm. ad Dioſcoridem *lib. 4. c.* 60. in verba majorum penitus jurâſſe non videtur, opium potius qvalitates calidæ qvàm frigidæ ſtatuit, ubi inqvit: qvamvis opium, qvarto exceſſu frigidum ſtatuatur, tamen ſi ex ſapore & effectu rerum temperamenta & qvalitates cognoſcuntur, opium noſtri uſus (qvantum ego qvidem deprehendere potui) non modò guſtu amarum percipitur, ſed etiam acre, adeò ut paululum in ore detentum lingvam & palatum exulceret, unde haud dubiè colligi poſſe putaverim, calidiſſimas illi ineſſe qvalitates, cujus rei fidem augere poteſt, qvæ ex eò prodit, odoris gravitas. Veruntamen ne impudentis aut arrogantis nomen ſubeam, qvod in hoc omnium ferè Medicorum ſententiam deſtruere velim, eorum judicio rem hanc æſtimandam relinqvam, qvi ante nos opii tum qvalitates tum facultates diligentiſſimè expenderunt. Huic eleganter qvoqve ſubſcribit

Cu-

Curioſiſſimus medicamentorum perſcrutator *Libavius* *lib. 2. Batrach. cap. 13.* dicens: De opio multi multa: ego verò cum non pœnitendæ eruditionis & experientiæ viris id effectu potius qvàm qvalitate, & eo etiam analogo, frigidum ſtatuo, aliàs potius calidum, qvamqvam ſenſus obtundat, qvod non fit frigore primæ qvalitatis, ſed naturæ ſpiritu adverſo. Et Clariſſimus *Schröderus Pharmacop. Medico-Chymic. lib. 4. Claſſ. 22.* de opii hujus qvalitate ita mentem ſuam explicat: De caliditate & frigiditate (opii ſcilicet) maximè controvertitur. Plurimi tamen cum recentioribus calidum id probant, inducti amorore, inflammabilitate, acredine, vi exulcerandi &c. Alii cum majoribus frigidum id demonſtrant virtuti ſcilicet inſiſtentes narcoticæ, qvam obtinet. Diſputatio, mehercle, citra neceſſitatem. Etenim ſtatuatur calidum, reputetur frigidum, qvid inde? nec enim iis copia adhibetur tanta, ut metuenda inde inferri poſſit incommoda. Veruntamen calidum potius diicendum eſſe qvàm frigidum, potiores evincunt rationes: nec obſtat vis narcotica, utpote qvæ non à frigiditate, ſed occulta qvalitate procedit. Similem enim *νάρκωσιν* obſervare licet in nonnullis peſte correptis, febribusve malignis & ardentibus; iis qvibus ſanè qvicunqve narcoſin ad frigiditatem referre voluerit, igni frigiditatem attribueret. Clariſſimus Sennertus *libr. 6. prax. part. 7. cap. 1.* argumenta varia, quibus opii caliditatem demonſtrat, adducit. Primò, inqvit, Opium calidum eſſe, probat ejus inflammabilitas. Qvod argumentum acutiſſimus Freitagius *tract. d. opio cap. 3. p.m. 23.* non ſolvit, dum ſcribit, pinguibus rebus omnibus, etiam non vehementer calidis, hoc commune eſſe. Omne enim pin-

pingve inflammatur ; ſive id facilè , ſive difficulter fiat , propter partes ſulphureas & oleoſas , quæ omnes ſunt calidæ. Et qvod Camphoram objicit, incertum per eqve incertum probat. Nam camphora & ipſa naturâ calida eſt. Idqve probat etiam *Leonhardus Iachinus in 9. Rhaſis cap.4.* qvia odore eſt acri & penetrante, ſapore acuto, qvalis ferè eſt in pipere , velociſſimè ignibilis eſt , inſtar naphtæ , ac vigilias inducit , cui aſſentitur *Coſtæus in Avicenn.* Secundò, opium caldum eſſe , docet ejus gravis odor. Tertiò , ſapor amarus. Quartò , qvod fauces , & labia adurit. Qvintò , ſitim excitat. Sextò , animum inflammat & accendit. Septimò , ad Venerem ſtimulat. Octavò , pruritum excitat. Nonò , ſudorem provocat ; Qvæ omnia caliditatis , & qvidem non levis , ſed inſignis argumenta ſunt. Idem planè cum Clariſſ. *Sennerto* ſentiunt doctiſſimus Dôringius & Excellentiſſimus *Roſſincius. Ille tractat. d. Opio ſect. 2.* Opium ita calidum putat , qvoniam amarum , acre , ut lingvam vellicet , fauces incendit , ſitim excitat , odorem gravem habet , facilè inflammatur , animum efferat , Venerem concitat , pruritum excitat , ſudorem ciet , dura emollit & diſcutit. *Hic* verò Autor celeberrimus *lib. 4. ſect. 3. Chym. in art. form. redact. cap. 7. p. 249.* nulla frigidæ temperiei , plurima potius calidæ in opio adeſſe argumenta adſerit. Sapor , inqvit , amarus , caliditatis argumentum : at Opium amariſſimum. Odor gravis & teter , penetrantiſſimus , inflammabilitas caliditatis indicia. Sudorem provocat Opium , effectu ſanè calido. Τῦ κνησμῦ pruritûs meminit *Dioſcorides loco citato* , & qvidem tanti , ὡς τε διεγείρεσθαι ὑπ' αὐτῦ , ut qvidem idem ſumit , ſummo profundo licèt corripiatur , tamen ab excitetur.

At

At prurigo caloris signum. Effectus tamen hic, mediocri ut solet sumi dosi, rarò apparet. Hinc ex eff. actu qvoqve acutissimus *Zacutus Lusitanus libr. 1. d. Medic. princip. Histor. Dub. XXXV. p. m. 102.* Opium non esse ita frigidissimum medicamentum, ut ibidem notat *Matthiolus in comm. citat. Capit. Dioscorid.* credit. Nam non modò gustu amarum, sed & acre percipitur, adeò ut paululum in lingva detentum, os, palatum, ipsamqvee exulceret, qvare calidissimas illi inesse qvalitates planè statuit. Nec non potest non mirari *Paulum Æginetam lib. 7. tit. d. papav. Avicenn. lib. 2. tract. 2. c. 526.* & omnes ferè de opio scribentes, qvi ipsum in qvarto gradu frigidum esse unanimiter asseverant, qvod etiam *Galenus 8. sec. loc. 3.* & *Avicenn. 4. 1. c. 3.* confirmant, id omnibus stupefacientibus fortius esse existimantes; qva de causa mortificare corpora, & ad immedicabilem frigiditatem deducere adfirmant, supremam ac excellentem frigiditatem illi concedentes. Sed cum opium amarissimum sit, ut fatentur omnes, & amara omnia & exulcerantia calida sint, utpote à caloris excessu pronata, ut 4 *simpl.* 17. 21. & alibi docuit *Galenus*, cur opium erit frigidum, & non calidum. Manifestum ergò tandem redditur, opii qvalitates primas potius calidas esse qvàm frigidas, cum insignem amaritiem & aliqvam acredinem habeat, facillimè flammas concipiat, odorem gravem ac fœtidum exspiret; etenim, ut jam dictum, ipse *Galenus* amaritiem non frigoris sed caloris effectum statuit, qvicqvid contradicat *Averrhoes lib. 5. coll. c. 27.*, qvem seqvitur *Valleriola lib. Enarrat. 4.* Odor autem Philosophorum decretis consentientibus caloris est soboles, unde frigida sunt inodora, ut patet in glacie, nive, aqva pluribusqve metallicis. Verùm de caliditate & frigiditate non opus est, ut admodum sollici-

iciti simus, propterea qvòd effectus, qvem saltem qvæ-
imus, totius naturæ facultatem seu qualitatem oc-
utam sulphuris narcotici in opio contenti, ut postea
umus disserturi, seqvatur.

CAPUT IV.

*Cum verò Opium ab aliis Medicorum Principibus frigi-
dum, ab aliis verò calidum statuatur, nonne mista alicujus
esse possit qualitatis, ita ut caliditatem leviorem & fu-
gacem frigiditatem contrà validiorem & con-
tumacem habeat?*

MEdicorum ac Physicorum non pauci ut *I. C. Sca-
liger Exerc.* 175. *de subtil. contra Cardan. Capivac-
ius lib.* 7 *practic. c.* 9. *Renodæus lib.* 1. *d. mater. medic. sect.*
0. *c.* 1. *Ioh. Sperlingius lib.* 7. *instit physic. cap.* 6. *quæst.* 3.
oh. Freitagius lib singulari, ut vocat, *de opio cap.* 3. Item
Conciliator, Vallesius, Mercurialis, Erastus & alii medium
enere conantur, dum qvalitates opii diversas pronun-
iant, ut patet in *Capivaccio* præsertim, *Renodæo* & *Frei-
agio*, qvibus opium est mistæ qvalitatis, ita ut calidita-
em leviorem & fugacem, frigiditatem contra validio-
em & contumacem habeat. Hinc etiam frigidum
bsolutè pronunciatur opium secundum *Capivaccium*,
via frigidæ partes & qvantitate plures sunt, & qvalita-
e seu gradu intensiores, qvàm calidæ: frigidæ enim in
varto gradu sunt: calidæ in tertio.

Vidit jam olim hujusmodi intricatissimam antino-
niam *Matthiolus ad libr. citat.* 4. *Dioscoridis*, qvi superio-
i victus argumento, nimirum qvod opium non solùm
uctu amarum, sed & acre percipiatur, adeò ut paululum
n lingva detentum os palatum, ipsamqve exulceret, ca-
dum esse opium confirmat. Lustrarunt qvoqve eam
ngeniosissimus *Costæus* & subtilis *Mongius in comm. lib.* 2.

tract. 2. cap. 526. Avicenn. Sed dubii difficultate perterriti *Averrhoës* solùm de hac re sententiam legendam monent. Hîc ergò Autor *libr. 2. collig. cap.* 27. saporem amarum, non perpetuò oriri ex caliditate, sed ex frigiditate pronunciat, & posito exemplo in opio id confirmat: qvem deinde secutus fuit *Valleriola lib. 5. Enarrat. 4.* Sed qvàm falsum hoc sit, neemo non videt. Nam *Galenus lib. 5. simpl. 26.* amara meatus repurgare, abstergere, extenuare, incidere humorum crassitiem adfirmat. Insuper ab infarctu expediunt, extra verò admota, sordida ulcera repurgant, lichenes, impetigines, alphos, lentigines, &cætera, qvæ cutem inficiunt, delent, ut ait *Avicenna lib. tract 1. cap. 3.* & *Galenus 4. simpl. 18. 19.* Provocant menstrua, conferunt saniei excreationi è pectore & pulmone, phlegma crassum & induratum abstergunt; quæ operationes quàm contrariæ sint affectibus ortis ex frigiditate, patet; nam frigidum impingit, obturat, retinet, incrassat & cohibet. Confer. *Sennert. in paralipom. ad lib 6. practic. mec. IV, ad part. 7 cap. 1.* Occurrit *Vallesius. libr. 9. controv. vers. cap. 5.* dicens, nihil impedire, rem aliquam possit existere excellenter frigidam, quæ tamen nonnullas calidas sortiatur partes, quarum occasione amara fiant, ut cicuta, quę frigidissima cum sit, amaritudinem non exiguam obtinet: est enim amarum, quatenus amarum, calidum, licèt aliâ ratione possit esse valde frigidum. Non satisfacit responsio. Intelligendum enim hoc non est, de iis quæ summè sunt amara, sed de aliis, quę cum aliquali amaritudine aliis etiam saporibus constant; nam Cichorium, rosa, aliaqve quàm plura inveniuntur, quæ cum amaritudine frigiditatem obtinent exuperantiorem; hæc enim velut dulcia acria cum sint, mixta aliis saporibus refrigerantibus

act

actionem ſuam exercere non poſſunt, ab illis enim vincuntur & obumbrantur: Hoc manifeſtè voluit *Galenus libr. 4. ſimpl. cap. 7.* in hunc modum ſcribens: *Corpus omne adſtringens, ab aliis, quod ſenſu animadverti poſſet, qualitatibus ſincerum perpetuò comperi, experiendo frigidum: quin etiam nonnulla ex iis, quæ qualitatibus mixta erant, nempe quæ modicè dulcia, aut amara, aut acria, aperte quoque refrigerantia reperi, ſcilicet cum in iis adſtringendi refrigerandique facultates ita vincerent, ut alias obſcurarent.* Adhuc melius forſitan volunt nonnulli hîc dicere: Opium medicamentum licèt frigidiſſimum, habere tamen amaritudinem in parte externa & ſuperficiali, ratione cujus exulcerat & calefacit, maximè quoniam amaritudo excellens cum ſit qualitas, poterit, ubicunque fuerit, eluceſcere, etiamſi pluribus contrariæ qualitatis partibus ſit admixta. Nam ſi in heminæ aquæ n, inquiunt, opinionem ſuam magis confirmantes, aloës momentum injicias, totam ipſam amaram reddes. Sic vomitus pituitoſus amarus percipitur ob exiguam bilis portionem illi permixtam. Sic Pſyllium, porrò ajunt, in internis partibus non mediocrem habet caliditatem, & in externis & ſuperficiariis valenter infrigidat. Ex *Avicenna libr. 2. tractat 1. cap. 1.* & *Meſue tract. d. ſimpl. medicament. tit. de Pſyllio.* Sic plurima alia ob varias, quæ in illis inſunt contrarias qualitates in diverſis partibus ſitas, contrariis & valdè inter ſe diſtantibus polleant facultatibus. Sic lentes in ſuperficie nitroſam habent calidam & expurgantem vim, cum medulla ſit frigida & ſicca. Sic braſſica, ſqvama æris, rhabarbarum laxante & adſtringente conſtant, facultate. Sic lacti triplex inest ſubſtantia, triplex temperamentum,

& triplex actio *ex Galeno* 3. *aliment.* 15. Præter qvas tres temperies particulares unam demum habet, cujus gratiâ lactis naturam servat. Id in rebus accidere debet, qvæ miscentur, omnibus; sic de opio qvoqve dicendum, id cum ingenti amarore posse esse summum frigidum. De qvo argumento doctissimus *Mercurialis lib.* 2. *de venen.* admodum argutè disserit.

Præprimis autem Clarissimus *Freitagius libr. suo de opio cap* 3. *p.* 19. 20. *&* 21. pro hac sententia tanqvam pro aris & focis dimicat, opiumqve propter diversas, qvibus constat, substantias, diversas edere operationes potiores tamen esse summi frigoris partes, multis argumentis, qvę nos non pigebit, licet prolixa, hîc adscribere, demonstrat. Calorem inquit, opio inesse, qui cum sensibus pugnare non decreverit, inficias ire nequit, veros etiam vivosque frigiditatis effectus edere & non tantum molestum frigoris sensum partibus imprimere, & ab applicatione sæpè relinqvere, uti in sopore sua expertus est *Forestus*, sed & somnos soporesque graves, torporem, stuporem, anęsthisiam, caloris non tantum oppressionem & imminutionem, verum etiam aliqvando extinctionem, si intemperanter & inscitè usurpentur, moliri, quæ omnia esse irrefragabilia summi frigoris effecta & argumenta, extra omnem est dubitationem, unde à veteribus in qvarto frigiditatis gradu collocatum est. Nimis ineptum foret, porrò ait, asserere, ea quæ frigiditatis propria sunt, fieri à calore, & contrà. Licèt enim ab uno succo, cui opii nomen, utriusque proficiscantur effectus, tamen non secundum idem & ad idem, hoc est, ab una eademqve eadem jusdem facultate naturali, quæ uniformiter ex se & juxta se semper agit, producuntur. Quocirca rectè concluditur, ad instar cæterorum, quæ diversas & contrarias

as edunt operationes, è diversis opium constare, & compositum esse substantiis, qvod de rhabarbaro partim laxante & adstringente, aloë venas recludente & claudente ac consolidante, camphora, peto, aliisque prædicatur. Mista misceri, qvod alibi prolixius demonstravimus, variæque mistionis partes sub generali aliqva temperatura, in rebus naturalibus comprehendi, uniusqve formę dominio, à qva gubernentur & conserventur, subjugari & submitti, vel ipsa animalium corpora nos docere possunt. Cum à causa naturali, quæ pro indole sua semper uniformiter agit, contrarię eduntur actiones, harum aliæ ab ipsis per se, alię per accidens, aut pro diversitate subjectorum; in qvibus fit operatio, veluti cum sol uno eodemque calore, liqvefacit glaciem & ceram, lutum verò indurat, & lapides coagmentat, aut qvod res una eademqve diversis constet substantiis, ex qvibus diversę promanant actiones, fieri necessum est, id qvod in opio luculenter apparet. Artificiosa enim torrefactione, subtiliores ejus vaporosæq; partes, in qvibus caliditas, amaror cæteræq, agitationis spirituum, & pruritus, ardoris in gula, aphrodisiæ lasciviæ hærent causa, primò magnam partem exspirare, frigus excedens, qvo somnos profundiores demumqve soporem & stuporem conciliat, non nihil mitigari, *Galenus* ex doctrina & monumentis veterum nobis reliqvit 2. *& 3. lib. d. composit. medicam. sec. loc.* Quemadmodum verò hâc ratione primò subtiliores & calorificę partes exspirant, & frigidæ nonnihil mitescunt, ac de rigore suo remittunt, ita in corpus demersum facilius in actum deducitur juxta partes calidiores & tenuiores & spirituosas, unde initio spirituum animalium agitationes & dementiæ & audaciæ & impetus, sitis, pruritus per corpus, & in venerem irritationes, qvę omnia-

cum pro diversorum temperamentorum dispositione etiam diversimodè alios atqve alios exerceant; ipsa vero frigidiore ejusdem substantiâ ad operationem veniente, qvod serius propter crassitiem in qva hæret, & frigus aliquandiu naturæ reluctans contingit, subsequuntur algor totius, torpor, spirituum segnities & qvasi ligaturæ, sopores, anæsthesiæ, comata, cari alia qve soporiferarum affectionum; & qvia majus à frigore & torpore periculum & in symptomatibus, qvæ à calidis acutisqve adfectibus dependent, qvalia sunt tenuium acrimaqve humorum fluxiones, vigiliæ, & magna dolorum pars mitigandis, ejus est usus, veteres qualitatis qvâ maximè nocet, si indebitè usurpetur, & qvâ summoperè prodesse qveat, dum ritè & rectè adhibeatur, videlicet frigiditatis duntaxat mentionem fecerunt, & in qvarto frigidorum ordine collocârunt, tantumqve horum corrigentium, qvibus frigoris effectus excedentes, velut torpores, somni immoderati & noxii possint emendari rationem habuerunt & adsignârunt, & in hoc genere Castoreo, qvod cerebrum, nervos, nervosasqve partes maximè respicit & tuetur, contraqve omnes algores cæteraqve injurias munit, suffragante adprimè *Galeno* primas detulerunt. Ex qvibus omnibus, ut porrò differit, ni fallor, satis manifestè daret, diversas in opio ineſſe substantias & partes, majoremqve existere virtutem & exuperare qvalitatem, in qvibus resederit frigiditas, neqve hanc à mixtura calidorum ita cicuratam qvin sit opus ad salutarem ejus usum alia benignæ qvalitatis corrigentia adjicere. Diversas in opio partes, & in iis calidiores primam suam exserere operationem, deinde frigidiores, & ab his noxam imprimi graviorem, liqvet ex *Prospero Alpino*, & *Bellonio*, qvi tradunt, Ægyptios & Turcas vesci opio ac

com

comparandum alacritatem, audaciam, venerisqve appetitum, verùm addunt, opii devoratores, etsi ejus usu se rectè habere, & minimè lædi asserant, tamen frigidiores reddi, functiones esse deteriores, ebrios ac torpidos ferè perpetuò apparere, fieri comatosos, stupidos, inconstantes, modò adfirmare, modò negare, adeò qvod caveant cum ipsis tractare & conversari, ut etiam in dicterium, convitio non absimile, qvod sibi mutò objiciant, abierit, tu edisti opium, non aliter qvàm cum nostrates alicui temulentiam vel ebrietatem exprobrant. Verùm qvi pro opii calore sentiunt, idqve putè & purè calidum faciunt, alia insuper, qvibus pugnent, argumenta adducunt, ex qvorum censu non infirmum hoc est, qvod facilè flammam concipiat: qvod tamen pingvibus rebus omnibus, etiam non vehementer calidis commune est. Neqve enim id, qvod facilè ignem recipit vel admittit, protinus calidum est, teste *Scaligero exercitat. 104. s. 8.* Sic camphora qvia pingvis est, facilè accenditur & ardet in aqvis, & qvia frigiditatem aqveam possidet, refrigerat, idqve propter partium diversitatem, qvam ipsi etiam in *Nosologia* Petræus assignat. Hactenus ille *Freitagius.*

Verum enim verò, ut paucis saltem ad prolixas illas Clariss. *Freitagii* rationes respondeamus, fatemur eqvidem, in opio, ut in omni corpore misto diversas inesse qvalitates. De hoc verò saltem qvæstio nobis est, an frigiditas, an verò caliditas in opio prævaleat? ubi rectè responsione nostrâ qvibuscunqve caliditatis in opio oppugnatoribus ita occurrimus, cum tot caloris in Opio sint indicia, ut inflammabilitas, gravis odor, sapor amarus, sitis excitatio, animi inflammatio & accensio, veneris stimulus, pruritus, sudoris provocatio & simil. fieri non posse, ut Opium in

qvarto gradu sit frigidum. Etenim si in qvarto gradu frigiditatis ponantur sive quatuor partes frigidæ, sive ex sententia *Alchindi* sedecim partes frigidæ respectu unius calidæ, qvomodo cum isto gradu, & tot partibus frigidis adhuc tertius gradus caliditatis, qvem in opio respectu partium calidarum admittunt, consistere, & tot partes calidæ cum tot partibus frigidis in quarto gradu esse possunt. Et qvomodo in isto excessu frigiditatis tot adhuc manifesta caloris indicia esse possunt, frigiditatis verò nulla. Et si in aliis medicamentis, ut rhabarbaro, aloë &c. qvæ diversis partibus constant, partes diversæ separari possint, cur non idem in opio mistæ hujus qvalitatis propugnatores hactenus præstare potuerint. Imò si vis soporifera est in partibus frigidis, cur calidis per evaporationem & tostionem partibus separatis, opium non redditur magis soporiferum, cum tamen contrarium experientia testetur, & nimiâ tostione vis hypnotica dissipetur. Qvòd verò ab eadem causa diversæ actiones proveniant, fit ob diversas qvalitates. Ut enim in vino & spiritu vini, croco, tabaco, lolio, anetho, caliditas primò spiritus turbat, postea vis narcotica eosdem sopit; ita etiam ab opio & opiatis medicamentis idem fieri potest. Opium autem nimiâ suâ frigiditate totius corporis algorem, torporem, sopores & stupores inducere adfirmat qvidem Cl. *Freitagius*, sed non probat. Nititur falsâ potissimum hypothesi. Non entis nulli sunt effectus. Qvod autem camphoram objicit, in eaque illam partium diversitatem, qvarum aliæ sint inflammabiles, aliæ frigidæ, monstrat, incertum per æqvè incertum probat. Camphora enim & ipsa, ut superius adduximus, naturâ calida est, cujus caliditatem multæ arguunt rationes; ratione enim substantiæ suæ est sulphur vegetabile; odo-

ris

ris est fragrantissimi & satis constantis, nareſqve ceu sal volatile peculiare admixtum esset, cum vehementia ferientis: instar sulphuris facilè inflammatur, & semel accensa etiam vim aqvæ, in quam projecta est, eludit: saporem habet acutum & amaricantem: summa partium tenuitate constat, unde instar spiritus vini fortissimi spontè evanescit, ac in auras avolat, nisi probè in thecis recondatur, & in loco frigido servetur: potentissimè totum corpus penetrat, quod ipsum potissimum fit ob partium quoque tenuitatem & calorem insitum: tota potest sublimari, & hinc videtur esse sulphur qvoddam vegetabile, arctissimè sale quodam volatili mixtum, adeoque summè calidum. Corruptioni minimè est obnoxia, & nisi evaporet, diutissimè integra ac salva servari potest. Id quod ipsum quoque excellentis caloris indicium est. Sudorem movet, putredini resistit, ac res, quibus admiscetur, à putredine præservat, quæ omnia non frigiditatis, sed caliditatis sunt indicia: & solvitur demum camphora solum in Spiritu vini & oleis cujuscunque generis. Et hinc quoque, cum camphora nonnisi oleis & spiritibus sulphureis ac calidis solvatur, ipsa quoque naturæ erit sulphureæ, multum caloris in recessu habebit. Conferatur Clarissimus *Moëbius Anatom: Camphor. cap. 8. p. m.* 26. 27. 28. 29. 30. 31. Et hanc Camphoræ quoque caliditatem variorum Medicorum Clarissimorum autoritates comprobant. *Averrhoes* camphoram calidam & siccam in tertio gradu esse statuit. *Matthiolus in epistol. cap.* 137. alias rationes profert. Camphora, ait, Medicamentum frigidissimum haudquaquam mihi persvaserim, cum non tantum accensa vehementissimè flagret in aqvis, sed etiam sit tenuiorum partium ac acutissimi odoris, & manducata os excalefaciat, & admodum exiccet, & hinc frigidius-

culis medicamentis rectè admiſceatur, ut craſſiorum medicamentorum vires ſecum ad interiores partes vehat. *Idem lib. 7. in Dioſcorid. cap. 71. delentiſco* argumentorum difficultate perterritus, camphoram calidam & ſiccam eſſe arbitratur, codicesqve *Avicennæ* mendoſas eſſe ſibi perſvadet. *Iachinus in 9. Rhaſ. cap. 4.* Camphoram qvoqve calidam ſtatuit, qvia odore eſt acri & penetrante, ſapore acuto, qvalis ferè eſt in pipere, velociſſimè ignibilis eſt, inſtar naphtæ ac vigiliás inducit. Clariſſimus *Sennertus in Paralipom.* ut & *lib. 1. practic. cap. 11.* Camphoræ caliditatem qvoqve defendit, communibus aliorum rationibus adductus, qvia facilè inflammatur. 2. ſaporem habet amarum. 3. odorem vehementem. 4. partium tenuitatem ac ſummam penetrandi vim. *Angelus Sala Hydreogol. cap. 13.* non diſſentit: Camphoræ, inqvit, meritò vindicanda eſt à ſiniſtro multorum medicorum judicio, qvi frigidam & ſiccam qvalitatem ei tribuunt, cum tamen promptiſſimè ignem concipiat, cui frigida ſicca ob partes aqveas & terreſtres commixtas naturâ adverſantur, nec cum ulla re minus, qvàm cum terra convenit, cum hæc arctiſſimè centro ſuo affixa maneat, camphora verò minimo negotio in auras evaneſcat, nec non acrimonia ejus & odor contrarium evidenter arguant. Qvare aromaticæ, odoratæ & ſubtiliſſimę ſubſtantiæ ratione cum calidis potius qvàm frigidis cognationem habere, rectè ſtatuitur. Nec obſtat effectus externus inflammationes ſedandi; ſimile enim ſimile attrahere, experientia & ratio probat; ſiqvidem materiâ per penetrantem, attrahentem, & digerentem facultatem conſumptâ, tumorem & inflammationem ceſſare, manifeſtum eſt, imo internos etiam ardores vi ſuâ diaphoreticâ, & putrefactione horum coërcente. ut plura hujusmodi remedia temperamento cali-

da

da dissipare potest. Ejusdem valoris argumentum illud est, quod ex facultate libidines infringendi desumunt ad adsertionem temperamenti frigidi. Etenim si unicè & propriè qvalitas frigida sicca ad hunc effectum requireretur, seqvelæ hæc foret necessitas, nullum nimirum simplex, qvod calidum & siccum est, id perficere posse, quod autem experientię in ruta & agnocasto non respondet. Item *capite eodem*, Camphora, ait, in classe sulphureorum propter puritatem, candorem & penetrandi vim jure principatum obtinet, & æqve citò ac spiritus vini accessu caloris, ne dicam ignis in auras evolat. Paulo post addit: neqve satis admirari queo ejus ingenium, qvod adeò aereum ac subtile, ut nisi singulari industriâ condatur, se ipsam exhalando interficiat. Et tandem *Conradus* Kunraht in *Medull. destillator.* Camphorę hujus caliditati qvoqve adstipulatur, & illam spiritum summè volatilem esse, levi ignis calore sublimari, & ad nitri naturam qvàm proximè accedere, imò eam ignem non secus ac ipsum nitrum fugere contendit. Erit ergo camphora naturâ calida, qvicqvid etiam in partem contrariam *Manardus in Comm. Trochisc. d. Camphor. Renodæus lib. 1. d. mater. Medic. c. 2. Zacutus Lusitanus lib. 3. Medic. princip. histor. 20. Mindererus lib. d. peste cap. 15. Iohan. Baptista. Theodosius epist. Medic. 49. Gregorius Horstius lib. 10. d. pharmaceutic. observat. 2. p. 474. 475. 476. & 477. Libavius part. 1. Apocalyps. c. 16. Crato tract. de peste*, qvi omnes camphoram diversis constare partibus calidis & frigidis constanter adserunt, nobis objiciant.

C A-

CAPUT V.

Opium, cum neq; ob frigiditatem, neq; ob caliditatem ſuam præſtet operationes, erit ergò occultâ qualitate narcoticum?

OPium, de cujus qvalitatibus multum in Medicorum ac Chymicorum ſchola diſputatur, cum ob frigiditatem, qvæ in eo nulla deprehenditur, ſomnum & νάρκωσιν non inducat, neque etiam ejus caliditas, quamvis inſignis id præſtet, cum ſint multa ſimiliter calida, quę idem non efficiunt, rectiſſimè occultâ qualitate ac proprietate ſuâ opium illud facere concludimus. Nęc deſunt nobis rationes firmiſſimæ, qvæ id probant. Prima ergo erit, qvòd opium in exigua quantitate aſſumptum maximam agendi vim habeat, qualem quidem nullæ qualitates primæ, ſed occultę ſaltem obtinent. Etenim non ſolum exhibitum, ſed etiam glandium formâ ano ſuppoſitum homines ſubitò necavit, cujus rei exempla *cap. 3. hujus part.* ex *Marcello Donato hiſtor. Medic. miracul. lib. 4. cap.* 18. adduximus multa. qvalis vis in nullo elemento, etiam frigidiſſimo reperitur, multò minus in miſto aliqvo, in qvo ſumma frigiditas calidorum admiſtione temperatur. Fruſtra ergò Clariſſ. *Freitagius lib. ſuo d. opio cap. 4. p. m.* 36. 37. cauſam, qvod paucis granis ſubitò alteret agatqve opium in ſumma ejus & quarti gradus frigiditate qværit. Altera erit, qvòd opium certis ſaltem partibus, nervis nimirum & ſpiritibus animalibus maximè inimicum ſit, cum ea qvæ manifeſtis pollent qvalitatibus non magis unam qvàm alii membro ſint contraria, verùm omnia ſine diſcrimine alterandi vim habeant. Tertia erit; qvòd tot & tàm miri ſint opii effectus, ut in ſeqventibus per-

cipiemus, qvos omnes ad manifestam aliqvam qvalitatem referre impossibile est ; imò qvòd exiguâ etiam qvantitate hominem jugulet, qvod sanè nullum purissimum elementum facit. Qvarta erit, qvòd symptomata, qvæ assumpto opio accidere solent non per medicamenta qvalitatibus primis agentia, sed per peculiaria alexipharmaca curentur. Qvinta tandem erit, qvòd si solum frigiditate & copia noceret opium, sicut piper & crocus caliditate, Medici non tàm solliciti essent de ejus correctione, sed tantummodo sufficeret, ut in minori qvantitate exhiberetur; nemo enim Zingiber, crocum, piper corrigere tentat, verum saltem qvantitate certâ ea quisque exhibet.

Nos ergo in tàm varia Autorum discrepantia, paucis, qvid nobis de hac sententia probabilius videatur, aperiemus, nimirum in opio ut & aliis qvibusdam narcoticis inesse frigiditatem non subjectivè, sed effectivè, qvatenus ex accidenti spiritus vivificos sistendo & mortificando, corporis nostri partes refrigerant. Qvod enim Opium narcoticam & soporiferam qualitatem habeat, hoc non fit eâ ratione, quatenus illud ipsum est frigidum, sed prout copiosum sulphur narcoticum, indigestum ac fœtidum possidet. Nam & fumus sulphureus (inquit *Qvercetanus pharmacop. dogmatic cap.* 24.) carbonum & vapor sulphureus tàm vini quàm croci, multo citiùs hominem in somnum præcipitabunt profundum & letheum, qvàm aqva nivis aut glaciei montium, quantumvis in summo excessu frigidissima. Hæc enim frigiditas caret spiritibus vaporosis & sulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes, ejusmodi soporiferas inducunt affectiones, qvique æqve in vino, carbonibus & croco reperiuntur ; licèt non tàm noxii & lethales. Hînc *Petrus Severinus Id. medi-*

cin.

Medicin.c.7. Opium cum tanta amaritudine ſtupefacii
endi virtutem habere dicit, propterea quòd in artificia
li ſeparatione illius ſulphur oleoſum planè narcoticum
deprehendatur cum ſale qvodam diaphoretico, cujus
ratione ſubtili reſolutione ſudores movere poteſt.
Qvod enim in papaveribus (inqvit *Quercetanus* lib. 1. de
fenſ. cap. 20.) atqve opio narcoticum eſt, id nihil aliud
eſt, quàm pars qvædam oleoſa ac ſulphurea flammam
concipiens. Hæc vim ſtupefaciendi poſſidet, non
qvatenus calida vel frigida, ſed totius naturæ poteſtate
ut loqvitur *Libavius* accuratiſſimus ille Medicamento
rum perſcrutator. Et Clariſſ. *Sennertus Natural. ſcient.*
lib. 6 cap. 5. claſſ. 12. ita loqvitur: de opii qvalitatibus
Medici inter ſe certant, dum alii frigidum in qvarto eſſe
ſe ſtatuunt ob vim illam ſomnum inducendi ac ſtupefa
ciendi: alii calidum ob amorem & acrimoniam, qvæ in
eo deprehenditur. Verùm hodiè non ſolùm Chymici
ſed & alii docti Medici ſtatuunt, ſomnum conciliari &
ſtuporem induci, non tàm à frigore, quàm ſulphure
quodam narcotico, qvod etiam in calidis rebus, ut ſpiri
tu vini deprehenditur: atq; à tali ſulphure narcotico o
mnem etiam ſuam vim habet opium, amarorem verò
ſale amaro. Cujus rei vel hoc indicium eſt, qvod largius
ſumptum veternum inducit cum pruritu totius corpo
ris: & Turcæ maslach ſuo utuntur ad animoſitatem in
prœliis conciliandam, eoqve qvaſi ebrii redduntur. Ei
igitur tandem res recidit, in opio ſubſtantiam eſſe oleaginem, qvàm ſulphur narcoticum vocant cujus ratione, qvalitate non manifeſtâ, ſed occultâ totius ſubſtantiæ, ſpirituum & caloris motus inhibeatur ac ſiſtatur unde mirum non eſt, qvod ob caloris ac ſpirituum immobilitatem introductam varii frigiditatis effectus ei venire videantur.

Hi

Hiſce præſuppoſitis, veram nunc ac legitimam cauſam quęrẽtibus reddere poſſumus, quâ vi & virtute medicamenta hypnotica ac narcotica ſomnum conciliare valeant, cum ea de re variæ ſemper Autorum fuerint opiniones. Nonnulli in ea adhuc ſunt ſententia, cauſam vigiliarum proximam eſſe immoderatam canaliũ, per quos ſpiritus animalis ad ſingula ſenſuum organa influit, apertionem ob defectum vaporum, qvi eoſdem canales certis quibuſdam horis obſtruere debebant. Idcircò eorum occluſionẽ per tales vapores eſſe proximã ſomni cauſam: & propterea ad ſomnũ conciliandum, ſi vigiliæ urgeant, requiri medicamenta frigida, craſſos ac frigidos vapores, eoſqve plurimos ad caput exhalantia. *Hieron. Capivaccius* autem ſtatuit, qvod ejuſmodi medicamenta narcotica & hypnotica calorem inſitum ſenſorii judicãtis diſſipent. Atq; ex hoc concludit, talia ſoporifera & anodyna non reverâ talia eſſe, ſed ſaltẽ ſecundũ dici, qvòd partem qvaſi ſenſu privent. Cũ enim, quò pars validior eſt, eò ſenſum habeat exqviſitiorem, ſi medicamentum narcoticum & hypnoticum calorem inſitũ ſenſorii diſſipet & removeat; & ſtuporem induci ac ſomnũ conciliari. Alii frigoris exceſſu ſpiritui animali ad partẽ additum intercludi, opinantur; atq; ita hanc ob rationem hypnotica & narcotica valdè frigida dictitant. Unde etiam ex falſa iſta hypotheſi ad narcoticorum correctionem adhibuerunt calida, piper, cinamomum, euphorbium, caſtoreum, crocus, nucẽ moſchatam, ſemen petroſelini, dauci, fœniculi. Verùm maximum commiſerunt in hac controverſia errorẽ, dũ omnia ad qvalitates primas reducere conantur, ac facultatem ſomnum inducendi frigiditati principaliter adſcribunt; cũ tamen, ſi rem diligenter perpendamus, lõge aliter ſeſe res habeat. Nã, ut etiã in ſuperioribus percepimus, tã ũ abeſt, ut hypnoti-

ca illa & narcotica medicamenta propriè dicta valdè frigida sint, ut contrarium potius verum sit, & calida deprehendantur. Reliqua etiam, quę frigiditate somnum inducere creduntur, omnia frigida non sunt. Sic semen papaveris frigidum esse censetur cum tamen oleum ex eodem exprimatur, quod flammam alit, & ad lucernas eodem modo, ut ol. olivarum, cannabis, lini, raparum usurpari potest. Sic opium quoque frigidum & quidem in quarto gradu statuitur, si verò ejus qualitates & virtutes contemplabimur, calidum id esse animadvertemus. Frigida ergò simpliciter non sunt, quæ dicuntur narcotica & hypnotica medicamenta. Argumento qvoqve nostro majus adhuc pondus accedit quod ipsamet medicamina narcotica & hypnotica minimâ saltem quantitate, granorum scilicet ij. vel iij. ponderę, quo opium & Laudanum Opiatum (quod tamen purum putum opium non est) exhibentur, corpus tàm insigniter refrigerare, & tot crassos frigidosque vapores, qui ad meatus cerebri omnes obstruendos sufficiat, emittere non possit. Quomodo enim ab opii granis duobus vel tribus assumptis corpus etiam febre æstuans ita refrigerari possit, ut illa refrigeratio usque ad cerebrum penetret? Quod ne à satis magna aquæ quantitate fieri potest. Cum ergò in tàm parva quantitate narcoticum & hypnoticum aliquod non summum solùm profundum & stuporem inducat, sed & paulò liberalius exhibitum enecet, rectius qualitati alicui occultæ & peculiari proprietati, quæ in Spiritu quodam sulphureo consistit, utex odore, inflammabilitate, ac resolutione ejus patet, vim hanc attribuimus. Hic enim spiritus seu odore in cerebrum admissus, seu per poros cutis penetrans, seu intra corpus sumptus, in cerebro spiritus vi peculiari sopit, & torpidos ac quasi immobiles

atq

atqve ad actiones animales edendas ineptos reddit. Qvod ipsum præ cæteris etiam confirmat illud, quod *Fel. Platerus tract. 1. prax. l. 1. c. 5.* scribit, se nunqvam deprehendere potuisse, qvòd à narcotico extra cuti applicato, ea stupida ac indolens reddatur, licèt ut certi aliquid cognoscereret, massam opii emollitam podagrâ laboranti extra applicârit.

CAPUT VI.

An Opium sit venenum?

MEdicamenti appellatio latius aliquando usurpatur ab Autoribus Medicis, qvemadmodum ex *Galeno lib. 3. d. temperam. c. 2. & Oribasio lib. 4. Medicinal. collect. cap. 2.* videre est. Illi enim Autores qvatuor referunt Medicamentorum species. Qvarum prima est eorum, qvæ corpus quidem humanum evidenter alterant, ubi antea nonnihil à calore nostro vis ipsorum latens fuerit excitata, verum nihil adferunt mali, si in debita quantitate assumantur, talia sunt: Zingiber, piper, cinamomum, agaricus, rhabarbarum &c. Secunda est eorum, quæ simul agunt & patiuntur, sed tandem vincuntur, & corpori assimilantur. Qualia sunt t. lactuca, nasturtium, cassia, manna & alia ejus generis. Tertia est eorum, quæ mutationis initium ab animalis corpore jam consecuta deinceps putrescunt & corrumpuntur, hanc qve deinde corruptionem corpori communicant, quæ deleteriis venenis adnumerantur, talia sunt: arsenicum, sandaracum, auripigmentum, lepus marinus, cantharides, quarum hæ vesicam, ille lepus marinus pulmones afficit. Quarta est eorum, quæ, qualia assumpta sunt, talia etiam permanent, & ad eundem peculiarem modum corpus nostrum evincunt, qvo id cibos

vincit atque ſuperat; ſuntque hæc medicamenta prorſus venenoſa, & naturam animalis corrumpentia. Pro exemplo ſunt viperæ, ſcorpii, phalangii, tarantulæ, & animalium rabidorum venena. opium quoque & cicuta, aliaque ejus genera, quę quomodo corpus immutent, neque viciſſim immutentur, copioſè demonſtrat *Matthiolus init. Comm. in lib. 6. Dioſcorid.*

Inter Medicamenta ergò venenoſa refertur quoque opium, quod non Clariſſ. *Sennertus* ſolum *lib. 6. prax. part. 7. cap. 1.*, ſed alii quoque viri in Medicina celeberrimi fecerunt. Inter venena refert illud *Dioſcorides lib. 6. cap. 17. Galenus d. temperam. lib. 3. cap. 4. Plinius hiſtor. natural. lib. 20. cap. 17. & 18.* Ubi *Licinii Cecinnæ* prætorii viri patrem in *Hiſpania* eo interemptum ſcribit; *Avicennas lib. 4. fen. 6. tract. 1. cap. 2. ibid. ſum. 3. cap. 1.*, & omnes ferè in eum commentatores, imprimis *Dynus*, qui, quædam, inquit, ſunt, quæ ſolum ſunt ſtupefacientia, ratione qualitatis eorum, quia ſunt vehementis frigiditatis, & hoc modo ſunt ſtupefactiva nix & aqua frigida: quædam verò ſunt ſtupefactiva, ratione venenoſitatis & eorum contrarietatis, à forma ſpecifica, quam habent ad corpus humanum, & iſta ſunt opium, poma mandragoræ & hyoſcyamus. Et *Gregor. Chriſtoph. de Honeſtis in Meſues part. 2. diſtinct. 1. d. antidot.*, *d. theriac. diateſſaron fol. 50.* ita ſcribit: *Opium ſomnum faciliter profundum inducit cum ſua proprietate & forma ſpecifica, nobis occulta potius, quàm ſuis qualitatibus primis. Cavendum ergò eſt ab uſu ipſius ſecundum omnem modum adminiſtrationis & in quacunq; doſi.* Et *Gnainerius d. venen. cap. 1.* ubi pluribus explicat, quòd omnia venena occultâ proprietate ſint corruptiva, inter ea etiam opium recenſet, docetque mentem *Avicennæ* & aliorum, qui dicunt, venena alia ex

e frigida, alia calida, non aliter accipiendam esse, qvàm, quòd, licèt talia agant occultâ proprietate, quatenus venena; tamen etiam agant, qvatenus frigida & calida; & qvamvis euphorbium caliditate homini noceat, opium frigiditate: tamen illę qvalitates manifestæ, caliditas & frigiditas, mediante qvâdam occultâ qvalitate operantur, ut sint homines interemptiva. Et paulò post scribit: Licèt aliqvod sit venenum, verbi gratiâ, opium, euphorbium, qvod operationem suam à qvalitate manifesta facere videatur: illam tamen, non totam cum qvalitate manifesta facere, sed etiam cum proprietate. *Dioscorides lib. 4. cap. 55.* Opium ervi magnitudine assumtum somnum potenter qvoqve allicere scribit, ita ut lethargicos efficiendo interimat. Hancq; ob causam *Zacut. Lusitanus lib. 1. d. Medic. princip. histor. qvæst. 16. p.* 2.48. recentem theriacam stupefacere opii vi; fermentatam verò & antiqvam, qvę pro epilepsiæ, frigidorumqve morborum medela & præservatione exhiberi debet, vigiliam movere, attenuare, penetrare & incidere: In hac verò opii virtutem jam esse vehementer devictam ac refractam tradit. Et *Galenus lib. de Theriac. ad Pison. cap. 10.* Opium ait, ita in actione vehemens est, tamqve qvalitate deleterium, ut, si absqve aliis medicinis propinetur, interficiat. Nam opium intra corpus assumptum, sive eo, qvòd à corpore immutetur, illud immutat & corrumpit, ut *Galenus 3. de temperament.* 2. & *Avicennas 2. 1. doctrin. 2. cap. 15.* manifestè pronunciant. *Clarissimus Tabernæmontanus, Icon. Herbar. libr. 2. f. 6. cap. 1.* Opium à *Diagora* repudiatum esse scribit, qvòd apertum venenum sit, in suam autoritatem *Fernelii* locum *libr. 6. Meth. Med. cap. 5.* trahens, qvo si in cor-

pus sumatur opium, enecare hominem &c. & quoquo modo in usum trahatur, membrorum sensum tollere, calidum insitum ac influens extingvere, hominemque dormientem vitâ privare, dicitur, Quamobrem nunquam exhibendum opium suadet *Tabernæmontanus*, nisi in summa necessitate, utpote in perpetuis vigiliis, doloribus acutissimis, ac ubi reliquæ Medicinæ inefficaces deprehenduntur; & quidem tum, cum grano, ut ajunt, salis, moderatè ac cum cautela in usum esse vocandum. Cumqve veteres Medici, juti *Mesues*, *Aetius*, *Aegineta*, *Oribasius*, imò *Galenus* ipse temerè satis in compositionibus suis, qvasi placenta foret, abusi sint opio, hortatur posteritatem, ne audaces eorum medicamenta composita & electuaria ægris ingerant, ea vel maxime, quæ meconio (quod cum opio confunditur, illoqve deterius est, si qvis tamen inter rabidos mitior) constiterint. *Matthiolus lib. 4. Herbar. 64.* cum formidine opium esse tractandum præcipit, tanqvam inimicum vitæ insidiantem. Interim ejus usum vel nullum, vel cum summa vigilantia ac minima dosi suadet, nisi desperata id urgeat necessitas; tum demum adhiberi posse: sed tamen singulari iterum cum prudentia & grano salis; aliud videlicet pharmacum opio addendum, vel ipsummet corrigendum; Cæteroqvin istud calorem naturalem enervare, sensum omnem tollere, & hominem interimere dormientem. *Ruellius d. natur. stirp. lib. 30. cap. 105.*: audivimus, inqvit, qvosdam, cum valetudo impatibilis odium vitæ feciſſet, hoc papaveris scilicet succo sibi mortem conscivisse. *Rhodius* Vir ævi nostri rari talenti in *Analept. super Ludovic. Septalii cant. Medic. in lib. 3.* opium non præbendum, nisi vires constent ex *Guainerio tractat. 14. cap. 8.* notavit. Idem *Rhodius* extreme periculosum esse, in *Zacuti Lusitani*

tani historiis Medic. Principum testimonium reperit. *Renodæus d. mater. Medic. lib. sect.* 10. opium mixtæ caliditati adnumerat, sed hanc leviorem & fugacem, frigiditatem è contra validiorem & contumaciorem judicat: Observavit pariter, si indiscriminatim exhibeatur, tremorem & paralysin non tantum inducere, sed prorsus ad perpetuum somnum ac vitæ interitum deducere. *Ioh. Schrôderus Pharmacop. Medico-chymic. lib.* 4. *class.* 2. *p.* 394. Opio malignitatem qvoqve attribuit, præterquam enim, quod urinam supprimat, alvum claudat, induit livorem artuum, frigidos sudores elicit, respirationes parvas, ac ipsam mentis alienationem accersit, quod ipso *Scribonii* testimonio comprobari videtur. Observavit idem quoque, quòd de qualitatibus opii, calidumne an verò frigidum existat, lis sub judice sit, & ab Autoribus controvertatur. Nihil enim incommodi metuendum censet ex opio, cujuscunque facultatis sit, in theriaca, cum in parca copia usurpetur. Calidum tamen potius, quàm frigidum esse philosophatur. Vim autem ejus narcoticam, ait, non à frigiditate, sed ab occulta qualitate resultare; hâc persvasus ratione, quod similem νάρκωσιν observare liceat in nonnullis peste correptis, febribusque malignis & ardentibus. *Quercetanus pharmacop. phytolog. c.* 31 adeò sulphureum statuit opium, ut à sulphure suo facilè flammam concipiat ipsum, & ardeat, odoremque narcoticum retinet, etiam post ignis examen integrum. Hinc fieri non posse, nisi interveniente aliâ præparatione (meliori scilicet, qvàm vulgaris illa sit, quâ suam vult intellectam) quin cerebro mirum in modum infensum sit, & pernitiosa lethiferaque inducat symptomata; qualia ipsi rectè tribuit *Scribonius* de compos. medicam. cap. 48. juxta cujus sententiam opium gravedi-

nem, gelationem, & livorem artuum, frigidoſq; ſudores manare facit, ſpirationem præpedit, mentem ſopit, ſenſuſqve abalienat: ſed corrigi illud, ſi ſulphur ejus abominabile arte penitus ſecernatur; qvo facto, utiliſſimum evadere medicamentum. *Capite V.* eodem amplius cenſet, idem opium, ante ſui uſum, in qvintam eſſentiam redigendũ, arq; ita eò redactum, longè aliam eamq; meliorem præparationem, qvam in theriaca obtinere; ſolum enim opium in cauſa eſſe, qvoniã crudam incorrectũq; & ſine ulla præparatione theriacæ miſceatur, qvòd hæc ad fermentationem ſui aliqvot menſes imò annos reqvirat, priuſqvam evadat tuta. Nam ipſum prius fermentare debere, coqvi & depurari, & noxio ſuo ſulphure ſpoliari; ad qvod negotium XII. menſes reqvirantur, ut plurimũ deplorandum inſuper errorem eſſe (pergit *Quercetanus* qvòd trium unciarum doſi tantum venenum, puta opium addatur ſcilicet theriacæ, qvod tamen paucorum granorum pondere vitæ ſpiritum ſuffocet, & perpetuum ſomnum inducat. Et *Bauhinus* tandem *part. 2. plantar. hiſtor. lib. 30. pag. 395.* negat *Quercetani* deſcriptam novam opii correctionem antiqvâ veriorem eſſe, & primò venenatam qualitatem malignitatemqve ineſſe opio, adfirmat, qvæ per digeſtionem neqvaqvam minuatur, aut ſuperetur, nec acceſſione aliorum medicamentorum tollatur, ſed tantum corrigatur; deinde cenſet in ſpecie: per hyacinthos, coralliа, terram ſigillatam, pulverem bezoar & unicornu nihil minui officinarum Opii malignam iſtam qvalitatem.

Venenatam ergò & ſubſtantiam noſtram planè corrumpentem indolem habet opium, ac naturæ noſtræ maximè infenſum & contrarium eſt; cujus verò malignitas neqve caliditati neqve frigiditati ipſius adſcribi poteſt. Qvæ manifeſta vis eſſe tanta in opico

opio potest, qværit doctissimus *Scholzius epistol medicinal.* 31. nt hominem vel tantilla ejus particula extingvat. Frustra ergò Clarissimus *Freitagius libr. suo singulari d. Opio cap.* 4. venenatam hanc opii naturam in qvalitatibus manifestis qværit, cum id saltem juxta qvalitates suas apertas nocere tradit. Plura testimonia congerere hîc non est nobis opus, cum ipsâ experientiâ constet, multos Opii usu interemptos fuisse, & rationes, qvibus Opium non manifestis sed occultis agere qvalitatibus probabimus, eædem etiam id venenum esse facilè evincunt.

Clarissimus qvoqve *Freitagius cap.* 4. *pag. m.* 28. *lib. d. opio*, in venenorum censum ideò non referendum id ipsum putat, qvoniam corpus nostrum non continuò, ubi sumptum fuerit, immutat, nisi actionis & mutationis principium à nobis consequatur, hoc est, à calore nostro, ut actu refrigeret, excitetur, & in actum deducatur. Verùm enim verò ratio hæc tanti viri nodum non solvit. Incommoda certè locutio est, ea qvæ in actum deducuntur, actionis suæ principium à calore nostro consequi. Etenim principium illud actionis ante habent, sed latet saltem in misto, qvod sese exserit, ubi mistum à calore resolvitur, ut eleganter docet *Zabarella de misti generatione & interitu lib.* 2. *cap.* 9. Et divinus ille *Fernelius meth. med. lib.* 4. *cap.* 1. docet, qvòd calor notter nullam medicamento agendi facultatem confert, sed latentes solum vires exsuscitat.

Deinde, qvod hîc Clarissimus *Freitagius* præsupponit, qvoqve falsum est, qvod nullum venenum à calore nostro in actum deducatur. Contrarium enim clarè docet *Galen. lib.* 3. *de temper. c.* 4. ubi duplicia venena constituit, unũ, qvorũ substantia à calore nostro non alteratur

alterum eorum, quæ ex noſtro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, & deinde in multivarias alterationes vertuntur, quibus corrumpi naturam accidit. Nimirum quædam venena ita comparata ſunt, ut à natura noſtra reſolvi poſſint, ea ſcilicet, quæ partes habent heterogeneas. In iis enim cum partes venenoſę ab aliis ſeparantur, liberè jam ſeſe exſerere & in corpus noſtrum agere incipiunt. Quædam verò ita ſunt comparata, ut ſecundum omnes partes ſint venenata, quæ neque aggredi natura poteſt. De quibus *Galenus loc. jam citat.* ita differit: *Medicamenta ſunt, quæ multâ ſubſtantiæ ſuæ mutatâ parte, ſed totâ ſervatâ integrâ corpus noſtrum afficiunt; Caterum gravia & naturam animalis corrumpentia, unâ & totum eorum genus deleterium.* In utroque tamen veneni genere qualitas venenata à corpore noſtro vinci non poteſt. Ad quod tamen venenorum genus opium ſit referendum, non ita planum exiſtit. *Galenus loc. jam citato* ad illa, quæ non actuantur id refert, quando ſcribit: *papaveris ſuccus hominis corpori prorſus contrarius, ut quod in eum quicquam agere ne quidem unâ qualitate poſſit, multò minus totâ ſubſtantiâ poſſit.* Sit ſanè, ut opium ſit inter ea, quæ calore noſtro actuari poſſunt, & concedatur, non ita venenoſum eſſe, ut auripigmentum, vel venenum aſpidis: tamen reſolutione & actuatione vis ejus venefica nullo modo imminuitur, vel plane tollitur. Deinde Clariſſ. *Freitagius p. m. 28. tractat. ſui d. opio*, ipſum ideò non eſſe venenatum putat, quia venena in minima quantitate hominem occidunt, opium verò in minima & inſenſibili vel mediocri etiam quantitate nihil nocet. Hanc que ſuam ſententiam ex *Galeno*, *Dioſcoride* & *Mathiolo* potiſſimum confirmat. *Galenus* enim *lib. 3. de ſimplic. facult. cap. 9* ait: *quæcunque frigiditate occidunt, ea exigua quantita-*

titate sumpta mortem non adferunt, non magis, quàm si copiosæ flammæ pauxillum aquæ instilles, aut lignum injicias viride & humidum. Et *lib. 5 d simpl. facult. cap. 4.* inquit. *Mandragora, cicuta, papaver, si quis modicè utatur, condensandi vim obtinent, sin liberalius, non modò condensandi, sed & obstupefaciendi, si verò etiam plurimum, non tantum obstupefaciendi, sed & enecandi. Dioscorides lib. 4. cap. 60.* ait: *papaveris nigri semen tritum cum vino bibitur contra fœminarum profluvia, in pervigiliis fronti temporibusq; illinitur cum aqua. Opium ejus magis refrigerat, inspissat, siccatque, sumptum ervi magnitudine dolorem sinit, concoquit & somnum allicit, tussi atque cœliacorum valetudini auxiliatur. Verùm si copiosius hauriatur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat. Matthiolus in comm. Dioscoridis lib. 4. sui operis cap. 60.* scribit, incolas agri Tridentini affatim vesci placentis ex semine papaveris nigri, & ad satietatem ingestas nec nocere nec somnum inducere. Quin etiam Austrios & Stirię indigenas, oleum ex semine papaveris nigri expressum in cibis continuò assumere olei olivarum vice, quâ confisus experientiâ ait, se metum, quem graves olim præceptorum admonitiones inusserint, deposuisse. & seminis papaveris cremorem in ardentissimis febribus ad sitim extinguendam & somnum conciliandum largius exhibuisse.

Adfert præterea Clariss. *Freitagius p. 31. & 32. tractat. sui* ex *Bellonio*, *Pospero Alpino* & aliis, quod ejus usus plane sit quotidianus. Legimus quidem apud *Prosperum Alpinum, de Medicam. Ægyptior. lib. 4. cap. 2.* Ægyptios Opio, quod *Affion* nuncupant uti frequentissime, eique longo tempore sic insvescere, ut vel trium etiam drachmarum pondere aliquis tutò per os assumere audeant. Et paulò post legimus, Ægyptios quam-

plures opium qvotidiè ſumentes nullam noxam ſentire. Sic *Bellonius lib. 3. memorabil. obſervat. cap.* 14. refert, Opii manducandi conſvetudinem apud Turcas jamdudum invaluiſſe, cujus uſu ſeſe animoſiores fieri, neqve belli pericula formidare aſſerant. Drachmæ itaqve ſemiſſem, vel etiam integram drachmam impunè devoratam vidit creberrimè *Bellonius*, & ſe ipſum ex opio deguſtato nihil deprehendiſſe, prętervam qvod pectus excalefecerit, cerebrum nonnihil perturbârit, omniaqve turbulenta induxerit ipſe fatetur. *Renodæus*, & etiam *VVeckerus lib.* 1. *Antidot. ſpecial. ſect.* 16. ait: Turcis in *Natolia* & per *Aſiam* minorem præcipuè Janiceris in uſu qvotidiano eſſe opium, ipſis *Maslach* nuncupatum, cujus ad animoſitatem comparandam in prælia ituri, pluſculum ſumant. *Hollerius* ſcriptum reliqvit, *Gulielmum Rondeletium* retuliſſe, qvòd viderit Hiſpanum in magno æſtu innoxiè ſemiunciam opii devorare. Ex qvibus omnibus doctiſſimus & acutiſſimus *Freitagius* concludit, opium ex ſe ſuâqve naturâ ad venena propriè referri non poſſe, & debitè exhibitum, medicamenti prędari munus obire; excedenti autem qvantitate, & imprudenter, ſine ratione & modo ab imperitis exhibitnm maleficam exſerere vim, & pernitioſum eſſe.

Verûm nos non immeritò ad hæc tanti Medici ac Philoſophi verba ſpecioſa reſpondemus, nullo modo ab eo poſſe probari, qvod omnia venena in minima & etiam inſenſibili qvantitate, ut vult, hominem occidant. Magna enim eſt venenorum differentia. Etenim qvædam minimâ etiam qvantitate occidere poſſunt. De grano Nubię ſcribit *I. C. Scaliger exerc.* 153. *ſect.* 11. qvòd decima ejus pars intra horæ qvadrantem hominem in-

tterficiat. Talia etiam præstat venenum aspidis, scorpii & simil. Majore certè qvantitate opus est, ut cicuta & arsenicum occidant; majore adhuc, ut Cantharides interimant. Et præterea sunt multa venena, qvæ hominem non interimunt, sed humanam saltem naturam vehementer occulto modo lędunt. Et tamen in ipso opio etiam correcto adeò magnâ qvantitate opus non est, ut hominem occidat, sed etiam in satis parva, & non multorum granorum qvantitate sumptum, ut experientia prôh dolor sæpius docet, homini perpetuum somnum conciliare, eumqve interimere potest. Ita narrat *Sanctor. Sanctorius meth vitand. error. lib.* 8. *cap.* 12. se vidisse in finitimis Ungariæ locis militem qvendam, qvi septem opii pilulas (qvas non credimus ex puro Opio, sed Laudano, vel simili medicamento compositas fuisse, eumqve eas pro aliis ex errore sumpsisse) deglutiverat, qvi tanto cum impetu spiritum trahebat, ut paulò post deficeret, & è vivis, anteqvam ei potuerit remedium dare, decederet. Et talia exempla passim, qvod dolendum, sunt obvia.

Exemplis deinde à magno hoc viro adductis, eorum, qvi opio in magna qvantitate sine noxia usi sunt, facilè est credendum. Homines etenim facilè rebus venenatis sensim adsvescere possunt. Neqve tamen dum hoc fit, natura statim humana in venenatarum rerum constitutionem convertitur, ut etiam elephantiasi vel lue venereâ laborans, etsi tota ejus corporis constitutio vitiata sit, homo manet: sic & Regis *Cambaiæ* filius, etsi venenatam corporis constitutionem habuerit, homo mansit. Neqve etiam Turcæ & Ægyptii sine damno Opio assvescunt, torpidi enim, amentes, desidesqve, ut ipse fa-

fatetur *Fretagius*, inde fiunt. Et ut *Prosper. Alpinus. d. Medicam. Ægyptior. lib. 4. cap. 2.* testatur, opii devoratores functiones habeant deteriores, ebrii ac torpidi appareant, sint comatosi, stupidi, inconstantes: qui modo adfirmant, modò negant, ita ut nemo propemodum cum ipsis libenter conversetur. Quòd tamen minus lædantur Ægyptii & Turcæ nimio & largiori opii usu, causa hæc est, quia nascuntur à parentibus opio jam adsvetis; & ii ipsi, ut *Fallopius d. medicam. purgant. simplic. cap. 6.* tradit, à pueritia opium edere incipiunt, à quantitate parva sensim ad majorem adscendentes. Qui verò à primis annis non sunt assveti opio, non sine periculo id faciunt; imò qui ei sunt assveti, & aliquot annis ab eo abstinuerunt, si postea id sumant, lædunur, & ut *I. C. Scaliger exerc. 175 sect. 1.* qui à primis annis ejus esui assveti non sunt, in adulta ætate comedant, moriuntur. Ita refert *Marcellus Donatus Histor. Medic. mirabil. lib. 4. cap. 18. Mantuæ* captivum Turcam Illustrissimi Comitis Bonifacii Torelli empto à Seplasiario Opio, eoqve deglutito extinctum esse. Consvetudini hac in parte multum certè est adscribendum. Refert namqve *Marcellus Donatus histor. Medic. Mirabil. lib. 6. cap. 3.* fuisse quendam, qui nullum ex scorpionis & aranearum ictu dolorem sentiebat; alium, qui bibens helleborum, neque vomebat, neque ullo modo purgabatur. Et *Cardanus contradict. 7. tract. 2. sect. 2.* quondam arsenicum ad unciæ fermè quantitatem sine damno devorâsse refert. Et *Fallopius d. purgant. c. 6* narrat, Germanum qvendam Scammonii unciam unam sine noxa sumpsisse. Quis verò inde concludere audeat, talia & ab aliis ita usurpari posse. Præterea opium, quo Turcæ utuntur, non verum & genuinum opium est, sed ut *Scaliger Exerc. 151. & 175.* item *Bellonius lib. 3. observat. 15.* scribunt, ex papa-

pa-

pavere albo colligitur, idque non purum, sed aliis rebus admistum sumitur. Quemadmodum etiam maxima est inter semen papaveris albi, imò etiam nigri, quo non solùm in *Stiria* & *Austria* sed & aliis *Germaniæ* locis populus ad placentas condiendas utitur, & verum opium differentia.

Tandem Clarissimus *Freitagius in lib. suo d. Opio singulari*, Opium venenis non ideò accensendum opinatur, quia corrigi possit, ut utile medicamentum evadat. Quod ultimum certè verum est. Ratione enim & Medicorum Galenicorum ac Chymicorum experientiâ constat, ex iis, quæ in venenorum sint classe, quædam sic præparari, cicurari & temperari, miscerique posse, ut exutâ malignitate, relictisque venenorum castris, medicamentorum conditionem & naturam assumant, fiantque præsidia, si commodè adhibeantur, humanæ saluti & abigendis morbis opportuna. Exemplo sint Cantharides dextrè præparatæ & innoxiè adhibitæ. Scammonium juxta *Mesuen*, apertâ acrimoniæ qualitate venarum oscula nimis referat ac intestina abradit, occultâ verò substantiæ proprietate ventriculo jecorique est infensum. Euphorbium, Colocynthis, Mezereonis species apertâ facultate & occultâ veneficaque malignitate cordi & visceribus inimica sunt, & ad venena referuntur, quæ si corrigantur, temperentur & cicurentur, utilissima ex iis comparantur remedia. Nux vomica, electuarium de ovo, uva lupina antidotum Saxocam ingrediuntur. Euphorbii & antimonii non tantùm malignitas sed & purgandi vis certâ præparatione, vertitur diaphoreticam in facultatem, ut pesti, paralysi, febribusque malignis fiant apta remedia. Mercurius dulcis meteorisatus omnis veneni & fraudis indolem deposuisse dicitur. Rectè ergò scribit *Zacutus Lusitanus*

tanus histor. Medic. Princip lib. 5. quæst. ult. p. m. 904. Medico licitum est tractare de venenis, ut ea evitet, & aliqva medicamenta ex iis componat, cum aliis cardiacis permixta, saluti humanæ valde proficua, ut probat *Cardanus libr. 1 de venen. cap. 1.* Nam viperæ caro ingreditur in theriacam; Opium in philonium; Cantharides ad medicamenta peculiaria & ad hydropem commendantur. Napellus ad lepram: & exterius ad pleraque utilia sunt spuma argenti, ærugo, Mercurius & alia metallica. Tamen necesse prius est, ut accuratè distinguat, qvid in antiqvorum monumentis sit toxicum.

Venenorum autem differentia perbenè hîc venit notanda. Qvædam enim nullam, si assumatur (licèt interdum extra ad usus qvosdam adhiberi possit) hominii utilitatem adferre possunt, sed simpliciter noxia deprehenduntur, qvalia sunt arsenicum, auripigmentum & similia multa; alia verò, etsi vim & facultatem venenatam habeant, tamen etiam virtutem aliquam, qvâ prodesse possunt, obtinent: ita helleborus albus, etsi vim strangulandi, singultum & spasmum concitandi, imò mortem inferendi vim habeat: attamen cum etiam purgandi facultate polleat, ob eam qvandoqve exhibetur; qvod etiam de argento vivo dicendum. Eodem modo etsi opium venenatam qvalitatem obtinet: tamen qvia etiam vim somnum conciliandi & dolorem leniendi habet, ob eam interdum expetitur, & ita præparari, ut malignitas ea corrigatur, & eâ qvantitate exhiberi potest, ut tantum somnum conciliet, non verò noceat. De ejusmodi medicamentis purgantibus, succis papaveris, mandragoræ & hyosciami *Galenus in lib. Hippocrat. d. victus rat. in morb. acut. comm. 2. text. 12.* Ita loqvitur: *purgantium omni-*

mnium medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis contraria est, atque ut quispiam dixerit, lethalis & deleteria, id est pestilens: ut autem succi papaveris, mandragoræque & hyosciami, atque aliorum hujusmodi multorum, quæ nobis & substantia & viribus adversa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes, magnam percipimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris adversa est, exiguam aliquam partem praecidentes, ad suppetias ferendas utimur.

CAPUT VII.

Quæstionem hanc nobilem, an Opium nutriat? ventilat.

TRiplici modo potissimum plantæ, quæque ex iis simplici modo parantur, actiones suas in corpore humano exercent. Aut enim corpus & ejus humores communi modo vel specificè confortando vel evacuando alterant & medicamenti nomine veniunt. Aut partim nutriunt, partim alterant; ideoque ejusmodi stirpes seu plantæ alimenta medicamentosa nominantur à *Galen. lib. 2. d. aliment. facult. c. 61.* Aut corporis substantiam augent, utile alimentum toti sub ministrando, adeoque corpus ejusdēq; partes in pristino vigore & flore conservant, & illæ facultates alimentosæ appellantur. Cum igitur corpus nostrum perpetuò sit in fluore, neque sine restauratione, quæ fit per ejusmodi alimenta vel modicum subsistere possit, meritò requirit similia, quibus conservatur & nunquam destruitur. Opium autem, ut supra jam dictum, venenum est, ac naturæ nostræ maximè infensū & contrariū, quo corpus nostrū ejusq; cū partibus in pristino vigore & flore non conser-

ſervatur ſed potius ejus tanqvam ingrati & nunquam familiaris corporis noſtri alimenti uſu deſtruitur, ut ii deò per opii uſũ ejus nutritio vera perfici nequeat. Hîc objici nobis poſſet. Cicuta, in parva quantitate ſi ſumatur, nutrit, & natura ſẽſim ac ſenſim aſſveta illam devincit. Poſſe autem acqviri conſuetudinem circa venena oſtendit *Theophraſtus lib. 9. hiſtor. animal. cap.* 18. Nam omnium pharmacorum vires in aſſvetis deperduntur. Porrò fit, ut quædam ex medicamentis ob hominis aſſuetudinem vim ſuam amittant, nec amplius nocere poſſint, cum enim à natura amplexantur, devincuntur, conficiuntur, nec amplius inter medicamenta cenſeri poſſunt: quicquid enim calore, aut congenita vel ex conſvetudine acquiſita corporis proprietate alteratum, in corporis alimoniam digeritur, id venenum eſſe non poteſt: ſic modicâ cicutæ potione Ægyptiorum ſacerdotes ſe impunè caſtrabant.

Nonne Opii miram quantitatem plurimi quotidiano uſu ſine noxa devorant, prout prolixiús jam diximus, & adhuc ſumus dicturi. Et mirabilius eſt, quòd ex autoritate *Sexti Empirici* ſcribit *Mercurialis lib. 1. de venen. cap.* 6. fuiſſe quandam anum, quæ triginta drachmas cicutæ ſorbebat ſine ulla noxa. Nonne hydrargyrum medicamentum frigidiſſimum, ſæpè in magna quantitate, velut unciarum decem aut ſeſquilibræ pondere ſumptum profluxiſſe per alvum, narrat *Botallus de lue vener. cap.* 7. & confirmat *Sambarolitanus comm. ad Avicenn. cap. de Cura caſus & offenſ. p.* 186. Quare nonnulli dicunt, venena frigida, quę quantitate ſolum nocere ſolent, ſi pauculâ ſumuntur quantitate, nutrire corpus poſſunt, ut opium, lactucæ ſuccus; partes enim habent alimentoſas, quæ in ſucci probi nutrimentum convertuntur, ut *Galenus lib. 3. ſimplic. cap.* 22. confirmat;

& maximè, cum veneni vires consvetudine sunt mitiores, ut probat *Mercurialis lib. 1. de venen. cap* 11. Ergò cicutæ exiguæ portio nutrire potest, etsi de ejus vi pernicioſa mira proferant *Hieronymus Tragus lib. 1. histor. stirp cap.* 159. *Matthiolus Rei herbar. lib. 6. cap.* 11. *Scaliger exerc.* 152. *Cordus lib. 2. histor. stirp. cap.* 150. Si itidem quæreremus, quomodo opium, aut aliud venenum calidissimum nutrire poterit, cum nullam cum humano corpore habeat similitudinem? Ex *Galeno* ita legimus *lib. 1. de sem. cap.* 12. §. *Iuxta eandemque rationem minutissimus liquor, ex iis quæ venenosa sunt, animalis corpori illapsus, totum corpus brevissimo tempore transmutat, ac suæ naturæ simile reddit &c.* Et *lib.* 5. *simplic. cap.* 18. *Adsunt, quæ totâ substantiâ nobis contraria sunt, proinde si vel minimum eorum assumptum fuerit, omninò lædat, necesse est.* Etsi hoc verum sit, respondebunt vobis, tamen opium, napellus, vel aliud venenum calidum in tàm minima quantitate assumi potest, ut præ exiguitate à calore nostro possit devinci, minimeque nocere, & sic nutrire: nam hoc intelligendum loquentibus nobis, nutritionis vocabulo latius sumpto, non pro eo, quod verè nutrit, & in aliti substantiam convertitur, sed pro eo, quod, licèt assumptum, non verè nutriat, non lædat tamen. Deinde cum assvefacta natura veneno ita in hac consvetudine est confirmata, tunc partes alimentales à deleteriis separare potest, & illis frui, hisque minimè offendi, ipsas delendo & frangendo. Multorum autem gravissimorum Autorum exempla, quibus hoc ipsum ubertim confirmatur, nobis ante oculos ponunt. Narrat *Arnaldus in Specul. cap.* 5. historiam cujusdam pueri, qui cum ætate pueritiæ ob stultitiam araneas edere cœpisset, cum esset adolescens eas ad vescendum venabatur citra noxam: quod adfirmat *Cœlius*

Rhodiginius lib. 11. *antiq. lect. cap.* 13. & variis exem
plis *Bernhardus Deſſenius lib.* 6. *de compoſit. medica
ment. ſchol. trochiſc. d. viper. verbo Cicutæ.* Nonn
Theophraſtus luculentiſſimus plantarum hiſtoriæ ſcri
ptor elegauti qvadam verborum concinnitate, hiſtori
am refert *lib.* 6. *hiſtor. plantar. cap.* 18. multorum, qu
tantum hellebori eſitârunt, ut manipulos totos ſim
noxa conſumerent. Nonnè *Cardanus libr.* 9. *contra
dict. tract.* 2. *contr.* 7. deſcribit hiſtoriam cujuſdam
qvi arſenici unciam ſine ullo auxilio aut noxa devora
re ſolebat. Scribit *Mercurialis libr.* 1. *de venen. cap.* 6
Æthiopas accolas Hydaſpis fluvii impunè veſci ſole
re ſcorpionibus & ſerpentibus, qvod qvidem aliund
proficiſci non poteſt, quàm ex inſigni quadam cor
poris conſtitutione ſecreta & divina. In *Cuba* Inſul
ſerpentes abundant novâ totius corporis ſpecie, ac for
mâ præditi, ſeſqvipedis plerumque longitudine, qui e
terra & aqua vivunt, & in lautioribus ſunt epulis, ut ſcri
bit *Bembus libr.* 6. *hiſtor. Venet.* Marſos ſerpentes ſim
periculo devorare refert *Galenus de Theriaca* ad *Pi
ſon.* & viperas ab Ægyptiis edi. *Idem libr.* 3. *de alim
facult. cap.* 3. *docet.* Ophio phagos quoque popul
qvoſdam rubro mari finitimos, Candeos dictos, ſer
pentibus victitare, teſtatur *Plinius libr.* 6. *hiſtor. natu
ral. cap.* 29. In *Gualata Lybiæ* deſerta regione bufoni
bus nutriri gentes quasdam, in *Buteri* relationibus ex
tat. *Galenus libr.* 1. *d. ſimpl. medicam. facult. cap.* 8. re
fert hiſtoriam vetulæ, quæ cicutâ nutriebatur. E
Avicennas libr. 4. *fen.* 6. *tr.* 1. *cap.* 6. è *Ruffo* refert, pu
ellam quandam fuiſſe nutritam napello, ut interfice
rentur Reges, ſi cum ea coirent. A Rege *Cambai*
filium veneno educatum refert *I. C. Scaliger exerc.* 175
narrantque alii, eum totum venenoſum evaſiſſe, ut &
mu

muscas accedentes solo halitu necaret, & vix ullam ex uxoribus, quæ cum illo rem habuerat, mortem in proximum diem effugere potuisse scribit *Ludovicus Barthema Indicar.rer.lib.1.cap.2.*; eundemque, quemcunque necare voluerat, solo sputo in cutem conjecto interfeciisse. *Albertus Magnus libr.1.d.animal.cap.8.* narrat, quod Coloniæ fuerit puella, quæ quàm citò à matre aufugere poterat, angulos domûs sollicitè perquirebat, & quotquot poterat capere araneas, manducabat, quibus veluti optimo cibo, nutriebatur. Et *Cardanus* narrat, se vidisse puellam trimam, quæ aranеas mira cum voluptate sine damno comedebat. Et Cl. *Sennertus lib. 6.prax.part.5.cap.1.* scribit, se noviisse civem quendam, qui sanctè affirmavit, se puerum cum delectatione & sine damno araneas devorâsse. De *Mithridate*, qui citra noxam usus venenis est, & nota satis est, & passim scriptoribus celebratur historia, unde natus etiam est hic versus:

Profecit poto *Mithridates* sæpè veneno
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Observandum autem nobis hîc est, venenorum diversam esse naturam. Quædam enim, verbi gratiâ, arsenicum, auripigmentum, antimonium, mercurius, euphorbium & simil. nihil in se alimentosum continent, sed tota ipsorum substantia aliena est à natura nostra. Atque talia nullo modo in corporis nostri nutrimentum cedere possunt. Deinde reperiuntur alia, quæ quidem naturæ venenatæ sunt, partes tamen aliquas, quæ alere possunt, simul obtinent; tales sunt plantæ & animalia, quorum tota substantia non venenata est, sed vel succus saltem vel pars aliqua. Tale venenum hominem nutrire posse, non impossibile est, si scilicet homo in iis sumendis è parva quantitate ad ma-

jorem continuo ascendat, ut ita homo sensim iis adsve-
scat. Nunquam tamen quispiam reperitur, qui sol-
venenis nutritus fuerit, & non alios cibos simul sum-
rit, cum impossibile sit, quod talia tantum nutrimen-
tum habeant, quantum corpus nutriendum requirit.
Nec ipsa venena quoq; simpliciter nutrimentum sunt,
& in aliti substantiam verè convertuntur. Homo enim
si omnia benè sese habent, nutritur simili. At non co-
mnis nutritio est bona ac perfecta, sed sæpè vitiosa; sic
qui cachexia, hydrope, scorbuto, lue venerea ac ele-
phantasi laborant, nutriuntur quidem, sed vitiosè, &
vitam sæpius cum tali vitiosa ac depravata nutritione
longè producunt. Quod ergò in cachexia, hydrope
scorbuto, lue venerea, & elephantiasi accidit, cur non
etiam in venenis quibusdam contingere possit? Licet
verò hominis ejusmodi corpus per assiduum rerum ve-
nenatarum usum venenosum fiat, non tamen homo es-
se desinit, nunquam enim in vitium aliquod naturæ su-
contrarium degenerare potest, quod verò facile sequer
retur, cum veneni naturam induerit, eum non amplius
us esse hominem; absonum autem est. Animalia (e-
nim bruta, imprimis avium carnes, plantarum, quibus
nutriuntur, saporem & odorem referunt, interim spe-
ciem non mutant. *Iacobus Grevinus quidem lib. 1. de ve-
nen. cap. 1.* opinatur, impossibile esse, ut homo se paula-
tim ad venenorum usum assvefacere possit, ut iis nutri-
atur, sed naturam assvescere, ut primò parvam, deinde
majorem paulò quantitatem veneni è corpore expel-
possit; ita ut tandem magnam etiam quantitatem, si of-
feratur, expellere valeat. At venena tota non è cor-
pore expelli, vel puella illa, napello nutrita, docuit, quæ
amplexu & halitu suo alios inficere poterat. Et *Cam-
baiæ* Rex venenatus evasit. Et *Galenus* ipse aliam cer-

tt

re causam non reddit, nisi quòd natura veneno adsuescat. Licèt enim proculdubio natura aliquam veneni partem expellat cum excrementis: attamen si frequentius & copiosius sumantur; cum omne expellere natura non possit, sed aliquid cum nutrimento in totum corpus sese insinuet, ab eo proculdubio natura partes principes maximè defendit, & propterea id, ut in cachecticis, scorbuticis, hydropicis, morbo Gallico & elephantiasi correptis, ad corporis peripheriam propellit.

Opinionis hujus vanitate, quòd nimirum opium verè nutriat, ac in aliti substantiam convertatur, corruit simul qoque eorum falsa opinio, qui auro nutriri aserunt animalia, hoc ducti argumento, qvòd viderint gallinas, auri foliis pastas interiora inaurata venasque aureas retulisse. Boni isti viri admodum puerili ociantiâ hæsitantes debebant cogitare, nutritionem esse nutrimenti in substantiam nutriti conversionem; si aurum sub sua adhæret & appositum est substantia, non est facta nutritio: sic enim in carnem verti debet, ut desinat esse aurum, & fiat caro & substantia corporis nostri. Nutritio enim non fit per partium nutrimenti non alterati appositionem, sed conversionem omnimodam in nutriti substantiam. Panis & caro, ut nutriant, vertuntur in chylum, sanguinem & carnem; aurum ut verè nutriat, in chylum & sanguinem vertatur, necessum est. Neque enim auratus chylus vel auratus sanguis est inventus, neque talis nutrire valeat. Proinde svaves sunt nugæ, quibus magni viri novarum & monstrosarum opinionum contra venerandam antiquitatem nimis avidi decipiuntur. Quid de struthio camelo? Nunquid *Aldrovandus* & ii, qui accuratè rem observârunt, ferrum quidem ab ipso ingeri, cæterùm

integrè, uti ingestum sit, egeri semper notârunt? urn
isti animali inesse eam proprietatem & peculiarem po
tentiam, quâ ferrum digereret & superaret, diu multis
que seculis creditum fuit. At illam nunc etiam curr
hominibus isti novatores communem faciunt, videli
cet ut metalla, cur non etiam silices & saxa? pariter di
gerant. Verum verissimo antiquitatis principio de
bebant esse contenti, quo asseritur nihil nutrire, nis
quod sit animatum, vel ab animato. Sin autem aurum
nutriat per appositionem partium non mutatarum, tam
dem gallinæ auro diutius nutritę, uti intus ex parte talc
deprehensæ, progressu temporis, penitus prorsus qu
aureæ fient, & struthio ferreus, jamque cum *Æsopo* et
Luciano ova aurea habebimus, gallinæque Paracelsicæ
aurum nobis cacabunt, ex quo Paracelsistæ fortè stu
um lapidem cudent Philosophicum. Verum hæ nu
gæ Paracelsistarum jucundæ sunt multorum stultorum
ingeniorum epulæ.

CAPUT VIII.

Si Opium naturâ venenosum, qualesnam sint ejus cruda vires & effectus?

LIcèt Opium naturâ suâ, ut in superiori capite tracta
vimus, sit venenatum, suas attamen saluti humanæ
vires habet commodas & incommodas. De eo alli
às in genere scribitur, & effectus ejus simul quoqu
comprobant, quòd vim possideat spiritus commotos
inquietos seditioso que compescendi, facultatique ani
mali peculiari quadam proprietate torporem inducen
di, Unde somnus sensibilitatis imminutio, remedi
um sanè maximi solaminis in vigiliis doloribusque in
tensis. Et Clarissimus *Döringius Tract. d. Opio. sect.*

Of

Opium animum efferare, venerem concitare, sudorem ciere, dura emollire & discutere asserit. Verum enim verò nec & suis incommodis Opium caret, quæ, præterqvam quòd excretiones urinæ & fœcum supprimat, malignitatem suam exserere aptum est. Hâc videlicet livorem artuum frigidosque sudores, respirationem parvam, ac difficilem, mentisque alienationem inducit. Et licèt ob ejus ingratum saporem nemini facilè opium clanculum obtrudi possit, tamen sæpius contigisse observatum est, ut opium pro alio medicamento homini sit propinatum, ut exemplum illud Militis, qnod supra ex *Sanctorio* adduximus, docet. Sumpto ergò opio hoc crudo, sequitur sopor gravis cum vertigine, & pruritus totius corporis ita vehemens, ut hominem quandoque è sopore excitet. Et toto corpore gravis odor opium referens exhalat, labra intumescunt, singultus accidit, respiratio fit parva, frigida, oculi obscurantur, nasus distorquetur, in fine etiam convulsiones accidunt. Sangvinem etiam concretum circa cor inventum esse, observatum. Quæ symptomata fermè omnia ante tres annos in Muliere qvadam, *Embdæ*, cum praxin ibidem exercerem, vidi qvæ à pharmacopæo, ut vasa medicinalia à sordibus liberaret, erat constituta, incidens in vasculum aliquod Laudano opiato refertum, putabat esse theriacam ac idipsum in quantitate magna devorabat. Statim hoc sumpto, corripiebatur totius corporis stupore, pruritu & sopore gravi Nobis quęrentibus (cum simul præsens in phormacopolio essem) quid sibi esset, unde tàm subitò male se haberet, respondebat, aliquid se degustâsse ex illo vasculo, quod ibi in angulo stabat; ubi maximè sumus perterriti, statim autem ipsi vomitorium forte imbibendum dedi, quo in non minima,

quantitate Laudanum, iterum evomuit, & quamvis ei post vomitorium multa antidota sint præscripta, attamen stuporem illum ac soporem per multum temporis spatium sensit, nec integrè sanitati pristinæ est restituta. Tanta ergò hujus veneni vis est, ut statim, & intra paucas horas, ceu ex supra adductis historiis adparet hominem, nisi idoneis medicamentis occurratur, jugulet.

CAPUT IX.

An opium crudum, & per se solum sine correctione propinari possit?

OPium per se solum sine ulla correctione propinari posse, Medicorum multi statuunt, & licèt sententia hæc nonnullis videatur contraria, eam tamen certas ob rationes amplectuntur. Nam urgente necessitate opium per se solùm sine correctione per os propinari posse, *Dioscorides lib. 4. sui operis cap. 60.* sic confirmat: *Opium refrigerat, inspissat, siccatq; sumptum ervi magnitudine, dolorem sinit, somnum allicit, concoquit tussi atque cœliacorum valetudini auxiliatur.* Quem sequitur *Galenus lib. 2. acut. Comm. 12. §. ut autem succi papaveris, mandragoræ & hyosciami atq; aliorum hujusmodi multorum, quæ nobis & viribus & substantiâ adversa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes magnam percipimus commoditatem &c.* Et *lib 3. sec. loc. cap. 1. tit. auricular. compositiones Andromach. §. Ego verò, quemadmodum dixi in unaquaque affectione propriis pharmacis utor, semperque papaveris succum fugio, nec nisi urgente necessitate ad ejus usum pervenio.* Quorum sententiam Arabes etiam amplectuntur. *Avicennas lib. 2. tract. 2. cap. 526. §. Et potius ipsius sit quantitas lenticulæ ma-*

magna &c. Rhases lib. 23. continent. tract. 3 cap. 1. ad úlcus vesicæ dolorificum cum semine hyosciami & lactucæ exhibuit in potu etiam opii ceratum i, quæ quantitas, ut notat *Apuleus lib. d. mensur.* idem est ac semiobulus. Obolus autem est pondus medii scrupuli, autore *Saladino lib. 3. de ponder. & mensur.* Ex quibus constat, *Rhasen* 6. grana in potu felici eventu propinâsse.

Deinde dicunt, quotidiano usu, semine papaveris vesci plurimos ad saturitatem usque immixto placentis, qui, ut *Matthiolus in Dioscoridem loc. jam allegat.* loquitur, nec diuturniore somno corripiuntur, nec veternosi fiunt, ex quo Medici edocti intrepidè seminis papaveris cremorem hordei decocto expressum in ardentibus febribus ad extingvendam sitim somnumque conciliandum ægris exhibere non verentur, cur nos, inquiunt, cogente necessitate opium incorrectum in potum non exhibebimus, in parva saltem dosi quod cordatè admodum adfirmat *Gentilis* ex mente *Rhasis i. 3. tr. cap. 3. dub. 14.* dicens: *inventum esse in theriaca Cæsaris quod opium per se datum in potu, habenti virtutem solutam, hoc est debilem ex vigilus auxiliatur, & liberat, quoniam inducit somnum & facit redire virtutem.* Quare in ardentibus febribus opium per se solum exhibere salubrius multò judicant, quàm alias opiatas compositiones, in quas calidissima medicamenta ingrediuntur, quæ fervorem febris acuere & exasperare possunt. Hæc autem stupefacientia, licèt meritò sec. *Galenum lib. 12. meth. med. cap. 1.* & *lib. 7. sec. loc. cap. 3.* & alibi passim in causa calida tutò possint administrari; vel cum æger ex tenui destillatione, vigiliis & tussi vehementi urgetur, vel phrenitide corripitur, ex *Galen. lib. d. theriac. ad pison. c. 10. & 15.* quoniam non solum ut sensui torporem inducentia salutaria sunt, sed etiam ut humorum tenuitatem cogen-

tia, atqve incraſſantia, & vehementem calorem refrige-
rantia, ut *Galenus* jam *cap.* 8. *lib. nuper cit. meth.* docuit.
Tamen in bilioſis febribus opio ſolo uti tutius illis ſem-
per viſum eſt. Qvod *Gentilis loc. jam cit.* diligenter ad-
monuit, in hiſce febribus *Philonis*, antidotum ob ca-
lidorum medicamentorum admixtionem pertimeſ-
cens: Cum enim, inquit, ex nimia caloris præterna-
turalis actione vis opii evaneſcat, neceſſarium eſt, ut
medicamentorum calidorũ intenſa caliditas febrem ex-
acerbat atque accendat. Securius ergò eſſe in acutis fe-
bribus opio incorrecto uti pronunciant. Præterea
Medicorum nonnulli non infimi certè gradus unanii-
miter ſtatuunt, quod non debeamus ita vereri opii uſ-
ſum, cum quotidiano Autorum experimento compe-
tum ſit, plurimos magnam opii quantitatem ſine noxa
devoraſſe, prout ſcribunt *Garzias ab Horto in lib. de aro-
mat hiſtor. à Carol. Cluſio latinitate donato, Genſraus in hi-
ſtor. plantar. Monardus part. 2. tract. de iis, quæ ab Indi-
adſportantur. Ludovic. Duretus in ſchol. cap. 5. lib. 2.
Hollerii de morb. intern.* Hi enim ſcribunt, ſe vidiſſ-
ſe multos, qui opium 20. granorum quantitate uſqúe
ad 40. grana hordei, & interdum drachmæ & ſemi-
unciæ quantitate (mirum dictu) ſine ullo damno aut
læſione devoraſſe: quod etiam adfirmant *Belloniu-
libr. 3. obſerv. 15. Iohan. Fragoſius tract. de ſimpl. tit. a-
bangue. Chriſtophorus à Coſta eodem tit. cap. ultim.*
Et *Heurnius lib. 3. cap. 20. Meth. ad praxin.* vidit ſer-
vos, qui ingentem meconii copiam devorabant, quod
Indis, Turcis & Mauritanis frequenti eſt in uſu. Hi
enim (Indi vocant Amphioniſtas) Opium frequen-
tant, quia hujus cauſâ flatibus abundantes craſſis &
frigidis, tentigine detenti, & ſatyriaſi commoti ad
libidinem incitantur, & in actu venereo flatu craſſo
ex

ex opio turgentes, diu perseverant, ut doctè notat *Thomas à Vega in comm. cap. 40. lib. art. medic. Galeni in initio.*

Et licèt hi Autores ad consuetudinem referant, & opium istud sit minus frigidum, utpotè in eminentioribus locis pronatum, & ex papaveris albi succo confectum, ut refert *Scaliger exerc.* 154. &. 175. quod ut sativum est, sic cæteris papaveris speciebus minus sicut volunt, refrigerat (ex quo *Francisc. Alexander in suo Apolline Radic. 1. cap. d. papav. ait*: Neapoli fieri pulmentaria, quibus ad satietatem usque plures vescuntur. Et *Tabernamontanus Rei Herbar. lib. 2. sect. 6. cap. 1.* multis in locis semine papaveris vesci plurimos ad saturitatem usque immixto pani, illudque ipsi jucundum ac svavem saporem adferre ex *Galeno* narrat) & minus stupefacit, intensam attamen habet refrigerandi & stupefaciendi facultatem. Opio ergo, vel è papaveris nigri succo extracto (hoc enim verum opium nuncupat *Avicennas lib. 2. cap. 526. Zacutus Lusitanus* qvoqve lib. 1. histor. Medic. Princip. Dub. XXXV. in exigua quantitate tutò uti posse fatetur. Quod ego, inquit, feliciſſimo eventu in pluribus sum expertus, qui vigiliis doloribusque cum intensa febri oppressi, solius incorrecti Opii usu immunes evasere. Objiciet forsan qvispiam cum *Galeno libr. 6. Epidem. sect. 6. comment. 5. in Med. §. Stuporem verò sive torporem papaveris succus & alterci semen efficiunt. Hæc si sola per pauca exhibeantur, dolorem sedare non poterunt: qvod si tantum ex istis detur, quantum acceptum dolorem sedare possit, insigni noxa membrum dolens afficietur. Igitur ne ipsum magnoperè offendatur neqve sensus obtorpeat, aliorum medicaminum permistio à Philone excogitata est &c.* Ergò Opium incorre-

correctùm, neque in parva aut magna quantitate exhibendum. Dic opium in valde exigua quantitate assumptum dolorem sedare non posse ita ex improviso, ac in multa quantitate oblatum, & hoc est, quod insinuare vult *Galenus*. At melius est, dolorem cum tutiori auxilio aliquantisper sedare, ut levata deinceps natura residuum debellare possit, quàm multâ opii ingestâ copiâ ægrum citò perire, quâ assumptâ plurimos fuisse interemptos narrat *Plinius histor. natural. lib.* 20 *cap.* 18. Medicaminibus autem opiatis & stupefacientibus licèt securè uti possimus, securius tamen multò ægris ardentissimâ febri oppressis ob dictam causam opium incorrectum in parva quantitate exhibitum opitulari illic *Zacutus Lusitanus* scribit. In qua licèt sit assumptum, vehementissimè operabitur; hujus enim facultas est valentissimæ activitatis, & qvalitas ab eo directa potentissima est, & diu in agendo persistit. Habet enim opium substantiam densam, unitam & difficulter resolubilem, quare ne mireris, si tam parva opii quantitas in theriaca, philonio Romano, & aliis, cæterorum simplicium respectu, quæ calidissima sunt, ea vincere possit. Nam exhibitâ drachmâ unâ philonii, somnus, sopor & indolentia sequuntur, & bæc accidere ob valentem Opii vim expressè monuit *Galenus lib. d. caus. procatarctic. cap. ult. d. motu muscul.* 7. *lib. d. rigore cap.* 18. & *Fernel. lib.* 1. *de abdit. rerum causis cap.* 10.

Verùm, ut jam superius diximus, opii crudi & prorsus incorrecti usus omnimodo est reprobandus, cum multa damna & mortis pericula ex eo redundent, quod etiam *Galenus* ipse *lib.* 6. *epidem. s.* 6. *comm.* 5. confirmat: *§. Quin etiam ad hæc modus alius indolentiæ effector est, scilicet qui sensum hebetat ac stupefacit, in quo prudentia non vulgaris est, stupefactorio medicamento alia permiscere, neq;*

opia

opio solo uti &c. Et maximè usurpatio ejus cane & angue pejus fugienda est, cum medicamentum sit exitiale, autore *Galeno lib. d. theriac. ad Pison. cap. 10. §. Papaveris succum per se ebibitum, qui lethalem nesciat est nemo &c.* Nam valdè refrigerat, & usque ad stuporem & mortem perducens interemit, ut *Galenus lib. 7 simpl. tit. d.* de papavere. Esse autem venenum substantiâ tale judicat *Galenus lib. 4. simplic. c. 18. Multa verò ipso statim odore aliena sunt, pleraque pugnantiam cum homine indicant, veluti & hæc ipsa, quæ nunc dicta sunt, & cicutæ, & papaveris, & mandragoræ & hyosciami succus.* Et *lib. 2. acut comm. 12. §.* ut autem succi papaveris atque aliorum hujusmodi multorum, quæ nobis & viribus & substantiâ corpus perimere nata sunt &c. Si ergò est venenum, cur sine præparatione & correctione per os exhibendum? Si rarò cogimur pharmacis ex opio uti, cum videlicet præ doloris vehementia homo de vita periclitatur, *ut lib. 2. sec. loc. cap. 10. tit. d capit. dolor. ex plag.* *Galenus* adfirmat, quoniam interiores partes ex eorum usu nimis læduntur: quantò magis opii solius incorrecti usus timendus est. Quam sententiam Medicinæ proceres amplectuntur, & juniores omnes confirmant. Ex quibus præcipuè admodum prudenter Clariss. *Tabernamontanus Re herbar. lib. 2. sect. 2. c. 1.* sic scribit: *opium propterea nunquam usurpetur, nisi ingens & magna urgeat necessitas, ut vigiliæ nimiæ, dolores vehementissimi ac fermè intolerabiles; ubi nulla alia medicamenta aliquid præstare possunt, eo summa cum prudentia utendum est. Et quoniam antiquiores Medici, ut Mesues, Aëtius, Aegineta, Oribasius & Galenus* quoque sæpiùs *opio hoc in compositionibus suis graves commiserunt errores, Lectorem admonere volo, ut ab ejus modi medicamentis compositis se abstineat, nec temerè illis utatur.* Et acutissimus *Mœbius*

Epi-

Epitom. institut. Medic. lib. 5. *Part.* 1, *sect.* 4. *cap.* 34
Opium, inqvit, *non correctum haud temerè assumendum*
cum compertum sit, istud in suppositorio, imò etiam in
collyrio adhibitum mortem accelerâsse, ut testatur Avi-
cenn. 16. 3. *tract. cap.* 4. *Gattinaria in comm.* 9. *ad Al-*
manſ. cap. d. Soda Choleric. Sicuti ergò pro naturarum
varietate & proprietate, imprudentium item novitio-
rumque Medicorum inconsiderata adhibitione perri-
culum gravissimum & mortem ipsam opium crudum
& planè incorrectum conciliare ac inferre potest : ita
ê contra idoneâ præparatione, mistione & fermenta-
tione ad omnis generis morbos & symptomata præci-
pua ex eo potest præsentissimum & divinum præpara-
ri remedium, qvod vocatur Laudanum Opiatum
hocce semper, si ritê præparetur, ac prudenter ex-
hibeatur, salutare & nunqvam noxium evadit. Il-
legitima igitur Opii correctione totum versatur ne-
gotium, qvod paucis horis facillimo negotio pera-
potest, & sic ex pernitioso, noxio, soporifero, a
planè lethali succo, utile & vivificum anodynum red-
ditur. Et tantum de parte nostra prima
dixisse sufficiat.

* * *

PAR

PARS II.

Opii legitimam correctionem exhibet: varias Laudani Opiati descriptiones à Medicis tàm Galenicis, qvàm Spagyricis magni æstimatas proponit: Laudani qvoqve Opiati qvantitatem & utendi modum monstrat. Laudani præsertim nostri Opiati paradigma tradit, idq; ad vivum secat, & penitus examinat, viresq; ejus nobilissimas enarrat: cautelas tandem, qvæ circa ejususum sunt observanda, manifestat.

CAPUT I.

De vera ac legitima Opii correctione.

ETsi verò, ut sæpius jam adduximus, Opium sit medicamentum pernicioſum ac venenatum, & hominem ſubitò interimere poſſit, attamen, qvia vim ſoporiferam & narcoticam ſimul obtinet, qvæ qvandoque in acutiſſimis doloribus & vigiliis extremis expetitur, utilia etiam ex eo præparari poſſunt medicamenta. Qvâ ratione autem præparari poſſit Opium & corrigi, ut, per qvæ lethale eſt; ſicut *Galenus de Theriac. ad Piſon cap.* 10. ſcribit, utile medicamentum evadat, de eo Autores diſſentiunt. Ut autem rem totam in pauca contraham: Univerſus Opium præparandi proceſſus in duobus conſiſtit, in extractione nimirum ac ſeparatione utilium, & correctione noxiorum; duo namque hîc Medico tàm Galenico, qvàm Spagyrico veniunt obſervanda, qvomodo ſcilicet Opium ſeparandum ac extrahendum,

&

& qvomodo jam extractum & ab inutilibus partibus se-
paratùm sit corrigendum. Ut ergò opium per aquam
calidam aliqvam convenientem à fecibus suis prius se-
paratum ac lento igne rursus inspissatum, vel aliàs pu-
rum, extrahatur, ac à partibus suis heterogeneis ac in-
utilibus separetur, meritò menstruum extractionis re-
qviritur, qvod duplex esse potest, spiritus vini, vel aci-
dus quidam succus. Qvi narcoticam & anodynam vim
in sulphurea ejus parte qværunt, opium cum spiritu vini
simplici extrahunt. Adserit eundem extractionis mo-
dum *Sennertus lib. 1. prax. part. 2. cap. 1. quæst. 2.* Quan-
tum, inqvit, ad reliqvam præparationem, rectissimè
opium extrahitur, seu utilis ejus substantia à reliqvis in-
utilibus partibus separatur, spiritu vini. Hic enim sul-
phurea corpora & substantias facile recipit & imbibit.
Et lib. 6. prax. part. 7. cap. 1. hanc sententiam magis ma-
gisqve confirmat, dicens: Opio affundendus est spiri-
tus vini. Ille enim partes illas sulphureas, ut in aliis ve-
getabilibus, ita etiam in opio, in qvibus tota vis narco-
tica consistit, extrahit commodissimè, & à rebus inutili-
bus separat. Qvod licet alii succo limonum aut citri
vel aceto præstare conentur; non tamen tàm felicite
id expediunt; cum acetum & acida partes oleaginosas
& sulphureas non ita extrahant, sed potius figant, & mi-
nus efficaces reddant; unde postea vis medicamenti de-
bilitatur. Et qvæ hîc ab aliis contra spiritum vini ob-
jiciuntur, aliqvo modo locum habere possent (qvamvis
iterum separetur) si correctionis gratiâ præcipuè adhi-
beretur. Verum cum extractionis saltem gratiâ prin-
cipaliter usurpetur, vituperari non potest. Nec im-
probat eum Excellentissimus *Guern. Rolfinctus Chym-
sua lib. 4. sect. 3. cap. 5.* Confirmat *Anton. Guntherius Bri-
lichius in animadvers. & observat. suis Chymic.* Tacen-
du

dum non est, inqvit, hic, qvòd spiritus vini vix comperta sit adversus opii maleficium præsentior antidotus. Reprehendunt tamen hanc opii præparationem Recentiores quidam, dicuntque, quòd vinò vis quædam narcotica insit, qua de causa *Fel. Platerus prax. tract. 1. lib. 1. cap. 2. p. 66.* in sopore & stupore vini usum improbat. Præterea Turcos & Ægyptios vino, quasi opii succedaneo, in ejus defectu uti, patet ex *Christoph. à Costa de arom. lib. 1. cap. d opio*, & *Prospero Alpino de Medicam. Ægyptior. lib. 4. cap. 1.* Acidos è contra succos eligunt, qui deleteriam vim & salinum principium respiciunt. *Paracelsus archidox. lib. 7. cap. d. anodyn. specific.* adscisit succos acidos cydoniorum, citri. *Qvercetanus in pharmacop sua dogmatic. restitut.* acetum, venenorum omnium domitorem, commendat. *Hartmannus comm. in Basilic. chym. Crollii. p. 313.* Opium cum spiritu vini extrahi nolim, inquit, quia illud sulphur potius aggreditur quàm Mercurium & salem. Et verò in sulphure potissima vis narcotica humanæ naturæ inimica: acetum verò, quod purius est, de sulphure sumit. Ideò præstat in hoc genere acetum. *Petræus Nosolog. Harmonic. tom. 1. Disputat. 5. quæst. 9.* spiritum vini etiam rejicit, quòd non sit legitimum corrigens; Opium, inquit, fœtidum & venenatum suum sulphur, quod vel post ignis examen adhuc integrum supereſt in opio, spiritu vini correctum non deponit, imò à spiritu vini magis attenuatum, malignitatem citius exserit, & in intimiores partes insinuat, & Laudani compositionem deteriorem facit. *Brendelius chym. in art. form. redact. digress. ad cap 4.* Spiritum vini eo nomine rejicit, quòd nihil præter sulphur ujuslibet rei extrahat, sicque sal intactum relinquat. n sale autem anodynam vim latere statuit Clariss. *Gregorius Horstius Decad. 9. problem. 2. p. 93.* extractionis

hujus menstruum acetum præ spiritu vini eligit. Hæc proprietas Opii narcotica, inqvit, suam correctionem requirit, antequam cedat in usum Medicum, quam veteres per addita Medicamenta calidissima tentârunt, falso præsuppositio fundamento, quòd scilicet in excessu frigiditatis stupefactiva qualitas opii resideat, quapropter euphorbium, utrumque piper, cinamomum, cariophyllos & similia miscuerunt in antidotis opiatis. Rectius juxta recentiores sulphuris illius narcotici malignitas corrigitur aceto tàm vulgari, qvàm Montan. aliisve succis vitriolatam proprietatem possidentibus, qvibus vapores & halitus narcotici sistuntur & infringuntur. Quam sententiam adhuc Medicorum plures complectuntur. *Clariss. Iohan. Freitagius Tract. d. Opio cap. 7. p. 68.* succos citri & aurantiorum ad opium extrahendum valdè commendat, eosque, præterquam quod opii calorem corrigant, cordialem vim aspirare, & adversus venena, morbos pestiferos, febresque contagiosas instruere, siquid malignitatis insit, elidere & exterminare, calidorum cordiis & spirituum vitalium affectuum remedium existere asserit. Parum autem vir ille doctissimus sui memor fuit; ideò acida talia addi putavit, ut opii calorem corrigant, & simul vim narcoticam infringant. Cum enim opium in summo gradu frigidum statuerit, quomodo in eo partes adhuc tàm calidæ esse possint, ut correctione indigeant. Deinde si vis illa narcotica secundùm ejus hypothesin à summa frigiditate pendet, quomodo acida illam infringere possint. Doctissimus *Ioh. Langelottus* apud Excellentissimum *Thom. Bartholinum centur. 3. epistol. medic. 45.* de hac per succum acidum Opii correctione sic loquitur: Cum in opio duo sint superflua maximeque noxia, sulphur nimirum narcoticum, volatile; ma-

malignum,& fex craſſa, impura, terreſtris, quomodo felicius accuratiuſve ſeparari poterunt, qvàm viâ fermentationis. Vidi id ſanè non ſine inſigni voluptate, cum unà cum appropriato ſuo corrigente ſucco Cydoniorum leni calori ad fermentandum expoſuiſſem; exſpirabat primò volatile illud fœtidumque ſulphur, cerebro, cordiqueadeò infeſtum, ſi quis ei propior factus, id copioſius cum aëre hauſerit: ego ſanè cum meo ipſius damno expertus ſum, cum primâ id vice pararem, cautior deinde factus, elegi locum aëri maximè pervium. Colligitur deinde ſenſim ſenſimq; reliqvum, quod ineſt impurioris ſubſtantię; atque ea, quæ levis ſpumoſaque eſt, ſuperiorem, ea verò quæ craſſa & terreſtris eſt, imum occupat locum, utraque in magna quantitate, ea tamen imprimis, quæ inferiora petit. Mirum, quàm puri parum adſit. Eſt liquor pellucidus rubini inſtar rutilans, medio conſiſtens loco, qui à dictis accuratè ſeparatus, balneoque vaporis ad ſpiſſioris extracti conſiſtentiam redactus, circulatus tandem per menſem unum aut alterum cum alcoole vini, ut, quod crudi reliquum eſt, excoquatur, adque debitam maturitatem deducatur.

Sunt alii, qui aliam opium pręparandi rationem ineunt: opium nimirum in exigua fruſtula concidunt & in patellis aliquot ſuper leni cinerum vel alio calore tamdiu ſiccant, donec ſulphur fœtidum exhalet, ac Opium ſvaviorem & gratiorem odorem ſpiret, ac digitis in pulverem teri poſſit; quod ferè 6. vel 7. dierum ſpatio accidit. Indè tincturam aceto deſtillato extrahunt. Acida autem, ut acetum, ſuccum citri & limonum ea de cauſa eligunt, quod ſicuti humorum acrimoniam, ita & narcoticam vim acida hebetant, & ſpiritus narcoticos figunt ac ſupprimunt;

munt; unde in ſoporiferis affectibus, veneniſqve ſoporiferis commodus eſt aceti uſus, ipſiuſque ebrietatis acetum & acida ſunt remedium. Et hunc opium corrigendi modum Medicorum multi ſequuntur. Commendatur, inquit, Clariſſ. *Gregorius Horſtius decad 9. problem. 2.* imprimis opii eſſentia, quæ fit per extractionem cum aceto fortiſſimo, ita tamen, ut primùm fruſtulatim inciſum opium lento igne in patina torrefiat, quo ſulphur fœtidum eò melius exſpirare poſſit. *Angelus Sala* Archiater quondam Megapolitanus celeberrimus *Tract. de peſte latinitate donato* à *Gregorio Horſtio* opii eſſentiam ita præparat: ℞. Opii, exempli gratia, libram dimidiam, incidatur minutim; ponatur in laminam ferream ad lentum ignem carbonum, & inſtar picis fundatur. Move cum ſpatula diligenter, obſervando ne comburatur, & ita plurimum de craſſis ſuis vaporibus exhalare ſinas, eouſque, donec remoto igne ſiccetur, ut pulveriſari queat, poſtea ſumatur idem ipſum opium, pulveriſetur & affundatur ſucci citri optimè depurati & clari ℔ iiij., per 24. horas in balneo vel alio loco calido digeratur, coletur poſtea per inclinationem liquor obſcurè rubeus, vel per chartam bibulam filtretur, ut puriſſimus fiat ab omni terreſtreitate ſuperflua, poſtea fundatur in patinam vitream, vel in cavitatem cucurbitæ fractæ, & in arenam calidam ponatur ad fornacem vel alio in loco, tantum caloris excitando ſubtus, ut phlegma ſucci citri leniter exhalet, & ut ſpiritus ejuſdem acidi cum opii ſubſtantia permiſti relinquantur, inventa materia nigra, picis inſtar, ſpiſſitudine mellis, quâ refrigeratâ, ferè pilulæ formari poſſunt, quę eſt eſſentia opii, noſtro inſtituto ſerviens. Supra reſidentiam opii relictam iterum ſuccus citri poteſt affundi, cujus tamen extractio multò debilior eſt

præ-

præcedenti. *Franciſcus Oſwald. Grembs in Arbor. integr. & ruinoſ. homin. lib. 3. cap. 3. de Remed. Paraceſic.* eandem opium corrigens rationem etiam obſervat. Aliqui, inquit, opium cum aceto roſato in ſartagine ferrea ſub pruna agitant tamdiu, donec in pulverem redigatur, poſtea affundunt aceti deſtillati q. ſ. & tinctura elicitur, labor iſte repetitur, uſque dum acetum non amplius tingi ſolet, abſtracto in B. aceto, remanet opium correctum inſtar mellis. Clariſſ. *Gothofredus Moëbius epit. Medic. inſtit. lib. 5. part. 1 ſect. 4. cap. 32.* de hac opii correctione ita mentem proponit ſuam. Corrigitur (opium) variis modis. Communis præparatio eſt, quæ fit leni ſulphuris narcotici exhalatione, donec gratiorem odorem ſpirare cœperit. Hanc præparationem veteribus quoque uſitatam fuiſſe, patet ex *Galeno libr. 3. d. compoſit. medicam ſec. loc.* Deinde per acetum deſtillatum tinctura ſeu eſſentia extrahitur, adduntur magiſteria corallorum, Perlarum, crocus & ſimilia & vocatur Laudanum Opiatum ſeu Nepenthes. Indi, teſte *Bontio lib. de Medicin Indor.* etiam per acetum corrigunt. Recipiunt, ait, Opii Thebaic. Sang. dracon. Benzoes, Croci orient. āā ʒj. Ambr. nigr. ℈j. Affundunt acetum acerrimum ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, digerunt in ſole, vel leni igne. Colaturam fortiter expreſſam inſpiſſant ad extracti conſiſtentiam. Doſis gr. vj. vel ix. Alii per ſpiritum vitrioli vel ſuccum citri corrigunt. Alii ſpiritu vini extrahunt. Si non ritè fuerit præparatum, alvum turbare & interdum purgare ſolet. Et Clariſſ. *Herman. Grube Comm. de Medicinal. ſimpl. cognoſc. Artic. 3. ſect. 7. p. m.* 145. 146. ſic loquitur: Cum enim ſulphur narcoticum opio inſit, ſuâ indiget correctione. Corrigitur autem jure merito non addito ſemine hyoſciami, ceu malè fit à Theophraſto Paracelſo,

qui multorum censuram hanc ob rem incurrit: sed cor-
rigendum idem est ad modum *Angeli Salæ*, *Rolfincii* &
aliorum: ad quorum methodum correctum audire Me-
dicis solet Laudanum Opiatum, cujus usus, ut oppidò
est salutaris, ita parca admodum est ejus dosis, ut vix qua-
tuor aut quinque grana superet dosis ejusdem summa
sic satis & passim nota.

Sunt tamen quoque, ut præcipuè *Quercetanus phar-
macop. dogmatic. restitut. lib. 1. cap. 24.* qui opium torrent
eousque, donec omnem ferè amittat odorem, & omni-
nò siccum reddatur, ut facilè in pulverem redigi possit.
Quam opium præparandi methodum Clariss. & accura-
tissimus Medicamentorum reformator *Zvvelferus in
pharmacop. non saltem sua Regia, sed in animadvers. quoque
ad Pharmacop. Augustan.* admodum probat. In his, præ-
cipuè *Class. 6.* ita disserit. Si quoque libuerit, opium
nonnihil corrigere, priusquam illud reliquis speciebus
commisceas, quominus intensa suâ vi narcotica noxam
inferat, non malè feceris. Correctio autem & præpara-
tio opii fit hoc modo: nimirum opium frustillatim & in
tenues lamellas conscissum collocetur super laminam
ferream, quam super carbones accensos leniter incale-
scere & opii sulphur narcoticum sensim exhalare sine
quousque non amplius fumum vel vaporem emittat, ca-
vendo tamen, ne comburatur, sed ut solummodo torre-
fiat. Et hæc facilis est & compendiosa, genuina tamen co
pii præparatio. Hâc viâ enim ipsius immoderata & nc
civa vis narcotica in sulphure vaporoso, fœtido ac ven
nato delitescens exhalat, peritque. Et Clariss. *Dornere
lius Dispensat. nov. part. 1. cap. 7.* Opii hanc genuinam
maximè necessariam præparationem quoque instituit
Opium, inquit, cultro in exigua incisûm frustula sup
laminis ferreis vel terreis divisum sub camino aut subd

to igne arenæ lento, ut omninò siccum, odoris fœtidi expers & pulverabile reddatur, per octiduum aut ultra fovetur, & sulphure nocuo exterminato, ad compositionem Laudani aptum redditur. Cum autem in opio quædam heterogeneæ sint partes, quarum aliæ aliis magis sunt noxiæ, quod torreatur sanè, nihil ipsi nocet, sed in hac ejus siccatione & levi quasi tostione accuratè videndum est, ne hoc modo non solum crudum opii sulphur, sed & ea ejus pars, quæ maximè expetitur, & in qua vis est soporifera, perdatur & dissipetur, & corpus inefficax relinquatur. Ipse tamen *Petræus disputat. Harmoniac. 5. tom. 1. quæst. 9.* etiam post ignis examen sulphur illud fœtidum & venenatum adhuc integrum in opio supereſſe scribit. Nostro calculo utrumque menstruum tàm per spiritum vini, quàm succum aliquem acetosum sive acetum ipsum factum, est approbandum. Utroque modo paratum satiat exspectationem ægrorum & Medicorum. Potentior innoxius usus est ratione.

I. PRÆPARATIO PER SPIRITUM VINI.

℞. Opii Thebaic. in frustula secti q. s. Spir. vini ex fecibus q. s. Stent in digestione, donec solvatur opium, per filtrum lineum exprimendum, & in subjecta scutella vitrea ad justam consistentiam redigendum.

II. PRÆPARATIO PER ACETVM.

℞. Opii Thebaic dissecti, à foliis, quibus involvi solet, & festucis liberati, & super patella seu lamina ferrea justo ignis moderamine exiccati q. s. Aceti vini, vel succi Citri q. s. Stent in digestione lenis caloris. Solutio cum facta colatura instituitur per linteum cum valida expressione. Exceptus liquor vase vi-

treo exhalat, in vitro vel pixide ferrea lata adſervandus.

Si autem in hujuſmodi opii extractione, præparatione ac aliquali correctione, vis illa crudi ſulphuris narcotica ac maligna, à quo damnum aliquod metuendum eſt, non penitus tollatur (licèt nonnulli omninò, ſi quid crudi ſulphuris in opio eſt, à quo damnum aliquod metuatur, id cum ſpiritu vini, dum ab opio extracto ſeparatur, exhalare exiſtiment, quod vel ex eo probant, quod pharmacopæorum famuli deſtillatione iſtam ſeparationem perficientes interdum ſopore gravi corripiantur) aliâ adhuc meliori correctione illud opium jam extractum opus habet, ut ex eo cum aliis egregiis corrigentibus permiſto multò felicius Laudanum Opiatum præparari poſſit. Correctionem verò ipſam quod attinet, cum Antiqui Opium frigiditate nimia excellere & nocere putarent, calidis planè medicamentis, pipere, pyrethro croco, caſtoreo, euphorbio & ſimilibus ad ejus correctionem uſi ſunt. De hac Opii correctione admodum prudenter *Zacutus Luſitanus hiſtor. Medic princip. lib. 1. quæſt. 17. p. m. 48 & 49. ſic ſcribit: Si aliquod ex iis cum opio in paritate activitatis poſſet decertare, eſſet caſtoreum & piper, quæ non ſolum ſuperioritatis imperium non reportare imò potius interiora ac imbecilliora remanere, cum nutrimenta ac medicamenta ſimul exiſtant, conſtat ex* Galeno *3. de temperam. 4. dum ſic ait: Quod ſi caſtoreum quoque ſpatio concoquitur, erit id quoq; ſimul nutrimentum & medicamentum calidum ad eundem modum ſinapi & piper. &c. Rurſus lib. 8. d. compoſit. medicam. ſec loc. cap. 4. ſic ait: Quòverò vehementem opii frigiditatem compoſitor corrigeret caſtoreum ipſi adjecit, oppoſitum fermè in facultate, eâdem ratione & piper admiſtum eſt, à quibus in actione juvatur. &c. Ut conſtat ex ipſo lib. 9.*

ejusd.

iusd. oper. cap. 2. dum sic loquitur: Quò verò citius distri-
uerentur & affectorum corporum profundum penetrarent,
alefacientia admiscuit, pyrethrum, euphorbium & piper,
'ides, quanta sit opii potestas apud Galenum, ut existimet,
n hac cæterisq; compositionibus, in quas opium ingreditur,
on tolli ejus efficaciam reliquis medicamentis, sed corrigi.
t lib. 1. Medicor. Princip. histor. 61. observat. 44. ita disse-
it: Semper ergò cum opio miscere debemus, quæ illius effica-
iam retundant, ut piper, pyrethrum & castoreum, quod
alenus & Trallianus summoperè commendant Medico cu-
aturo; nam hæc crassitie suâ in ventriculo morantur, sicq;
ctionem opii retundunt: quæ magis probo, quam supra in-
estum vinum, quod tenuitate suâ opii vires promptè ad cor
ert, ut eleganti historiâ probat Levinus Lemnius lib. 2. de
culi cap. 51. Gulielmus Rondeletius v. Meth. curand. mor-
or. cap 7. veterum hanc corrigendi opium rationem,
er castoreum, euphorbium, myrrham & crocum,
uia per se dolorem capiti adferunt, rejicit; nucem
oschatam autem & moschum, quæ caput confir-
nant, ad ejus correctionem suscipit. Verum falsa hy-
othesi ad istam opium corrigendi rationem adducti
unt, & medicamenta ita non satis commoda præpara-
unt. Ut saltem de Philonio Romano dicamus, olim
& nunc satis usitato medicamento, experientia docuit,
ob tot medicamentorum calidorum admistionem, vix
osse deglutiri, quia fauces accendat, & in iis ardorem
xcitet; clysteribus etiam vel pondere sesqui drachmæ
dmistum, nonnullis ingentem ardorem in imo ventre
& intestino recto excitâsse. Et quicunque hîc anti-
quorum patrocinium suscipit, prius probare debet, o-
ium frigiditate narcoticum esse, quod ad Calendas
Græcas præstabit. Cum autem duo sint in opio, quæ
er extractionem priorem, non penitus sunt sublata, &

nocere possunt; primò, vis narcotica, quæ si excedat soporem lethalem inducit, & malignitas, ob quam ab *Eustachio Rudio, lib. 3. d. morb. occult.* inter venena cordis refertur, duo hæc correctione adhuc meliori indigent. Et duplicem hanc vim in opio, soporiferam nimirum & malignam ac mortiferam agnoverunt *Galenus lib. 3. de temp. cap. 3.* & *lib. 4. d. simplic. medicam. facultat. cap. 18. Plinius histor. natural. libr. 20 cap. 18.*

Vis illa soporifera & narcotica, si adhuc metuatur ne nimia sit, ac homini maximè noceat, corrigi potest duplicibus medicamentis, propriis nimirum & specificis, qualitati narcoticæ oppositis, qualia imprimis sunt asa & castoreum, quod oppositam opio facultatem habere *Galenus d. compos. medicam. sec. loc. cap. 3.* scribit quodque *Avicennas l. 4. fen. 6. tract. 1. sum. 3. cap. 11* theriacam opii; *Guainerius* verò *de venen. cap. 9.* Bezoar opii nominat. Deinde corrigi potest hæc vis narcotica, quæ in opio extracto adhuc supereſt, vel per tincturam specierum diambræ, aromatici rosati, vel per acida, ut acetum, succum citri & limonum, atque etiam, quod maximè probandum per spiritum vitrioli. Certum enim est, acetum & acida omnia, narcoticorum, ac non solum opii, sed & solani maniaci, seminis hyosciami vim infringere, & sulphur illud narcoticum quasi figere. Unde etiam iis, qui sopore detinentur, acetum naribus admovetur. De hisce acidis Clarissimus *Sennertus lib. 1 prax. part. 2. cap. 1. quæst 2. sic scribit*: Acida verò quod attinet, quæ hîc à plurimis ad vim narcoticam refrænandam admiscentur, imò quibus à nonnullis opium extrahi diximus; equidem libenter concedo, acida narcoticorum vim infringere, & soporosis adfectibus prodesse: verum id hîc non expetitur, sed vis soporifera quæritur

tur

ur. Si tamen quis metuat ne illa nimis vehemens sit, & liquid periculi homini adferat, illi acida, imprimis succum citri & limonum addere fas esto. Et tum etiam, additis scilicet acidis Laudanum opiatum in majori dosi exhibere licet, & cum Laudanum Opiatum sine succis acidis paratum ultra grana iij. vel iiij. vix exhibeatur; illud quod cum acidis paratum est, ad vi. vii. viii., vel plura etiam grana propinare licet. Correctio verò malignitatis fectissimè fit per cordialia, unde species diambræ, diamoschi dulc. plerefarchontic., diaxyloaloës, olea destillata Citri, Cinamomi, Cariophyllorum, succini, fœniculi, theriaca, Mithridatium, confectio Alchermes, & similia adduntur.

An hyosciami tinctura quomodocunque parata, utilis necessariaque sit ad Laudani Opiati confectionem, eamque, ut in multis ejus compositionibus videmus, ingrediatur, hîc non immeritò quærimus? Nos negamus simpliciter: hyosciamus enim & narcoticum vehemens, adeoque deleterium, ut non tantum in hominibus insaniam, capitis vertigines & veternum gignat: verùm etiam, *Æliano* teste, pastu illius resolvantur ęgri, unde & suilla faba appellatur. Hyosciamus, inquit Clarissimus *Zuvelferus class. 7. pharmacop. Regiæ nov.* tanquam violentissimum narcoticum mihi semper fuit suspectus, ob pessimos, quos in usu ejus animadverti effectus, qua de re Laudanum hoc hyosciamo carere consultum esse duxi. Deinde hanc vim suam, tantum abest, ut recluſam vel correctam exhibeat ejus tinctura, ut potius propter summam tenuitatem, quam à vehiculo spiritus vini habet, cujus nimirum ministerio extrahitur, eandē magis nox ā prodat: repagulis itaq; craſſitiei ipsius remotis clādestinè in omnes corporis cavernas sese insinuare potest

Qua-

Quapropter hyosciami tinctura meritò à laudabili huius opiati confectione excludenda, & neutiquam huius laudati medicaminis basis seriò est statuenda.

Ad utrumque verò & vim narcoticam & malignitatem corrigendam non parum facit digestio, quæ opium extractum cum aliis, quæ adduntur, per minima miscet. Et videmus, quid digestio in Elixire proprietatis dicto possit, & quomodo ab ea & aloës ac myrrhæ amaritudo, & spiritus vitrioli vel sulphuris aciditas temperetur; & quantum digestio in aliis etiam possit, Medicis spagyricis notissimum est.

CAPUT II.

Varias Laudani Opiati descriptiones earumq; valorem ac effectus exhibet.

INnumeræ ferè extant Laudani Opiati apud Medicos practicos, descriptiones; unusquisque suam habet, illamque tanquam secretum existimat; quos etiam Pharmacopęi ex sola jactantia, & interdum etiam avaritia sequuntur, dum quilibet pro suo ingenio Laudanum Opiatum in usum communem præparat, sæpius descriptiones ex Pharmacopæa Augustana vel ex aliis Dispensatoriis & libris Medicorum eruditorum petitas contemnit, saltemque de suo gloriatur Laudano Opiato, ac si in eo sola vis curativa lateret. At si sæpius ejus præparandi modus ac ingredientia exactè examinarentur, multorum certè censuram incurreret, nec tali honore, qvalem pharmacopæus nasutulus illi tribuit, effet dignandum. Exsecranda quoq; est quorundam pharmacopæorum avaritia & perfidia, quod salutare & divinum planè istud remedium etiam Empiricis prodatur & divulgetur, qui, cum lucri odor nares ferit,

pa-

arum de Medicorum suorum existimatione & ægro-
m salute solliciti sunt, & frequenter pernitiali poly-
agmasiâ pro suo secreto id venditant & usurpant, ut
edulos uberius emungant, vel propriâ confidentiâ &
endacii jactantiâ insistentes, Medicorum, quorum
tentiones & rationes planè ignorant, insciti imitato-
s populariter passim & indiscriminatim non sine dis-
imine medicamento alioqvin innoxio abutun-
r.

Licêt verò variæ Laudani Opiati descriptiones a-
ud Autores Medicos tàm Galenicos quàm Spagyri-
s celeberrimos, ut *Ioseph: Qvercetan pharmacop. dog-
atic. restitut. lib. 1. cap. 24. Andr. Libavium lib. 2. Al-
ym. tract. 3. pag. à 414. ad 419. & Syntagm. Arcanor.
hymic. lib. 8. cap. 44. Crollium Basilic. Chym. pag. m.
73. 174. 175. 176. 177. 178. 179 & 180. Angelum Sa-
m cap. 8. Opiolog. Joh Schröderum pharmacop. Medico-
hymic. lib. 4. classs. 2. No CCCXCIV. Ioh. Hartmann. prax.
hymiatric. lib. 1. cap. 8. Ioh. Beguin. Tyrocin. chymic. cap. 9.
h. Zvvelferum in Animadvers. in pharmacop. Augustan.
l mihi 140. 141. 142. & pharmacop. Reg. classs. 7. fol. m.
. Ioh. Daniel. Horstium pharmacop. Galeno-Chymic. Ca-
olic. lib. 12. fol. 372. 373. usque ad 384. Sennertum lib. 1.
ax. part. 2. cap. 1. & lib. 6. prax. part. 7. cap. 1. & lib. 5.
rt. 3. sect. 3. cap. 9. institut. Medic. Adrian. Mynsichtum
rmament. Medico-chymic. sect. 3. d extract. p. m. 70. 71.
h. Freitagium lib. de opio cap. 7. Guern. Rolfinctum chym.
. 4 sect. 3. c. 6. Tob. Dorncreilium Dispensat. nov. part. 1.
p. 7. Osvvald. Grembsium lib. 3. cap. 3. de Remed. Para-
lsicis*, & alios extent, nobis attamen hac vice selectio-
s ac nobiliores quasdam ejusdem descriptiones, qva-
m effectus in Medicina sunt laudabiles ac ab omni-
us in magno habentur pretio, ex his & aliis probatis-

simis

simis Autoribus Medicis seligere, ac capiti huic inserere placuit.

Laudanúm igitur Opiatum primum erit *Paracelsi* quod aliàs vocatur Anodynum specificum.

℞. Opii Thebaic. ʒj.
Succ. Aurant. acid.
Cydonior. ãã ʒvj.
(alii addunt & Aq. spermat. ranar. tantundem.)
Cinamom:
Cariophyll.
Croci orient. ãã ʒß.

Fiat digestio leni calore solis vel fornaci per mensem, deinde exprim. & imponatur iterum

Moschi ϑß.
Ambræ ϑiiij.
Magister. Corallorúm
Perlar. ãã ʒß.

Misce digereque iterum per mensem, postea add.

Quint. essent. auri ʒß.

Misc. exactè.

Clarissimus *Hartmannus in Croll.* & *Angelus Sala* in *Opiologia sua* Anodynum hoc specificum *Paracelsi* magni ad auferendum quoscunque dolores intèrnos & externos existimant. *Oswaldus Crollius* verò *in Basilic. Spagyric.* Laudanum suum Opiatum, quod in innumeris ferè morbis divinum remedium censet, ac varias eciam virtutes, præcipuè verò corroborandi ac spiritus vitales ac animales collapsas restaurandi habet, hoc modo parat.

℞. Op

℞. Opii Thebaic. ʒiij. purgetur cum
Aq. Hyſſopi, deinde cum ſpiritu
quoque vini extrahatur.
℞. Succ. hyoſciami debito tempore coll-
lect., & in ſole inſpiſſat. ʒiß.
Fiat extractio cum Spiritu vini
℞. Spec. diambr.
diamoſch. dulc. ãã ʒiiß.
F. Extractum.
Hiſce Extractis per menſes duos digeſtis
admiſc.
Mumiæ tranſmarin. ʒß.
Salis perlar.
Corall. ãã ʒiij.
Liquor. ſuccin. per alcohol
vini extract.
Oſs. d. Cord. Cervi
Lapid. bezoar.
Unicorn. animal. vel mine-
ral. ãã ʒj.
Moſchi
Ambræ ãã ℈j.
Et in defectu genuini auri potabilis nullis
corrosivis inquinati add. in
fin.
Ol. ſtill. aniſi
Carvi
aurant.
Citri
Nucis Moſchat.
Cariophyll.
Cinamom.
Succini ãã gt. xij.

Fiat

Fiat Massa pilularis.

Laudanum Opiatum *Ioseph. Qvercetani pharmacop restitut. lib. 1. cap. 25.*

℞. Extract. seu Essent. Opii ℥ij.
Extract. croci (cum Aq. limon fact.) ℥j.
His confusis add.
pulver. Hyacinth.
Corallor. ãã ℥iß.
Terr. sigillat. ver. ℥j.
Bezoardic. ver. seu
Extract. bezoardic.
Unicorn. ver.
Ambr. gryſ. ãã ℈ij.
Misc. exactè continuò agitando ad ignem lent tum, donec ex materia frigefacta pilulæ formar possint.

Dosis una pilula magnitudine grani piperis

Insignes, ac suspiciendi sunt hujus Anodyni effectus quod neminem spe unquam frustrabit. Nam confec citra molestiam & cerebri ullam perturbationem, ad versus omnis generis dolores, à quacunque causa sub ortos, contra omnes hæmorrhagias, in quacunque cor poris parte fuerint, contra omnes defluxiones & fluc res ventris dysentericos, hepaticos, lientericos & simi les, & ad inducendam gratam tranquillitatem in febr bus ardentibus, in quibus ipsis rationis sensus læditur & in phrenesin æger plerumque delabitur.

Aliud adhuc Laudanum Opiatum, quod majus appel latur, ac efficaciâ suâ quoque præstantissimum est, apu jam citat. Autorem celeberrimum extat, cujus sequen est descriptio.

℞. Extract. Bezoartic. *Qvercetan.*
nondum inspissat.

Extract. croci (ex Croci ℥iij. cum Aq. deſtillat. ex ſucc. limon., vel pomor. redolent., acuat. cum ſpirit. ſulphur. vel vitrioli.

Extract. Myrrh. ac Mumiæ (ut ſequitur)

Extract. Opii ſuccat. quale & quantum ſupra paratum.

Miſc. & lento igne redigantur ad conſiſtentiam Pellis.

Deinde add.

Succin. Citrin. præparat. C. i. e. deſuper qvod Spiritu vini aliqvoties (4) deflagrarit. ℈iv.

Sal. Perlar.
Corallor. ãã ℥ij.
Terr. Sigillat. opt. ℥iß.
Pulv. Bezoartic. ver.
Oſs. de C. C.
Unicorn. ver. ãã ℥j.
Ambr. gryſ. ℥ß.

Miſc. optimè, in in fin. addendo
Ol. Aniſi
Fœnicul. ãâ gt. xii. vel xv.

Serva pro uſu. Doſis eſt magnitudo piperis.

Extractum Myrrhæ ac Mumiæ fit:

℞. Utriuſque ãē ℥ß., diſſolve in hydromelite vinoſo ad ignē, trajice q; calidè per chartam, qvia viſcoſa.

Nepenthes aureum *Angeli Salæ* in *Opiolog. ſua.*

℞. Extract. opii (hújus Autoris ʒß.
Croci *Quercet.* ʒij.
Lapid. bezoar. Regii seu
Tinctur. auri ℈ij.
Resin. lign. aloes
Ambræ gryſ. opt. ãã ℈j.
Miſc. & incorporentur ſimul in vaſe vitreo
eoque benè clauſo ſerventur.

Apud Clariſſ. *Sennertum lib.* 6. *prax. part.* 6. *cap.* 1. *p.* 299. 300. duæ extant Laudani Opiati deſcriptiones quæ ſanè maximi ſunt ponderis, & quarum præparandi modus non eſt improbandus.

Primum illud Laudanum Opiatum Clariſſ. *Sennertus* ſemper in uſu habuit quotidiano.

℞. Opii ſec. a. purificat. ʒj.

Affunde ſpiritum vini optimè rectificat., ut tribus digitis ſuperemineat: Stent diebus 14, & ſæpius agitentur, poſtea quod clarum eſt, ſenſim decundatur, & ſpiritus vini lento calore ſeparetur ad ſyrupi liquidioris conſiſtentiam.

Seorſim etiam infundantur in Spiritu vini diebus 14. ſpecierum diambræ ʒij. & poſtea tinctura colatura ſeparetur.

Hînc Extracto opii affundatur Tinctură diambræ pars dimidia, & ſucci citri recent. purificat. Stentque in digeſtione ſeu calore tepido dies 14. ſæpiusque agitentur. Ubi Spiritus vini maxima pars exhalaverit, add.

Extract. Caſtorei
Solut. Corallor.
Margaritar. ãã ʒß.
Eſſent. Croci ℈j.

Et affunde ſpecierum diãbr. reliqvum ac lento igne ſpiritus vini ſeparetur.
Sub finem add.

Ol. Citri.
Cinamom.
Cariophyll. ãã gt.vj.

f. Maſſa inſtar Extracti. Dimidiæ parti add.

Moſchi
Ambræ ãã gr. vj.

Reliqvum ſervetur pro fœminis.

Alterum ejusdem eſt ſeqvens, qvod maximè in dyſenteria commendat.

℞. Extract. opii Spiritu vini parat. ʒß.
Affund. ſucci Citri rec pur. ʒß.
Stent per triduum, poſtea add.
Extract. Caſtorei ℈ij gr. vij.
Magiſter. Corall. rub.
Perlar. ãã ʒiß.
Ol. Cinamom. gt. xxi.
Cariophyll. gt. xv.
Nucis moſchat. gt. x.
Succin. gt. vj.
Extract. Croci gr. ix.
Miſc.

Dimidiæ parti addi poteſt
Moſchi ℈j.
Ambræ ʒß.

Clariſſimus *Ioh. Hartmannus prax. ſuæ Chymiatric. libr. 1. cap.* 8. duo Laudana Opiata habet, quæ in praxi miris extollit laudibus, qvorum primum erit.

℞. Opii optimi q. v., ſcinde in particulas parv & tenues, ac in ſcutella vitrea lento cinerum igne exs ca, donec ſponte ſuâ in pulverem cum digitis comm nui poſſit, ac benè oleat, ſulphure fœtido, per qv tantoperè fœtet, per exhalationem abſumpto. Hi affunde acetum ad ſex digitos, & digerendo in arc per triduum, extrahe tinctura. Acetum tinctum para à fecibus, filtra, & in balneo deſtilla ad mella nem. Qvod iterum ſolve in aqva roſarum, & filtra nuò, & aqvam per deſtillationem aufer. Extract ſerva. Interea

℞. Croci q. p. Extrahe cum Spiritu vini, ſe per alium affundendo, donec amplius non colo tur. Coloratus per alembicum diſtilletur, ut rem neat extractum in fundo inſtar mellis. Tum

℞ Extract. Opii ℥j.
Sal. Perlar. ℥vj.
Miſc. addendo in fin.
Moſchi ℈j.
Ambræ gryſ. ℥j.
Ol. Cariophyll. gt. vj. vel ℈ß.

Serva ad uſus in vaſe clauſo. Doſis à granis ad 6. in pilulis deauratis, vel in aqva appro ata, aut Syrupo è papavere, aut confectio Cardiaca. Si dolor ſit vehemens, vel vigili horis tribus à cœna datur pilula una, & no media altera, & ſi non remittit, tertia.

Alterum ejuſdem eſt.

℞. Spec. Diambr. ℥j.
Affunde Spirit. Vini optim. rectificat. ad 2. digitos.

Stent in infuſione per 2. ſeptimanas. Poſtea tri ęturę dimidium effunde, & add. Opii ℥iij. Ste

iiij

iterum in infusione per totidem dies. Deinde qvod clarum, effundatur, caloreque spiritus vini lenissimo separetur ad Syrupi liqvidioris consistentiam. Extracto huic add.

Sal. Corallor.
Margaritar.
C. C. ãã ℈j.
Succini opt. præp. ℈ß.

Affunde reliqvam tincturam pulveris diambræ, & repone in sole vel loco calido. Subfinem add.

Moschi
Ambræ ãã gr. v. aut vj.
Croci ℈ß.
Ol. Cinamom.
Cariophyll. ãã gt. iiij.

Misc. Dosis à gran. ij. ad iij.

Aliud adhuc Laudanum Opiatum habet doctissimus ille *Hartmannus* in scriptis suis sanê laudabilibus, catqve illud Nepenthes. Describitur ab *Osvvaldo embsio lib. 3. cap 3. de Remed. Paracelsic*, tali modo.

℞. Radic. hyoscyami bonam qvantitatem, coque. Colatura inspissa ad mellis consistentiam; è qva per Spiritum vini Extractum confice, postea fiat extractum ex opio, uti etiam ex Mumia & Croco, & speciebus diambræ, tandem fiat Magisterium perlarum; solvantur perlæ prius cum aceto, solutum, coagula, edulcora, & pulveri affunde Spiritum vini, coagula, & iterum affunde & coagula; similiter confice magisterium Corallorum; extractiones hyosciami & opii conjunge per Spiritum vini, exiccando fac pulverem, qvem irrora extractione diambræ, deinde add. pulverem margaritar. Corallor. ãã ℥j. Ol. Succin. ℥j. Unicorn. ver. ℈ß. Oss. d. C. C. ℈j. Moschi gr. x.

Ambræ gr. IV., & cum ſpiſſum fuerit, add. Ol. Mi
cis, Cinamom. ãã ℈j. (poſſet loco olei ſal ex ole
deſtillato paratum ſecundum *Helmontium* addi) C
Cariophyll. Aniſi, Fœnicul. ãã ℈ß.; ut a. retundi
tur vis Moſchi & Ambræ adde grana 4 Caſtorei i
hyſtericis. Doſis hujus Nepenthes a gr. ij ad gr. v
eſt in omnibus doloribus, ubi vires proſternu
tur.

De Laudanis Opiatis aliàs Clariſſ. ille *Hartmannus* [illegible] *m.* 43. *prax. ſuæ Chymiatric.* in genere ita ſuum fert jud
cium: Qvod Anodyna attinet, à Galenicis comme
dantur Philonium Romanum & Perſicum, Athana
magna, Aurea Alexandrina, Theriaca recens, Tr
chiſci de Alkekeng., Pilulæ de Cynogloſſa. Quæ
mnia, ſi juſto tempore & pondere, atque mixturâ e
hibeantur, ſæpiùs magno emolumento ſunt. Verùm h
omnibus præſtantiora omninò ſunt laudata illa Chym
corum Laudana, quę opium, principale anodynum
ſomniferum, ab omni veneno & impuritate optimè co
rectum, & ſimul vitrioli ſulphur anodynum recipium
qvod de ſuperioribus affirmari neqvit. Unde & horu
vis efficacior & uſus ſecurior eſt.

Mirabilis ſanè & nunquam ſatis laudandæ virtutis
illud Laudanum Opiatum, quod nobis reliqvit *Adri
nus à Mynſicht* Vir incomparabilis fermè in arte Galen
ca ac Spagyrica eruditionis, *Armament. Medico chym
ſect.* 3. *p.* 70. *&* 71., Cujus deſcriptio ſeqvens eſt:

℞. Opii Thebaic. Spagyric. præp. ℥ij.
Succ. fl. papav. erratic. in
ſpiſſat. ℥j.
Radic. Cynogloſſ.
Mumię transmarin.
Styrac. Calamit.

Su

Succ. Glycyrrhiz.
Croci orient. āā ʒß.

Cum Spiritu vini extrahe tincturam cujusque seorsim, præter Opium, qvod vel aceto destillato, vel succo citri extrahendum. Postea tincturæ extractiones in lentissimo balnei calore ad spissitudinem mellis abstrahe, & add.

Extract. Lapid. bezoar. orient.
Sulphur. Anodyn. Vitrioli āā ʒij.
Sal. Margaritar. orient.
Corall. rub. āā ʒj.
Corn. alcis Hermetic. Calc.
Oss. d. C.C.
Succin. alb. præp. āā ʒß.
Ambræ gryſ. ℈j.
Moschi laudat. ℈ß.

Omnibus exactè incorporatis & mixtis add:

Auri potabil. nostr.
Ol. Chamœmel. Rom.
Aurant.
Cariophyll.
Absinth.
nucis moschat.
Anethi.
Citri rectific.
Anisi.
Carvi āā ℈ß.

Denuò misce, & ex his sec. artem Chymicam f. Massa pilularis seu extractum.

In sistēdis omnibus humorū & catarrhor. profluviis, sā-

guinis & menſtruorum excretionibus: in vigiliis & iin
qvietudinibus immodicis, & in omnibus febrium ge
neribus viriumqve reſolutionibus Laudanum hoc tan
qvam ſecretum habet. In phrenitide præterea, manii
melancholia, vomitu, epilepſia, cardialgia, ſingultu, cco
lica, ventriculo debilitato, pleuritide, arthritide, gona
gra, podagra, Iſchiaſi, lithiaſi & nephritide ſummè iſtu
commendat. Qvia inſedandis doloribus omnibus ve
hementiſſimis & acutiſſimis divinum eſt auxilium, &
qvaſi ultimum aſylum, qvô illuſtrius, præſentius, tutiu
& ſecretius Anodynum in Republica Spagyrica vix exx
cogitari poſſit. Doſis ejus à granis ij. iij. ad grana iv. v
vel vj. &, qvæ veſperi circa introitum lecti corpore inan
nito & evacuato offerantur: refert autem cœnam eo die
omittere, ne cibus corrumpatur.

Clariſſ. *Ioh Frettagius Tractat. ſuo ſingulari d. opio. cap.* 77
Laudanum Opiatum ſuum miracul inſtar fermè ha
bet, ejuſmodique de eo promittit effectus, qvi à nullo
fermè alio medicamine poſſunt exſpectari. Ne verò
ſub tenebris illud lateret, ac ille cum luſcinia plus in o
re & gutture, qvàm plumis habere videretur, candidè
nobis illud tradidit, ejusque ad lydium rationis lapidem
fricuit ſtructuram, qvæ ſic habet.

℞. Radic. hyoſcyami cum germinibus tenellis ju
ſtam copiam, contunde, & l. a. ſuccum exprime, e
umqve, ut ſit inſtar vini rubicundi, optimè clarifica
to & filtrato. Hujus ſucci clarificati ℞. ℔iß. in quo
diſſolv. Opii Thebaic. ʒiiiiß. Opii noſtri ex flori
bus rubicundis papaveris hortenſis præparat. ʒ'jj.
Omnia ritè diſſoluta filtrentur, & inſpiſſentur. Huic
ſimul inſpiſſato ſucco vel opio ſuperfunde ſucci citrij,
aurantior. & aceti vini ãã q.ſ. ut tribus digitis ſuper
emineat, ſtent in loco calido, donec tingantur, tinc
ctus

ctus liqvor effundatur, & novus affundatur, idqve repetatur, donec omnis essentia extracta sit, colorati succi filtrentur, & ponantur in cucurbita vitrea in loco calido, vel super arenam, donec ferè omnis humiditas evanescat, & essentia opii in fundo mellis instar remaneat. Huic essentiæ miscebis extract. Mumiæ, Castorei ãã ʒj. (per spiritum vini præparatorum) & extractum ex seqventibus speciebus factum. ℞. Spec. diambr. ʒ ß. aromatic. rosat. diamoschi dulc. diaxylo aloes ãã ʒß. lętific. *Galeni* lætific *Rhasis* ãã ʒiij. Unicorn. ver ʒij. His superfund. Spiritum vini rectificatum, & tincturam reiteratis vicibus extrahe, hunc tinctum spiritum superfunde extracto opii Mumiæ & Castorei, & B M. separato, & manebit in fundo mellis instar Laudanum, qvod pedetentim in loco calido indurescat, qvod & anteqvam id fiat (si nobile & efficacissimum velis esse) miscebis Magister. Perlar. & Corallor. ãã ʒiß. Essent. succin. per Spiritum vini fact. & essent. Croci ãã ʒß. refrigeratis & induratis omnibus add. Ol. Cinamom. Cortic. Citri, aurant. Cariophyl. calam. arom. ãã ʒj. Anisi, Cymini, Fœnicul. carvi ãã ʒß. Mosch ʒj Ambr. ʒiiß. in Spiritu vini solut. Ballam. macis ʒß. In usu fœminarum hystericarum sine moscho & ambra parabis.

audanum id Opiatum Clariss. *Freitagius* pro innoxio, bem nullam inferente, gravissima symptomata, ceu olores, vigilias & cujuscunque generis fluxiones ssim violentam, sanguinis sputum, destillationes acu s & pernicioſas, sine omni naturæ molestia, viriumne ulla qvassatione vel afflictione sistente, principes rtes, & ex his totum corpus omniaque membra, & irituum trigam reficiente, caloris innati substantiam

mirificè ſuſtentante, & adeò pro generali, cùm univerſi, tum cujuscunque partis quocunque graviore accidente, afflicti, remedio, viriumq; reſtaurandarum & fulciendarum & conſervandarum præſidio habet, in quo opium ſucciq; ſoporiferi ſic ſunt correcta, ut poſitâ per emendationem, aliorumque præſtantiſſimorum medicamentorum miſtionem & fermentationem, omni labe, corpori adverſa accidentia ſecurè mitiget & abigat, ſpiritum, calorem, temperiemq; principalium membrorum proprietate quadam ſingulari fulciat, roboret & muniat, & ex hoc ad omnes partes ſpecificum qvendam & amicum, tuendi, conſolandi, demulcendi & conſervandi reſpectum habeat. Univerſale juvans & roborans ſic oportere comparatum eſſe, patet ex *Galeno lib. 12. meth. med. cap. 5.*, ubi inquit: *ad virium robur conſervandum ſingulare præſidium eſt temperamenti cuſtodia, ante omnia quidem trium principiorum, mox verò reliqvarum, quæcunq; in conſortium affectus principia ſecum ex facili trahunt.* Et ſic ex opio ritè præparato, tàm præſtantiibus rebus miſto & imbuto, cumque iis vi fermentationis maximè unito, & intimius coalito, ſummum vitæ & ſanitatis præſidium, adverſus lethifera & ſummè formidanda accidentia extremum & ſupremum remedium fœnoramur, cujus fructu & utilitate, nemo ſi dextrè adhibitum ſit, fruſtrari qveat, ipſiq; morientes, nullo amplius humano pharmaco redimendi, fatoqve accincti ultimo, ſalutarem vim & ſolatium in deplorata neceſſitate experiuntur, præſentiorique animo & minori cum anxietate, ſopito dolore omni, mortisque horâ & artiículo, qvantum natura admittit, protracto, animam creatori placidè reſtituant.

Ejuſdem ferè valoris & efficaciæ æſtimat Laudanum Opiatum *Banniſteri* Clariſſ. *Freitagius tract. de opio cap. 18*

pa-

ag.136. 137. ejusque descriptionem nobis suppeditat:

℞. Radic. hyosciami Spiritu vini extract. ℥ij.

Croci ℥iß.
Corallor. rubr. præp. ℥iß.
Succin. alb. præp. ℥ij.
Solut. Perlar. ℈iiß.
Mumiæ ℈ij.
Ambr. ℈j.
Moschi ℈j.
Fol. auri No. j.
Ol. nucis moschat. gt. xxiv.
Anisi gt. xij.
Misc. f. Laudanum Opiatum.

Excellentissimus Vir *Guernerus Rolfincius chym. in artis formam redact. lib 4. sect. 3. cap. 6.* duo Laudana Opiata egregia nunquam satis ob eorum virtutum excellentiam laudanda & admiranda describit, in quibus, quod habere maximè in variis humorum excretionibus sistendis, in vigiliis & inquietudinibus immodicis placandis, in summa dolorum atrocia tollenda, ac in cęteris morbis extremis summam virium imbecillitatem secum ducentibus, desideramus, habemus exspectandum, ac qvorum fructu & utilitate maximâ nemo, si saltem dextrè adhibita sint, frustrari possit. Eorum primum per spiritum vini, alterum verò per succos acidos præparatur.

I. Præparatio per Spiritum vini.

℞. Opii Thebaic. pur. ℥j.
Spir. vini opt. q. s.

In leni calore digestione factâ, extrahitur tinctura, simulq; exhalant silvestres qvædam atomi, reliquæ maturantur & mitescunt. Deinde

℞. Spec.

℞. Spec.diambr.ſ. a.& m.℥ij.
Spir.vini q.ſ.
Extracto Opii tincturæ Spec. diambr. dimidia pars addatur, ſtent donec exhalaverit maxima pars. Add.
Magiſter Perlar.
Corall.ãã ℥j.
Eſſent. Croci orient.℈ß.
Miſc.Demum affunde tincturæ ſpecierum alteram partem, & in lento igne exhalaree permitte. Add.
Ol. Citri
Cinamom.
Cariophyll.
Angelic. ãã gt.vj.
Moſchi
Ambræ ãã gr.vij.
In vaſe eleganti. S. Laudatum Opii Medicamentum.

II. Præparatio per ſuccos acidos.
℞. Opii Thebaic.tenacis,ſuccoſi q.v.
Scindatut in teſſellas ſeu fruſta exilia in patella ferrea vel terrea ſcutella vitreata:incaleſcat, ut fumet. Nonnulli odorem aromaticum exſpectant.Leni hâc exhalatione peractâ,affundatur
Succ.Citri vel aceti q.ſ.
In leni digeſtione,quod tingitur, defundatur,fecum relicto magmate,&ad mellaginiſs conſiſtentiã,lentâ evaporatione redigatur
℞. hujus ℥j.
Extract.Croci ℈j.
Magiſter. perlar.farinac.℥j.

Add

Ad juſtam, fermentatione peractâ, extracti conſiſtentiam redactum excipiatur vitro, & S. Laudanum de tribus.

Ex hoc Laudano de tribus Virille celeberrimus Magiſterium qvoqve ſuum anodynum parat *lib. 5. ſect. 2. cap. 4. chym. in artis formam. redact.* cujus ſæpius in practicis ſuis ſcriptis doctiſſimis mentionem facit.

℞. Laudan. Opiat. d. tribus q. v.
Sacchari Canthii vel ſolius, vel cum magiſterio matris perlar. miſti, vel etiam ſolius Magiſterii q. ſ.

In mortario æneo terantur, miſceantur piſtillo diligenter, & in vitro mundo ad uſum ſerventur.

Vires hujus Magiſterii titulis prodit. Dolores capitis ſedat, fluxiones ſiſtit humorum, ſanguinis naturæ affinium, ſeu ab ejus natura alienorum, ad nares, pulmones, uterum, inteſtina ruentium. Doſis gr. v. vj. Exhibetur in cochleari cereviſiæ, vini ad penetrationem, aquæ adpropriatæ cephalicæ, pectoris, uterinę ad directionem.

Miſceri etiam poteſt conſervæ adpropriatæ, & in forma exilis boluli exhiberi, circa noctem præcipuè vel in caſu neceſſitatis, quacunque diei horâ.

In omnibus fermè per univerſam *Germaniam* Officinis pharmaceuticis Auguſtanorum Laudanum Opiatum crepat, qvod egregiæ qvoqve virtutis eſt ac interdum deploratiſſimis in morbis ſummum ſolatium, ut ſæpius id expertus ſum, præſtat. Si ergò ritè præparatum eſt: cæteris Laudani Opiati compoſitionibus vix cedit, illasque non rarò virtute ſuâ incredibili ſuperat. In pharmacopæa Auguſtana ergò ſic ejus pictura nobis exhibetur.

℞. Opii

℞. Opii Thebaic. opt. ℥ij.
Succ. radic. hyoſciam. menſe Auguſto
collecti expreſſi & inſpiſſati ℥j.

Macerentur in q. ſ. aceti roſacei per quatriduum
deinde rurſus exſiccentur. His affunde Spiritus vi
ni rectificati eam qvantitatem, ut digitis tribus au
qvatuor ſuperemineat, ſæpius in die agitando, u
bi ſic per octiduum loco calente infuſa ſteterint
per chartâ diligêter tranſcolentur, & evocetur ſpi
ritus vini l. a. lento igne, ut in fundo vaſis craſſa
mentum remaneat; Interim ex Spec. diambr. com
plet. ℥ij. extrahatur cum ſpiritu vini tinctura, cuju
tertia pars adfundatur craſſamento dicto, ſtent i
digeſtione per menſem, dum graveolentia opi
exſpiret, agitentur ſæpius, paulatim inſpiſſando
ubi ſpiritus vini maxima ex parte exhalârit, ſenſi
miſc. & add:

Sal. Corallor. rub.
Margaritar.
Succin. alb. præp. ãã ℈ij.
Eſſent. Croci Auſtriac. ℈j.
Lign: aloës reſinos. ℥ß.

Ubi ſic per triduum loco tepido ſteterint, addatu
ſucceſſivè reliqua tinctura ſpec. diambr., paula
timque lento igne exſiccando cogatur ad extra
cti conſiſtentiam; Hujus medietati add:

Moſchi orient. ℈ß.
Ambr. gryſ. gr. vij.

Miſc. ad uſum. Alteram partem ſine moſcho
ambra reſerva.

Hanc Laudani Opiati compoſitionem ob certas ratio
nes Clariſſ. *Zvvelferus claſſ. 3. Animadverſ. in pharmacop.
Auguſtan.* corrigit, illudque ita correctum ac examina
tum

tum, omnibusque ingredientium virtutibus imprægnatum hoc modo describit:

℞. Radic. doronic.
galang ãã ʒiß.
Spic. Indic.
Cardamom. maj. ãã ʒß.
Zingiber. ℈ij. gr. v.
Croci.
Santal. Citrin.
Piperis long. ãã ʒj.

Quibus contusis superfund. Spiritus vini rectificati ℔iij. plus minusve, digerantur aliquandiu: postea spiritus tinctus per filtrationem separatus asservetur; jam ulterius

℞. Opii Thebaic. ʒiij.

Quod frustillatim conscissum & præparatum, uti in animadvers. super pilulas de cynogloſſa edocuimus, extrahe cum Spiritu vini superius asservato, & aliquot specierum diambræ item Croci essentiis imbuto; extractionem post unius alteriusve digestionem per filtrum separa, novumque relicto opio, spiritum superaffunde, ut tota ejusdem essentia eliciatur. Relictum ab opio sufficienter extracto crassamentum inutile rejice, & extractiones omnes in B. M. ad extracti spissioris consistentiam abstrahe, cui add:

Sal. Corallor.
Margaritar.
Succin. alb. præp. ãã ℈ij.
Lign. aloës opt. gummos. &
pulverisat. ʒj.
Cass. lign. ver. ʒiß.

Am-

Ambræ in oleis ſubſequentibus ſſ
lut. ℥ß. gr. xxv.
Ol. ſtill. Cinamom. ℈ß.
Cariophyll.
Nucis Moſchat.
Macis ãã ℈j.
Miſc. f. Laudanum Opiatum.

In Pharmacopæa autem Regia *Claſſ.* 7. aliud Laudanum
Opiatum nobis ex ſcriniis ſecretorum ſuorum com-
municat, quod pro ſingulari remedio in mitigandis d
loribus acutiſſimis habet, hocque cor corroborare, c
rebrum confortare & ſudorem promovere aſſerit. C
jus doſis ℈ß. eſt in forma pilularum vel cum liqvore ſſ
lutum exhibetur. Ejus deſcriptio ſeqvens erit

℞. Extract. Opii prius correct. per exh
lationem ſui narcotici
ſulphuris ℥j.
Croci ℥vj.
Sulphur vitrioli narcotic. rubicun
per præcipitat.
Edulcurationem & calcinatione
dextrè parati ℥j.
pulv. ſuccin. alb. præp.
Lign. aloës ponderoſ. ãã ℥iij.
Sem. Citri excortic. ℥ij.
Magiſter. ſolut. perlar. orient.
matris perlar.
Corall. rub ãã ℥iij.
Ol. nuc. moſchat. expreſſ. ℥iß.
ſtill. Cinamom.
lign. Rhod. ãã ℈j.
Prius cum eſſent. Citri & Sa
char. ãã ℥j. permixtor.

M

Miſceantur & cum modico mellis anthoſati redigantur in maſſam bonæ conſiſtentiæ, cui ſi placuerit, Ambra & Moſchus admiſceri poſſunt.

Celeberrimus D. *Matthias Glandorpius*, Medicus & hirurgus Reipubl. Bremenſis qvondam feliciſſimus audanum Opiatum ſeqvens tanqvam ſummum habu- arcanum, ipſumqve ſæpius in ſcriptis ſuis doctiſſimis ommendat; publicæ autem utilitati tradere noluit; ihi verò à filio ipſius Domino D. *Paulo Glandorpio*, vi- in medicina ſingularis eruditionis, Profeſſore quonam in hac Academia Haſſo-Schaumburgica famigeraſſimo, nunc in Republica Bremenſi Practico feliciſſio, Amico & Collega olim meo ſinceriſſimo commucatum, qvin iterum poſteritati Medicæ relinqvam, on poſſum:

℞. Extract. Opii per acet. deſtill. fact.
Eſſent. Croci per Spiritum vini parat. ãã ʒj.
Extract. diambr. per Spiritum vini fact.
Diamoſch.
Pleresarchont. ãã ʒij.
Moſchi Alexandr. ℈ij.
Lapid. bezoar. orient. ʒß.
Caſtorei ʒj.
Unicorn. ver. non friabil. ℈j.
Magiſter. Corallor. ℈iiij.
Perlar. ℈ij.
Ol. ſtill. fœnicul.
Cariophyll.
Succin. ãã gt. xx.
Miſc. f. l. a. Laudanum Opiatum.

Hoc maxima cum felicitate celeberrimus ille Vir ii variis morborum generibus usurpavit; istud enim do lores mitigare vehementissimos, felicissimè in febriun ardentium principio ad sistendum materiæ fluxum ex hiberi, somnum conciliare, sudores movere, mensiu fluxum compescere & promovere, venenum à corde ex pellere, lienteriam ut & vomitum reprimere scribitu Dosis ejus à granis 4. ad 5. habetur.

Extat aliàs in officinis Bremensium pharmaceutici Laudanum Opiatum D. *Amendæi*, Physici & practi olim celeberrimi, quod nobilissimum pariter ac virtu te præstantissimum est, cujus felicissimos effectus sæpi us in praxi, dum Bremæ viverem, comperi; & hîc ob lau dabiles ejus virtutes inserere volui:

℞. Extract. Opii ʒij.
Croci ʒj.
Sal. Corallor. ʒß.
Perlar.
Matris perlar. ãã ʒij.
Ol. still. Citri
Cariophyll.
Cinamom. ãã ℈ii.
Ambr. gryf.
Lapid. bezoar. orient, ãã ʒj.
Misc. f. l. a. Massa.

Carolus Oslevius Medicus olim Cæsareus Cl. vir *Laurent. Scholzio*, ut ipse *epistol. medicinal.* 61. *fatetur* Laudanum Opiatum hocce admodum commendat qvod felicissime Maniacis, in vigiliis extremis, dolo bus colicis, febribus ardentibus, phrenesi, peripneym nia desperata exhibuit:

℞. Spo

℞. Spec. diambr. ℥ij.
Infund. in vino destillato 14. dies, ut latum digitum super emineat, add.

Opii ℥vj.
Mumię ℥ß.
Succ. hyoscyam. ℥j.
Corall. rub.
Carab. ãã ℈ij.
Croci orient. ℈j.
Moschi gr. xvj.
Ambr. gryf. gr. xij.

Affuso rursus spiritu vini, ut superemineat latum digitum, digerantur post fornacem per mensem, quotidie agitando. Dosis ipsius est ℈ß. pro ægri constitutione.

Laudanum Opiatum *Tobiæ Dorncreilii Dispensator. nov. part. 1. c. 7.* admodum etiam commendatur, qvod securè in omnibus morbis acutis ac doloribus externis aut internis administrari possit, sicuti & in vigiliis ac inquietudinibus, itemq; in sistendis fluxionibus ac catarrhis. Dosis ejus est à granis iij. ad vj. in forma pilulari deaurata, vel in aqua conveniẽte, adjecto syrupo de papavere:

℞. Opii ad modum infra scriptum genuinè parat. q. v.

Extrahe cum aceto destillato essentiam, & ad hujus in mellaginem redactæ ℥j. add.

Tinctur. Croci per Spiritum vini extract. ℥ij.
Magister. Corall. rub. ℥ß.
Ambr. gryf. gr. xv.

Ambra cum magisterio probè teratur, postea omnia ad lentum ignem simul commisceantur, & in formam extracti redigantur.

Opii autem genuinam & maximè neceſſariam præparationem hanc molitur: Opium cultro in exigua inciſum fruſtula ſuper laminis ferreis diviſum poſitum ſub camino aut ſubdito igne arenæ lento, ut omninò ſiccum, odoris fœtidi expers & pulverabile reddatur, per octiduum aut ultra fovetur, & ſulphure nocuo exterminato ad compoſitionem Laudani aptum redditur.

Clariſſ. *Sennertus lib. 1. prax. part. 2. cap. 1. Laudanum Opiatum* D. *Andr. Döreri* nobis tradit, illudqve magnii ob egregias ſuas virtutes æſtimat.

℞. Eſſent. Opii debito modo purgati, atqve aceto opt. extract. ℥j.
Croci aqvâ limon. ſtillatit. extract. ℥ß.
Styrac. liqvid. puriſſ. ℈j.
Spec. diambr.
diamoſch. dulc. ãã ℥iij.
Terr. ſigillat. Turcic. ℈ij.
Pulv. Oſſ. d. C. C.
Magiſter. ſuccin. ãã ℥ß.
Corallor.
Petlar. ãã ℈ß.
Ol. aniſ. ℥ß.
Nucis moſchat. expreſſ. ℈j.
Citri.
aurantior. ãã gt. v.

Eſſentiæ cum ſtyrace primò uniantur ad lentum ignem.
Poſtea addantur ſpecies cum reliqvis ſpeciebus atque oleis:
Dividantur in partes 2. æquales.
Uni parti add. eſſent. caſtorei ℈j.
atque cum Syrup. papav. ſimpl. q. ſ. re-

redigatur in juſtam electuarii conſiſtentiam.

S. Laudanum Opiatum pro mulieribus.

Parti alteri add:

Ambræ.
Moſchi ãã gr. vj
cum Syrupi papav. ſimpl. q. ſ.
F. Electuarium.

S. Laudanum Opiatum pro viris.

Acutiſſimus *Caſp. Hoffmannus lib. 2. d. Medicam. Officinal. cap.* 169 §. 15. & 16. de Laudano Opiato itemque ejus uſu ita mentem aperit ſuam: inter noſtros homines plurimis in ore natat Laudanum Opiatum *Paracelſi* cujus veram deſcriptionem nemo non arrogat ſibi, cum fortaſſis ſit inter non entia. Noſtrum extractum Opiatum, qvo minus eſſe credam, unicum facit experimentum, qvo cepi. Adactus clamoribus Colici cujusdam dedi grana ij. in Syrupo de chamæmelo, unde nihil lucri præter mictionem cruentam. Qvo, caſu viſo, cum in memoriam revocaſſem mihi admonitionem Viri eximii D. *Iacobi Zvvingeri*, qvam pro familiaritate noſtra dabat mihi tàm muſteo Doctori, Cave canem: abſtinui impoſterum. Non poſſum autem diſſimulare, qvid mihi eo ipſo tempore ſecreti (ſic appellem) dederit, cum cogerem illum aperire mihi ſenſa animi ſui. Mi Hoffmanne, credas mihi, inqvit, cum ingenti ſuſpirio: Opium non minus formidabile eſt, qvàm Mercurius fugitivus chymiſtarum. Qvid ita verò, inqvam, mi ſvaviſſime? Habeo tot correctiones opii, qvot dicere non poſſum, infideles omnes præter unam, cui nunc demum incipio aliqvantulum fidere. Accipio Opii & ſpecierum diambrę ãã part. æqval. Affundo Spiritum

vini toties, quoties ille tingit. Hoc craſſamentũ, abſtracto iterum vino, eſt Laudanum meum. Hoc cum communicaſſem cum D. Friderico Pierio, qui fornaculam & alia inſtrumenta utenſilia habebat, viſum fuit è re, utriuſque facere periculum. Fecimus. Anni ſunt ipſi 37. E quo tempore Opium meum eſt opium, & odore & fermentatione. Quamobtem eo etiam utot.

Clariſſ. Gregorius Horſtius *lib. xi. Miſcellaneor.* Laudanum ſuum Opiatum, quod ſibi in uſu ſemper fuit ita præparari voluit:

℞. Extract. Opii cum Spir. vini fact.
Croci orient.
Magiſter. Perlar. ãã ʒß.
Ol. Vitriol. rubicund. q. ſ.
Miſc. f. l. artis Spagyricæ Maſſa.
Doſis hujus eſt à gran. v. ad gr. vij.

Petrus Poterius vir doctiſſimus, inque arte Galenica & Chymica verſatiſſimus, in ſcriptis ſuis poſteritati relictis varia Laudani Opiati genera habet, unum ſimplex, alterum compoſitm, cætera univerſalia vocantur. Aliud adhuc quoquè Laudanum habet, quod ſe noviſſimè reperiiſſe gloriatur.

I.

Laudanum ſimplex *Ejuſdem.*

℞. Opii depurat. & defœcat ʒj.
Tinctur. Croci ʒß.
Moſchi ℈ß.
Miſc. f. Maſſa.
Doſis à granis iv. ad vij. vel ix.

II.

Laudanum magis compoſitum *Ejusdem.*

℞. Pi-

℞. Piper. long:
Myrrh.
Galang.
Caſtorei ãã ʒß.
Croci ʒij.
Opii ʒj.
Cum Spiritu vini ſ. Extractum.

De hoc grana v.vj.vel vij. pro una doſi poſſunt dari. Uterinis doloribus mirificè hoc ſuccurrere, aliisque doloribus quoq; tàm internis qvàm externis mederi ipſemet fatetur.

III.

Laudana univerſalia *Ejuſdem*.

℞. Opii Chymic.prep. ʒß.
Antimonii diaphoretic. ʒij.
Ambræ gryſ.
Croci orient. ãã ʒß.
Moſchi ℈j.
Cum Syr. d. papavere q. ſ.
ſ. Maſſa.

Doſis ejus eſt à gran. vii. ad xi. Quod in ardoribus ventriculi atq; hemicrania certiſſimũ remedium exiſtimat.

Item.

℞. Opii Chymic. præp. ʒß.
Myrrh. ʒij.
Croci orient.
Fl. Antimon ãã ʒj.
Macis.
Zingiber.
Galang. ãã ʒß.
Cum Spiritu vini ſ. Extractum.

Hujus doſis à granis iv. ad vij. eſt. In doloribus arthriticis maximè hoc Laudanum conferre, doloribus

colicis etiam certissimè mederi, nephriticis qvoqve ac uterinis affectibus, vertigini mirificè succurrere ipse testatur. In phrenitide & febribus ardentibus cum granis tribus lapidis bezoartici tutissimè exhibuit Autor, & hoc ipsum multa alia præstare, qvæ nonnisi usu illi innotescunt, scribit.

IV.

Laudanum novissimè repertum.

℞. Sem. Daturæ ℥j. (alterum genus stramon. pro datura à Christoph. à costa habetur, vid. *Camerarr. in Matthiol. lib. 4. cap. 73.*

Contund. & infund. in q. s. spiritus vini, evapora ad medietatem, & habebis soporiferum præstantissimum, de qvo cochleatr unum pro dosi sufficit, & in omnibus doloribus tutius qvàm qvodvis Opiati genus exhibetur.

Amstelredamenses in Dispensator. suo sect. 9. describunt qvoqve Laudanum Opiatum, qvod ipsis in usu semper est, atqve in officinis cunctis reperitur; idipsum, cum nimis efficax ac virtutibus plenum in variis symptomatum generibus nimis urgentibus mitigandis ac tollendis existat, nec magno qvoqve ingredientium numero constet, magni semper feci. Sic à nobis traditur:

℞. Opii Thebaic. puri, Spiritu vini dissolut. cocti parum & percolat. ℥j.

Misceatur cum tinctura per Spiritum vini extract. ex pulv. diambr. ℥ß.

Evaporent in consistentiam pilularum sub finem addendo

Cro-

Croci Britannic. ʒj.
Castorei ʒß.
Servetur Massa usui.

Clarissimus *Ioh. Langolettus* apud Excell. *Thomam Bartholinum Epist. Medic. 45. centur. 3.* Laudanum Opiatum nobis communicat, cujus vires incomparabiles planè putat, qvæqve amplissimę qvoqve sunt, atqve se extendunt ad omne fermè morborum genus, exceptis soporosis, vel naturam motu inordinato peccantem sedando, viribus defectam reficiendo, doloribus & vigiliis consumptam placidâ qviete refocillando, vel humores nimium effervescentes compescendo vel Spiritus paulò concitatiores ad temperiem reducendo.

Seqventi ratione ita compositum est:

℞. Pulv. Diacheim *Angel. Sal.* ʒij.
Sal. *Duc. Holsatiæ* cum auro parat.
Fl. nitri ãã ʒß.
Essent. Opii nostri gr. Liv.
Misc. optime.

Dosis hujus Laudani est granorum xv. xvii. xx. pro adulto, qvam dimidium tantum granum essentiæ opii ingreditur; rarò etenim ad granum i. aut 15. Autor ascendit, & nisi in magnis doloribus & vigiliis. Essentiam autem ejus opii cap. 1. class. hujus 2. adduximus, cujus descriptionem & compositionem qvilibet ibi legere potest.

Dantur qvoqve in arte Spagyrica Essentiæ ac Tincturæ, qvæ Laudani Opiati instar haberi possunt, ejusdemque efficaciæ ac virtutis cum eo sunt, sæpeque melius & commodius ęgris delicatulis, medicamenta ac imprimis narcotica omnia & somnifera fastidientibus ac adversantibus propinari possunt; qvarum du-

as, cæteris prætermissis saltem in medium sumus producturi.

Prima vocatur Essentia Opii Liquida Anodyna, quam Clariss. *Zvvelferus pharmacop. suæ Regiæ class. 7. habet:*

℞. Opii Thebaic. opt. ℥j.
Quod tesselatim conscissum solvatur in calore leni.
Aq. Cinamom. cum vin. stillatitt. ℔iß.

Solutio filtretur per chartam & cum salis tartarii alb. ℥j. pedetentim injectâ præcipitetur, ac die unâ vel alterâ post digerantur, & porrò filtrentur. Essentiæ filtratæ denuo add.

Salis armoniac. cum chalyb. sublimat. ℥iiß.
Extract. Croci opt. ℥ß.
Essent, liquid. Cortic. aurant. Citri ãã ℥ß.

Digerantur in vitro benè clauso leniissimo calore per triduum, filtretur denuò essentia, & usui servetur.

Hanc Opii Essentiam anodynam & antifebrilem inter secretiora habet doctissimus ille *Zvvelferus*. Nullam enim, inquit, reperies exactiorem hucusque opii præparationem aut correctionem, qvâ πάρκωσις opii violentam & maligna verè temperetur, ut exinde benignum & celebre evadat medicamen, plurimis morbis securè opponendum.

Altera est Tinctura Opii nostræ descriptionis, quæ in officina nostra Rinthelensi prostat. Eximiæ sanè est virtutis; ideo, secreti iustar quoque eam habemus. Non diu in ventriculo latet, verum subitò vires ejus sanguini ac spiritibus communicantur. Cor ac reliqua viscera inte-

riora roborat, ſpiritus diſſipatos reficit; in vigiliis exremis placandis ac ſomnum inducendo, ſummis dolorum atrocitatibus ſedandis divinum eſt auxilium, & vaſi ultimum aſylum: illuſtrius præſentius, tutius, commodius, ſvavius & ſecretius Anodynum, in uuiverſa Reubl. Spagyrica vix excogitari poteſt. Ingenti ingrediantium numero non gaudet, efficaxæq; tamen in operatione ſua eſt, ac ſi adhuc viginti medicamēta corrigentia & cordialia ei immiſcerentur. Tali autem modo à Spagyricis Medicis levi facilè negotio comparatur.

℞. Opii Thebaic. opt. & depurat. ℨij.
Magiſter. Corallor. ℈ij.
Croci orient. ℈j.
Succ. Citri depurat, ℨiiß.
Spir. Vitrioli ℨß.

Digerantur in vitro benè clauſo leniſſ. calore per triduum, filtretur denuò Eſſentia, & uſui ſervetur.

S. Tinctura Opii.

Doſis ſeu modus exhibitionis ejus eſt à guttulis vj. ad x. & xij.; & per ſe nullus ejus ſit uſus, ſed ſemper cum vehiculo adpropriato ſumatur. In aqvis vel Syrupis ſomniferis, vel aliis refrigerantibus cordialibus commodiſſimè offertur.

Circa finem hujus capitis omnes & ſingulos nobis etiam ſapientiores ac ætate majores fideliter ac fraternè admonitos volumus, ſi animi noſtri de Laudano Opiato ſenſa ſincerè aperiamus, ut in Laudani veri Opiati compoſitione ac præparatione à ſuperfluis & accumulatis additamentis abſtineant, ac imprimis, ſi opus non poſtulet, nec Laudanum aliqvod Cordiale aut cuilibet membro adpropriatum cupiant, multa ma-

magisteria Corallorum, Perlarum, Matris perlarum, Hyacinth. tincturas Corallorum, lapidis Bezoartici, Unicornu, Ambram, Moschum, Extracta Mumiæ, Croci, Myrrh. Castorei, ipsum Castoreum, Lapidem Bezoar. Species diambræ, Diamoschi dulcis, Diaxyloaloes, Pleresarchontic., Theriacam, Mithridatium, confectionem Alchermes, Olea destillata Anisi, Cariophyll., Citri, nucis Moschat., Cinamom. Succini, Fœniculi, Calami aromatic. & simil. vel planè omittant, vel unoo saltem aut altero ex hisce corrigentibus ac cordialibuss Opii malignitas corrigatur. Multitudo certè eorum non tàm virtutem medicamenti hujus divini obtundit, qvàm pretium & dosin etiam in minima qvantitate ægris abominabilem adauget. Fatendum certè mihi est, multa à me in hoc capite esse recensita Laudana Opiata, ex doctissimorum virorum ac practicorum felicissimorum scriniis deprompta, qvæ in magnis febrium ardoribus, phrenitide, ac cęteris calidis adfectibus; ob eorum additamentorum caliditatem ac superfluitatem, cum morbum calidum pręsertim exasperent haud sine periculo ægrotantibus adhiberi possunt. Idcò semper mihi, ubi praxin exercui, elegi aliqvod Laudanum, qvod sine ullis superfluis ingredientibus ad naturæ simplicitatem propius aliqvantò accederet. Et hoc Laudanum Opiatum cum succo citri aut spiritu vitrioli aliqvoties ac ritè pręparatum ac correctum, semper mihi probatum fuit. Cujus vis & efficacia multâ ingredientium superfluitate non est suppressa, sed per sese ita ritè correctum, ac à sulphure suo narcotico liberatum efficacissimum remedium est, illudqve in singulis adfectibus calidis, ubi ejus usus reqviritur, tutò adhiberi potest. Facultatem anodynam in se egregiam habet, ac in doloribus immanissimis sedandis, ac vigiliis ævissimis;

mis tollendis feliciſſimos effectus promittit, atqve etiam præſtat. Hînc meritò præter hocce cum ſucco citri, aut ſpiritu vitrioli pręparatum duo adhuc laudo & magnifacio Laudana Opiata, qvæ ob eorum ſimplicitatem egregias qvoqve pręſtant operationes, & tutò ſine ullo mortis diſcrimine in certa doſi exhiberi poſſunt. Primum eſt Extractum Opii *Angeli Salæ* in *opiologia ſua* deſcriptum, qvod ſic ſe habet: ℞. Opii in fruſtula concis. ℔ß. humectetur acet. roſar. ℥ij. vel ℥j. atqve exponatur igni in ſartagine ferrea, continuò agitando, ut liqvefcat, vaporqve Opii ſulphureus ac noxius unà cum aceto in auram abeat, opiumque refrigeratum friari ac pulveriſari qveat. Ignis autem cautè adminiſtrandus, ne ἐμπύρευμα contrahat. Hînc ℞. Opium illud pulveriſatum, acetum roſar. ℔iiij. Stent in calore arenæ (ſaltem aliqvot horis) ut ſolvatur, deinde cola per linteum linteum cum expreſſione, ac coagula. Hînc solve denuò in qvinta eſſentia Sambuci rectificatiſſima: clarifica cum albumine ovi, ac inſpiſſa ad conſiſtentiam pilulis aptam. Ubi benè hîc obſervandum, ſal aceti roſarum operationem Opii (cum qva conjungitur) non modò mitiorem reddere, ſed & vim ejus diaphoreticam confortare, ut vel ſudor haud ſine levamine ſubſequatur. Alterum eſt illud, cujus Clariſſ. *Hoffmanus lib. 2. d. medicament. officinal. cap.* 169. §. 16. mentionem facit, & nos etiam jam adduximus. Accipit nimirum laudatus ille vir Opii & ſpec. diambr. ãã part. æqval. Affundit Spiritum vini toties, qvoties ille tingit. Hoc craſſamentum, abſtracto iterum vino, eſt Laudanum Opiatum ſuum, odore & fermentatione laudabile. Ne igitur ſolis hiſce ſimplicibus Laudanis inhærere videamur, aliud adhuc in ſcriniis noſtris Medicis Laudanum Opiatum compoſitum habemus abſcondi-

tum

tum, qvod si ritè præparetur, ac ægris prúdenter offe-
ratur, divinas certè virtutes in cunctis fermè morbis cu-
randis, ac symptomatibus eorum gravissimis mitigan-
dis præstat. Cujus descriptionem in capite seqventi
ne invidiæ nimis addicti videamur publico usui ac po-
steritati Medicæ libenter sumus tradituri.

CAPUT III.

*Laudani Opiati nostri, qvod plurium cum salute qvàm
felicissimè usurpari potest, paradigma traditur, idque
ad vivum secatur & penitus examinatur, vires-
que ejus nobilissimæ enarrantur.*

NE illud, quod Deus Teroptimus Maximus per sin-
gularem suam gratiam nobis concessit & commi-
sit talentum, qvo proximo nostro inservire posumu
in occultis sepultum retineamus, libenter qvoqve Lau-
danum illud Opiatum, qvod per non paucos annos i
scriniis nostris Medicis absconditum habuimus, candi
dè omnibus & singulis artem Medicam colentibus tra-
demus, ejusqve ad lydium rationis lapidem fricabimu
structuram.

℞. Igitur Opii Thebaic. depurat. ℥iiij.
Opii ex fl. papav. rh. ptæp.
℥ij.

Superfund. succ. Citr. & Aurantior. ãã q. s., ut tri
bus digitis superemineat, stent in loco calido, do
nec tingantur, tinctus liqvor effundatur, & novu
affundatur, idque repetatur, donec omnis essentia
extracta sit. Colorati succi filtrentur, & ponantur
in cucurbita vitrea in loco calido, vel supra are
nam, donec ferè omnis humilitas evanescat,
esse

essentia opii in fundo mellis instar remaneat. Huic essentiæ misce

Extract. Mumiæ
Castorei
Croci oriental. ãã ℥v. (per spir. vini præparator.

Et Tincturam ex seqventibus speciebus factã: ℞. Spec. diambr. diamoschi dulc. aromatic. rosat., diaxyloaloes, diamarg. frigid., d. gemm. frig., d. hyacinth., lætificant. *Galeni* ãã ℥iij. His superfunde Spir. vini rectificatum, & tincturam reiteratis vicibus extrahe.,

Hunc tinctum Spiritum superfunde Extracto opii, Mumiæ, Castorei & Croci, ac per balneum Mar. separato, & manebit in fundo Mellis instar Laudanum, qvod pedetentim in loco calido indurescat, anteqvam v. id fiat, ut eò nobilius & efficacius hoc ipsum reddatur, admisc.

Confect. Alcherm. C. a. & m.
Theriac. cœlest. *Qvercetan.* ãã ℥ij.
Nitri perlati.
Unicorn. ver. ãã ℥iß.
Ol. Perlar.
Corallor.
Magister. succin. alb.
C. C.
Lapid. bezoar. orient.
ãã ℥j.
Tinctur. Corall. ver.
Lapidis bezoartici.
Auri potabil. ãã ℥iß.
Ambr. gryf.

Mo-

Moſchi Alex. ãã ʒß.
Ol. ſtill. Cinamom.
Cariophyll.
Citri.
Aurant.
Calam. arom.
Succin. alb.
Fœnicul.
Chamomill. ſapphyrin.
Roſar. ãã ℈ß.

Denuò miſce & ex his ſec. artem chymicam f. Laudanum Opiatum Nobile.

Accingamur jam ejus examini. Opium Thebaicum ac illud ex floribus papaveris erratici contuſis præparatum, utrumque ſulphur ſuum narcoticum in ſinu geſtat. Horum uti una eſt natura, tantum quoad intenſionem & remiſſionem varians, ita & eadem omnibus una debetur emendatio & correctio, qvæ hîc perficitur ex commodi menſtrui affuſi ſolutione, ſeu puri ab impuro ſeparatione, maceratione, correctione, circulatione, extractione. Commodè initio affunditur acetum, qvod calidas opii partes temperat & conſumit, vimque narcoticam ſimul infringit, utpote penetrabiliss adhuc caloris & frigiditatis cujuſdam particeps, veternoſorum adfectuum alioqvin ſolenne remedium. Succi citri & aurantiorum, præterqvam qvod Opii calorem corrigant, cordialem vim aſpirant, & adverſus venena, morbos peſtiferos, febreſqve contagioſas inſtruunt, ſi quid malignitatis inſit, elidunt & exterminant, ac calidorum deniqve cordis & ſpirituum vitalium affectuum remedium ſtatuuntur. Ut verò theriacalem penitus adverſus venena & morbos malignos efficaſ-

ficaciam, summamque corroborandæ vitæ fontem, spiritusque vitales consolandi & confirmandi virtutem acquirat, Extractum specierum lætificant., de gemm. frigid., diamarg. frigid., & simil. confectio Alchermes cum a. & m. theriaca cœlestis, lapis bezoar orient. Tinctura corallorum & Lapidis Bezoartici, Aurum potabile, essentia Croci orient., Salia Corallorum, Perlarum (quæ ad hepatis pariter tonum conservandum mirifice quoque corroborandum faciunt) moschus & ambra, (quæ omnes spiritus tàm cordis quàm cerebri & naturæ supra modum reficiunt & conservant) sunt admista. Essentiæ qvoque corroborantium extractæ factæ sunt per spiritum vini, quod propriè narcosin omnem & naturam opii stupefactivam eiuret & curat. Castoreum, cujus purior affusa est essentia, opii theriaca & Bezoar *Guainerio* & *Galeno* veteribusque specificum correctorium est; hujus solius conjunctione antiquitas satis emendari & coërceri autumabat, quod cum proprietate cerebro, nervis & nervosis partibus inserviat, ne ab Opii narcotica malignitate labem ullam contrahant, unicè caret, & ut hæc Laudani Opiati compositio peculiare earum partium & uteri hystericarumque adfectionum fiat remedium, efficit. Mumia amicum ipsi conciliat cum toto corpore & partibus principalibus affectum, siquidem omne par juvatur à suo pari, insigne dolorum mitigativum, omnium membrorum excellens restaurativum præstat. Magisterium succini albi cerebro accommodatum præsidium, & contra veternosos, comatosos, lethargicos, & uteri, cui maximè dicatum adfectus insolentiores ac graviores remedium incomparabile facit. Essentię specierum diambræ, diamoschi dulc., d. hyacinth., aromatic.

roſat., diaxyloaloes, diamarg. frigid. de gemm frig
gid., cerebro, cordi, pulmoni, ventriculo, hepa
ti, partibusqve naturalibus omnibus, confirmandis
ſpiritibus & calori nativo conſervandis aut reficien
dis, flatibus & ſuperfluitatibus diſcutiendis, crudita
tibus emendandis operam ſuam ſtrenuè addixerunt
qvorum virtutem adjuvant & intendunt, & in uni
verſum corpus, perqve intimos totius receſſus pene
trantius promovent & adigunt. Olea ſtillatitia cina
momi, cariophyll., cortic. citri, aurantiorum, ca
lam. aromatici, ſuccin. alb., fœniculi, chamomill., rc
ſarum, præterqvam qvod principalium partium calo
rem & ſpiritus maximoperè foveant & confirment, co
pii malignitatem, ſi qva ulla inſit, per ſe ſola ſufficien
ter caſtigare & perdomare, illudqve ad innocentiam
perducere nata ſunt. Iſtæc ingredientia ad præſcri
ptum modum confuſa & accuratè miſta, dummodo ii
liqvidiore conſiſtentia aliqvandiu fermentari patiamur
priuſqvam ad ſolidiorem conſiſtentiam reducamus, ec
opio ſic præparato, tàm præſtantibus additamentis m
ſto & imbuto, cumqve iis vi fermentationis maximè u
nito & intimius coalito, ſummum vitę & ſanitatis præ
ſidium adverſus lethifera & ſummè formidanda ſym
ptomata & accidentia extremũ & ſummum remedium
fœnoramur; in adfectibus capitis & cerebri, inſigne ce
phalicũ; pulmonis, egregiũ pulmoniacum: Cordis, mi
rabile cordiale; hepatis & lienis, laudabile hepati
cum & ſpleneticum: uteri, excellens antihyſtericum
& renum tandem, eximium antinephriticum nanci
ſcimur remedium, cujus fructu & utilitate, nemo
ſi dextrè adhibitum ſit, fruſtrari poſſit. Ipſi mori
entes ſanè nullo amplius humano pharmaco redimen
di, fatoque jam accincti ultimo, ſalutarem vim &
ſo-

ſolatium in deplorata neceſſitate hoc medicamento divino experiuntur, præſentioriqve animo & minori cum anxietate, ſopito dolore omni, mortisqve horâ & articulo, qvantum natura admittit, protracto, animam Creatori placidè reſtituunt.

Innumerabiles ferè Laudani hujus Opiati ſunt vires in variis morbis curandis ac eorum ſymptomatibus tollendis; Cum enim cætera Medicamenta cuilibet morbo ac ſymptomati oppoſita nihil juvare videmus, Laudanum hoc Opiatum tandem poteſt eſſe optimum auxilium & qvaſi ultimum aſylum, ac plus præſtat, qvàm nobis ab eo erat exſpectandum. Eſt præterea in eo vis & facultas anodyna laudabilis, ſomnifera excellens, fluxionum humorum inhibitrix eximia, febrifuga incomparabilis & hydrotica egregia. Vires ejus anodynæ celebres ſunt; tollendi enim dolores qvoscunqve vim habet, vel ad minimum mitigandi;

Inde Laudanum hoc Opiatum jure merito Νηπενθὲς φάρμακον omnem luctum & moleſtiam tollendi vim habens Medicamentum poteſt appellari. Deinde ſomnum inducendi virtutem habet potentem hoc Laudanum Opiatum, ſvaviſſimâ nimirum reqvie naturam demulcens. Non evertunt igitur hîc ſententiam noſtram, qvi regerunt: qvod in ſomnum Opiatorum uſu delapſi expergefiant, ſi pungantur acu. Ergò ſenſus tactus non eſt ſopitus. Nos reſpondemus cum *Hippocrate libr. d. Liqvid. uſu*: Ναρκὴ μετρίη ὀδύνην λύειν, moderatus ſtupor dolorem ſedat: Sopita eſt ſaltem facultas ſentiens, non conclamato ſtupore planè è medio ſublata. Fluxiones omnes ſiſtit Laudanum hoc Opiatum ſangvineas in hæmorrhagia narium, uteri, hæ-

morthoidibus, vomitus ſanguinis compeſcit, ut & tuſſes inveteratas ſangvineas. Moderatur etiam fluxiones ſuccorum à ſangvinis natura alienorum, tum ſpontaneas, in catarrhis ad nares, fauces, pulmones tuſſiculoſos, ut & ad inteſtina in diarrhæa, dyſenteria ruentibus, tum arte factis in hypercatharſi. In phtiſicis ab ulcere pulmonis inhibet, & ſiſtit ſputum. Inde ſæpe periculoſa eſt ejus exhibitio: Suffocantur inde ægri non rarò, qvi unum aut alterum diem ſupervivere potuiſſent. Febrium etiam paroxiſmis Laudanum hoc Opiatum frenum injicit, & ne revertantur, prohibet. Motus nimirum humorum διάχυσις diffuſio impedita Laudano hoc noſtro Opiato inducitur. Quieſcentibus enim aliqvo modo humoribus eorum disgregatio & fermentatio non conſeqvitur inde paròxiſmis frenum injicitur. Soporem enim inducentia in febribus locum habuiſſe antiqvitus, conſtat ex *Hippocrate d. morb. lib. 2. ſect. 2.*, cum ad qvartanas commendat medicamentum compoſitum ex ſemine hyoſciami, radice Mandragoræ, ſilphio & trifolio. *Trallianus lib. 12. cap. 8.* antidotos magnas ad qvartanas commendat, qvæ opium & hyoſcyamum recipiunt. *Galenus 1. de febres curandi ratione ad Glaucon. cap. 11. & lib. d. theriac. ad Piſon. cap. 15.* Φάρμακον δι ἐχιδνῶν theriacam qvartanæ febri adverſari & paroxiſmum impedire ſcribit, qvod melancholię bellum inducat. Sudorifera vis excellit in noſtro Laudano Opiato, ideoque qvod in Alexipharmacorum referatur claſſem, iisqve qvandoqve miſceatur, dignum eſt. In hoc ipſo effato ſuo confirmare nos voluit *Lazarus Riverius Meth. curand febres ſect. 3. cap. 1. Interdum, inqvit, qvando uſus theriacæ non videtur idoneus, præcipuè in morbi principio vel augmento, Laudanum Opiatum ad grana duo exhibitum, & alexipharmaçis permix-*

mixtum, multùm prodest. Illius enim virtute narcoticâ & congelante ferventes spiritus cordi infestissimi, figuntur quasi; & materia morbifica (quæ dum est in fluxu, pernicio-sissima est) sistitur ac penè immota manet. Unde contin-git, ut natura à malignis humoribus & spiritibus non lacessi-ta, recollectis viribus, alexipharmacorum virtutem facili-us sibi applicet; Et *cap. jam citat. p m.* 141. 142. ita loqui-tur: §. *In dolore capitis, vigiliis & delirio, urgente necessita-te, Laudani Opiati grana duo cum conserva rosarum utili-ter exhibebuntur; vel in Iulepo aliquo dissolventur, vel illius loco theriaca recens ad* ʒß. *Hæc tamen narcotica rarò & in parva dosi usurpanda, quia venenum concentrant, quamvis sudorifera à nonnullis habeantur.* Vis autem sudorife-ra illa maximè consistit in opio, autore *Nicandro alexiph.* v. 15. ἀμφὶ δὲ ὀδμὴς, inqvit; καμάτῳ περὶ λέβεται ἱδρὼς ἐρεύθῳ, *æqve labore illo odoratus sudor destillat unà colle-ctus.* Eadem à *Fel. Platero in practic. libr. & observat.* et-iam adnotatur. In Laudano etiam observatur. Sopiti e-ius abusu, leni diffluunt sudore, nonnunqvam odorem opii referente. Ὀσμή τε τῦ φαρμάκυ, inquit, *Dioscori-des lib. 6. cap.* 17. δι' ὅλυ τῦ σώματος ἐκδίδοται, *expandi-tur, toto corpore opii odor.* Verùm unde διαφορητικὴ illa δύναμις? Si opiata διάχυσιν humorum impediunt, qvi it, qvod sudor eorum abusu excitetur. Respondemus: vescentibus humoribus, cum magna moliri neqveat expultrix, meditatur parva, & per poros excretionem molitur.

Nostrum ergò Laudanum Opiatum, cui basin præ-rimis præstat Opium, ita correctum & temperatum ac præstantissimis remediis principalium partium symme-riam & robur fulcientibus, munientibus & confirman-tibus permixtum est, ut contra qvodcunqve virulentiæ contagium, intemperierum insolentiam qvamlibet &

qvosvis morbos, omni ætate, viribus qvomodocum-
qve affectis & dispositis, doseos habitâ ratione, tuto
semper & salubriter usurpari qveat. His siqvidem, qvi
eluctari & mortis tela effugere possint, beneficam ac
salutarem opem confert, virtutem novosqve spiritus
atque vitam afflat ad exantlandum & superandum om-
nis generis accidentia, naturæ vires ac facultates ob-
truncantia & dejicientia; Morituris autem summum
affert solatium, ut sine dolorum molestia, sensibus
præsentibus, vitæ termino non rapidius acceleratto
aut præcipitato, sed qvantum per fatalis necessitatis
potestatem & adamantinam legem fas est, extracto
benè, placidè & beatè ad serenos cœlitum lares emi-
grare possint. Summa: rectè æstimatâ dosi à grano
ad gran. v. pro ætatis & ægroti conditione, Laudanum
hoc nostrum Opiatum nemini unqvam nocere, sed
summoperè semper prodesse observabitur.

CAPUT IV.

An detur in Medicina aliud Laudanum sine opio?

CHymicorum nonnulli aliud Laudanum commen-
dant, qvod nihil Opii, sed vim suam à sulphure vi-
trioli narcotico habeat. Verùm non sine causa du-
bitant viri docti, an ipse *Quercetanus*, qui tamen to-
ties de hoc sulphure gloriatur, id unqvam habuerit; &
si qvid Medicamenti narcotici habuit, an illud vim sui
am è sulphure vitrioli, an verò ab Opio obtinuerit.
Contra autem observatum est, Medicamenta pu-
Vitrioli sulphure exhibita, vomitiones horribiles,
Cachexiam, Hydropem excitasse, imò qvibus-
da

lam mortem attuliſſe, ut teſtatur *Matthias Unzerus tractat. de Sulphur.* Ideò conſultius eſt, Laudano Opiato probè parato uti, quàm Medicamento, nondum ſatis cognito periculum in homine facere. conf. *Libav. d. Origin. naturæ capite 23. & Apocalypſeos Hermetic. part. 1. cap. 14. Unzerus in Tractat. d. Sulphur. & in appendic. de Sulphur. Vitrioli.* De hoc ſulphure vitrioli narcotico Clariſſimus *Gregorius Horſtius libr. X. Epiſtol. Pharmaceutic. p. m.* 508. admodum adhuc dubius eſt, præparationemque iſtiuſmodi Sulphuris narcotici Vitrioli minimè eſſe perfectam judicat, potius crocum aliquem martis eſſe tandem concludit, quod etiam *Andreas Libavius libr. 1. epiſtol. Chymic.* 35. ſubinnuit, dum inquit: *Crocus eſt id quod efflorescit ex ſuperficie metallorum, ubi conſperſa fuerint liqvoribus & ſpiritibus acutis*: atque tale etiam eſſe Sulphur iſtud Vitrioli *Qvercetani*, omninò credit. Qva de cauſa etiam haud immeritò Viri docti dubitant de iſtius Sulphuris effectu, cum potius alias virtutes poſſidere videatur, quemadmodum hactenus illa pluribus publicè propoſita fuerunt in *Libavio part. poſterior. Apocalyp. Hermetic. pag. 43. part. prior. pag. 475. & libr. 7. ſyntagm. pag. 361. in Matth. Unzero de Sulphur. ſub fin.*

Ego, inquit, Clariſſimus *Horſtius*, *qvamqvam Vitriolo Sulphur commune, & ſulphuri Vitriolum ſemper immixtum eſſe confitear, qvorum illud ſatis ſuperque olim propè Smiedbergam, oppidum non procul à VVitteberga diſtans, terra vitriolata flammis ſulphureis per menſes aliqvot ardens teſtabatur; hoc autem ex oleo Sulphuris acido Calcanthoſo colligitur: Nihilominus de Sulphure hoc æquivoco cum aliis*

viris doctis adhuc dubito, & potius opio justo modo correctio tempore necessitatis utor, quàm iis, quorum effectus incertus sunt. Occasionem autem de sulphure hoc vitrioli narcotico scribendi *Horstio* præbuit Cl. *Martinus Wallherus Siles.* Medicinæ Doctor, qui sulphur illud vitrioli *Quercetani* magni fecit, illudque inter arcana retinuit. Verba ejus sunt apud Doctiss. *Horstium: Sulphur vitrioli Narcoticum, quod basis in nepenthe Quercetani, extrahitur chymicâ arte ex vitriolo Ungarico, optimè prius solutione, filtratione, & coagulatione purificato, cum laminis chalybis, quibus adhæret ruberrimum: postea extractum illud sulphur rubrum spiritu vini circulatur; Spiritus vini vicissim abstrahitur, & aquis cordialibus quod residet, abluitur, ubi pulvis manet rubeus, medicamentum est per se etiam datum tutissimum, & illi experiuntur quotidie tum quibus familiarissimè versor.*

Sulphur istiusmodi vitrioli anodynum à variis chymicis describitur, ejusque præparatio nobis monstratur. *Osvvaldus Grembsius lib. 3. cap. 3. de Remed. Paracelsic.* Sulphur anodynum vitrioli ita præparat: ℞. Vitrioli Cyprii, Auri semine imprægnat. q. v. dissolve aquâ communi, filtretur & evaporetur parùm, posteà affundito guttulas olei tartari, & præcipitabitur sulphur vitrioli, reiteratur opus, quousque sat sulphuris habeas, hoc cum Spiritu vini circulandum est tàm diu, donec dulcescat, & si iterum circulabitur cum Spiritu vini alcoolisato, tunc evadet Medicina præstantissima, ad effectus pulmonum, & opii vires æmulatur citrà venositatem. *Clariss.* verò *Ioh. Schroderus pharmacop. Medico-Chymic. lib. 3. cap. 26.* Extractum vitrioli narcoticum anodynum suum ita describit. ℞. Vitrioli pulverisat, ac lento calore ad albedinem usque exiccati ℔ß. Affunde Spir. vini optimè rectificat. ℥xxx. (nulla humiditas

præ-

præter Spiritum vini accedat, vasque sit siccissimum, alioqvin in cassum laborabis) Sepelito in fimum equinum per mensem. Decanta postea à fecibus absqve perturbatione, & destilla in B.M. ad residentiam usqve liqvoris flavi, oleo destillato non absimilis. Tunc cessa, & qvod prolectum est, serva. Liqvorem restitantem benè occlusum qvoqve in usum repone, qvi pretiosum extractum est. Extracti illius usus est narcoticus & anodynus, nec potentiâ opio cedit, sine periculo tamen reprimit & coagulat. Vapores illos subtiles venenosos epilepsiam caulantes, idqve specificè. Dosis ejus est à gt.vj. ad 8. & 12. cum liqvore convenienti. Et Clariss. *Joh. Zvvelferus Mantiss Spagyric part.1.cap.* 3. Sulphur qvoqve vitrioli anodynum, qvod Martiale vocat, ex arcanorum suorum scriniis nobis tradit, qvod seqventi modo præparari voluit. ℞ Fl.Salis Armoniac., Martial, flavesc. q, v. Hi affusâ aqvæ simplicis sufficienti quantitate ab omni salsedine sive sale armoniaco liberentur, & repetitis vicibus veluti edulcorentur, ut pulviseulus rubicundus de martis prosapia ejusque essentia in residuo maneat; qui siccatus & paululum, (si lubet) atque leniss imè calcinatus ad usum seponatur medicum. Anodynum est, acutis doloribus compescendis proficuum, qvod aliis Laudanis Opiatis peraptè admiscetur.

Sulphur hoc vitrioli anodynum varias ingreditur Medicamentorum nobiliss imorum compositiones, ut præsertim in Laudani Opiati compositione *Mynsichti in Armament. Medico-Chymic. sect.* 3. *d. extract.*; itemque in liqvore suo camphorato *sect.*20. inter cætera ingredientia præcipuum est, & cum Laudana sine opio ab Autoribus Spagyricis famigeratiss imis describuntur, sulhoc vitrioli anodynum eorum basin præ cæteris consti-

tuit. Sic Clariſſ. *Hartmannus prax. Chymiatric. libr.* II. *cap.* 3. Laudanum ſuum ſine opio tali modo præparat- ℞. Limatur. chalyb. partem unam, Vitrioli part. 2. Affunde Acetum deſtill. coqve, coagula, & urge, donec rubeant, vaſis refrigeratis, materiem exime, tere, iterum affunde acetum, donec tingatur, tinctum decanta, reaffunde novum, cui filtrato affunde Olei tartari, & ſulphur fundum petet, qvod aqvâ abluendum, donec acredinem amittat, nam ſal vitrioli vomitum proritat. ℞. Pulv. Santal. Rubr. Citrin. ãã ℥j. Macis, Galang. Cardamom. ãã ℥iij. f. l. a. extractio. ℞. Mumiæ ℥j. Affunde Spiritum vini, & f. extractio, qvibus extractis add. Sulph. Vitrioli ℥ j., digere lento calore, poſtea abſtrahe ad Mellis conſiſtentiam, add. extract. Croci ℈ß. Sal. Perlar. ℥j. Maſſa uſui recondatur. Anodynum eſt præſtantiſſimum & in omnibus doloribus ad conciliandum accommodatum, præſertim intra corpus aſſumptum à gr. vj. ad x. cum conſerva aliqva aut liqvore, aut in forma pilularum. Hoc Medicamentum qvoqve cum camphora epilepticos juvat. Cum callorum eqvarum extracti ʒij. Laudani ℥ij. miſce. Hujus ℈ij. exhibiti in matricis ſuffocatione mirabile præſidium præſtant. *Idem libr.* 2. *prax. ſuæ chymiatric. cap.* 11. Laudanum antipilepticum habet, qvod miris extollit laudibus; ſeqventi autem modo paratur: ℞. Laudani noſtri ex ſulphure vitrioli fact. ℥j. Ol. Camphor. ʒß. Miſc., & habes Laudanum præſtantiſſimum, tàm in paroxiſmo, qvàm extra eum ad curationem uſurpandum. Doſis ſæpius iterari, præmiſſis univerſalibus, debet. Similiter *libr.* 2. *cap.* 223. In uteri ſtrangulatu, præ cæteris Medicamentis antihyſtericis efficacius ſuum Laudanum Muliebre ſtatuit.

t. ℞. Laudan. noſtr. ſin. opio, ʒij. Extract. Lichen. ʒij. Miſc. Doſis eſt ℈ß. Extractum verò Lichenum ita paratur: ℞. Meliſſ. contuſ. Mix. vini albi ℔xv. Diſtill. ſec. art. Deſtillatum affunde Succini & gagatæ pulveratorum ãã ʒ j. Macera per biduum: tum in cinere ex retorta diſtilla per gradus. Oleum qvod ſimul accipis ab aqva ſepara. Aqvam verò affunde Lichenibus ſive callis, qvi à tibiis interioribus eqvarum decidunt novo vere, in anteceſſum ſiccatis, & digerendo in balneo, extrahe tincturam, eamque redige in formam extracti. Qvod etiam per ſe dari ad grana 5. vel 8. poteſt. Valent aliàs in uteri ſuffocatione multùm eqvarum calli, virtutemque non infimam eis inde Autores Medici adſcribunt. Pilularum ergò uterinarum *Mynſichti ſect.* 7. & Aceti *Ejusdem* Hyſterici *ſect.* 23. *Armament. Medico-Chymic.* Compoſitiones qvoqve ingrediuntur.

Laudatus jam *Adrian. Mynſichtus Armam. Medico-Chymic. ſect.* 3. *de extract.* Laudanum minerale deſcribit, cujus baſin pariter ſulphur anodynum vitrioli correctum conſtituit. Inſtarqve Laudani Opiati præſtantiſſimi ab eo habetur.

℞. Sulph. anodyn. Vitrioli correct.
& fixi ʒij.
Magiſter. Perlar. orient. ʒß.
Extract. lign. aloes.
Croci orient. ãã ℈j.
Lapid. bezoar. orient.
Unicorn. animal. ãã gr. xv.
Ol. ſtill. Cariophyll.
Cinamom. ãã ℈ß.

Miſc.

Misc. & cum Syr. è succ. fl. papav. erratic. f. l. a. Massa molliuscula.

Quod Anodynum est præstantissimum, & ad somnum conciliandum accommodatissimum, nec non ad catarrhum sistendum, coryzam, tussim, aliosque hiss succedentes adfectus valet. Cohibet enim destillationes, sive in thoracem & pulmones, sive in dentes & aliò procumbant. Dosis ejus à Medicis à gran. 6. ad gr. viij. & 10. observari, & cum conserva aliqua, aut liqvore conveniente, vel in forma pilulari exhiberi potest.

CAPUT V.

Laudani Opiati quantitatem & utendi modum exhibet.

HErophilus inter Medicos dogmaticos suo tempore præstantissimus præclarè dixit: Medicamenta ut cætera Medicorum præsidia per se & sola nihil esse, nisi rectè utentem habeant. Tunc enim ea veluti Deorum manus rectè dixeris: Iuvant enim plurimum, ubi, his usurus, naturâ prudens & industrius, ac in rationali methodo est exercitatus. Est autem hæc Methodus, ut, pro ratione adfectuum, causarum, temperamentorum, partis adfectæ, virium ægrotantis & aliarum circumstantiarum ex omni Medicamentorum multitudine convenientia, non in qualitate solum, sed potissimum in quantitate quoque eligantur. Dosis ergò haud immeritò in medicamento requiritur, quia nullum medicamentum rectè agit, nisi in sua quantitate exhibitum. Hæc verò, teste *Ionston. lib. 3. tit. 1. Id. Medicin. practic.* ex ratione qualitatis, partis adfectæ, & ægri sumitur. Dosin autem Laudani Opiati veram ac justam

tam præscribere res difficultatis plena est; ad rationis normam igitur ea potius est subducenda. Ὁ δὲ ὀπὸς πλείων ποθεὶς ἐλάπτει, ποιῶν ληθαργικὸς καὶ ἀναιρεῖ autore *Dioscoride lib. 4. cap. 65. liquor seu succus papaveris majore copiâ potus nocet, inexpugnabilem omni necessitatem faciens usque ad mortem.* Idem etiam dici potest de Opio correcto seu Laudano Opiato. Nec desunt exempla, quibus Laudani usûs improvidus viaticum fuit ad alteram vitam ultimum.

Variat autem dosis ejus ratione ætatis, virium, adfectuum, consvetudinis ac ipsius præparationis. Exhibetur autem communiter à grano dimidio ad grana ij. iij. v. v. & vj. Pueris autem & ætate minoribus parcè admodum ac in minima quantitate Laudanum Opiatum est concedendum. Quibus vires jam planè sunt prostratæ, ac vitæ exitus jam adpropinquat, his in minima altem dosi, vel planè nihil ejus est offerendum. Interdum quoque, prout adfectus, sicuti dolores capitis el aliarum partium corporis immanissimi, phrenitis ontumax, vigiliæ in febribus malignis, ac ardentibus, tem in melancholia interdum pertinaces ac diuturnæ, rgent, dosis hujusmodi medicamenti est varianda, & d majorem exhibitionis hujus quantitatem ascendenum. Ita scribit Clariss. *Honorius Heringius Tractat. de Melancholi. in genere p. m.* 145. se observâsse in fœmina vadam, quæ per totum semestre pervigil etiam post xhibitionem v. vi. vij. viij. usque ad grana ix. seu ℈ß. audani Opiati, ne per horæ quadrantem somnum oulis ceperit. Consuetudinis ratio interdum quoque cit, ut ad majorem dosin Medicus transire cogatur; nt enim quidam ei Medicinæ ita assuefacti, ut magna pè in dosi sine ullo vitæ discrimine eam assumere posnt. Sic nuper scripsit mihi Clarissimus *Paulus Glandor-*

dorpius Practicus Bremensis Celeberrimus se habuisse Rinthelii ex artis pharmacetices cujusdam studiosi nomine *Fabii Prævotii Bavari* relatione, qvod Osnabrugæ fuerit qvidam Canonicus Reverendus, cujus nomen honorificum ob certas rationes silentio prætereo, qvi singulis septimanis pro tribus imperialibus Laudani Opiati in officina Osnabrugensi usualis (cujus descriptionem etiam hîc inserere volui) sine ulla noxa cõsumpserit.

℞. Extract. Opii ʒß.
Croci ʒij.
Sal. Corallor ʒj.
Perlar.
Matris perlar. ãã ʒß.
Ambr. gryf.
Lapid. Bezoar. orient. ãã gr. xv.
f. Massa.

Et Excellentissimus *Ioh. Sigismundus Elsholtz* Serenissimi ac potentissimi Electoris Principis Brandeburgici Archiater felicissimus, Amicus & Fautor meus Colendissimus, in epistola nuper ad me data refert, habitare in civitate Berolinensi viduam ferè octogenariam, qvæ, ubi qvinqvaginta annos nata esset, in morbum vigiliis pertinacibus comitatum prolapsa Laudanum Opiatum in Pilulas formatum freqventer usurpare cœperit: ei Medicinæ ab isto tempore adeò paulatim assvefacta sit, ut abstinere amplius jam non possit, & singulis noctibus ad grana aliqvot deglutienda cogatur. Qvod si omiserit, non tantum noctem ducat insomnem, verùm etiam seqventi totâ die, ut datâ opera subinde Excell. ille vir animadvertit, pec-

juſculè ſe habeat. Similiter aliam vetulam, viduam ſcilicet Telonarii in oppido iſtius provinciæ eſſe narrat, qvæ ſimili modo ſenſim à grano uno aſcenderit ad ſcrupulum, & deniqve drachmam etiam ſuperaverit. Iſtoc autem non qvotidiè utatur, ſed ſemel aut bis in ſeptimana, qvoties nimirum ſe malè habere ſentiat. Sumpto Opio benè noctu dormiat, ſeqventi qvin etiam die hilaris vegetaque, ac ſi eſſet juvencula. Elapſis aliqvot diebus digeſto & diſſipato Opio, membra ſibi gravari, & mœrorem animo obrepere percipiat evidenti argumento, Opii conſvetum uſum ſibi neceſſariò eſſe iterandum. Cumqve ob rei familiaris anguſtiam tantam Opii comparare copiam non potuiſſet, libello ſupplice à Sereniſſimo Principe Brandeburgico obtinuerit, ut ſtipem hanc ex officina aulica ad dies vitæ acciperet; acceperit autem jam per annos plurimos. Pari modo, ut ſcribit Excellentiſſimus ille *Elsholtzius*, ſe geſſit uxor Paſtoris in pago Berolinenſi, verum ad Scrupulum ea duntaxat pervenit, & elapſo biennio ad plures abiit. Ejùsmodi certè homines ita Laudano huic Opiato addicti & aſſvefacti cum crapulæ deditis comparandi ſunt, niſi venas & arterias qvotidiè vino & cereviſia impleant, pejus ſe habent. Opii autem & vini hâc parte æqvalem videmus rationem. Præparatio qvoqve ipſius facit, ut modò ad majorem, modò ad minorem Doſin nobis vel aſcendere vel deſcendere liceat. Si enim Opium cum ſucco aliqvo acido ſit extractum ac correctum, & plurima ingredientia cordialia ad ejus compoſitionem concurrant, in majori quantitate; ſin verò cum Spiritu Vini extractum, ac paucis Cordialibus & ſpecificis Medicamen-

mentis sit correctum, in minori scilicet quantitate illudi exhibere debemus.

Utendi Laudano Opiato modus consistit in ejus exhibitione. Exhibetur autem vel in forma pilulari, vel in pulveris forma tritum cum saccharo canthio vel magisterio perlarum, vel aliis Medicamentorum compositionibus sive electuaris, sive potionibus, sive emulsionibus, sive ecclegmatibus & simil. admiscetur.

Tempus aptum ejus usui in genere consideratum est nocturnum, quod languentibus & robore enervatis artubus refocillandis aliàs est destinatum. Præterea quodlibet diei tempus commodum est. Videndum verò imprimis est, cum narcoticum & somnifetum fortius sit, ac planè medicamentosum, ne cibo permisceatur, sed vel cibo concocto, vel unâ atque alterâ post cibum sumptum horâ exhibeatur. Quod fideliter etiam nos admonere voluit *Ludovicus Septalius Animadvers. Medic. lib. 6 §. 43.* A tenui admodum cœna exhibeantur (somnifera) ut blandâ evaporatione cibi melius officium suum complere queant; ita tamen, ne aut concoctio cibi impediatur à frigiditate, aut vis remedii à mole obruatur. Si verò leviora saltem sint medicamenta somnifera ex violis, nymphea, lactuca, semine papaveris albi, amygdalis, cum cibis exhiberi possunt. Ita enim suavis illa exhalatio cum cibi evaporatione permista in caput fertur, & exhalationes calidas & siccas in eo, ac siccam cerebri intemperiem temperat ac demulcet. Probè quoque deinde Medicis Practicis observandum venit, ne Laudani Opiati usus instituatur, nisi præmissis præmittendis, vel venæsectione, si morbi natura eam admittat, aut pharmaco evacuante, ut corpus præsertim ab omni excrementorum genere sit vacuum; quod ultimum benè quoque notandum duxit *Ludovicus Septa-*

lius

in Animadverſ. Medic. lib. 6. §. 42. Non prius, inquit, manito corpore, aut repleto nimium capite ſunt in ucum ducenda (ſomnifera); contumaces enim humores ad evacuationem ineptos, per os, ſi exhibeantur, ominò reddunt; ſi verò capiti apponantur, in comatoos adfectus ægros deducunt. In ſpecie autem commodum eſt omne momentum, quo vires conſtant, nec riſis impedit. Viribus enim vacillantibus, pulſuque dmodum debili exiſtente, niſi ſingulares circumſtanæ uſum ejus ſvaſerint, ſine noxa adſumi nequit. In magnis morbis, propè ultimum agoniſma, quo certat natra cum morbo, armis planè imparibus, obdormiunt gri, χάλκεον τὸν ὕπνον inopinato fato. Imò omnibus norituris accelerat obitum. In his enim, cum pulſus anguicat, facultate proſtratâ, facilè ſangvis in corde iſo & majoribus vaſis incraſſatur, circulatioque protius impeditur. In ſanis, vegeto pulſu præditis, in vaſis ninoribus, anguſtioribus præternaturalem motum ſoum inhibet, in vaſis majoribus circulatione adhuc salâ exiſtente. In principio quoque paroxiſmorum aut riſi inſtante nec illud exhibendum. Cum enim tum alor expandi ad exteriora debeat, & expulſio Spirituum beneficio fiat, in ſomno verò calor ad interiora reocetur, & ſpiritus ſopiantur: naturę ille conatus ac moûs impediretur. Cave ergò, rectè inquit, *Ludovicus Setalius lib. 6. §. 44.* ne in principio paroxiſmi narcotica xhibeas; ex iis enim ſæpè ſuffocatur calor naturalis atque impeditur, ne calor febrilis quamprimùm expandatur.

***

CAPUT VI.

De Cautelis circa Laudani Opiati ac cæterorum Medicamentorum Opiatorum usum observandis.

LAudani Opiati ac cæterorum Medicamentorum Opiatorum usus legitimus sanè est concedendus & laudandus ; abusus verò temerarius improbandus. Magna certè Laudani Opiati vis est. Cum enim vis aliud vires corporis humani magis dejiciat qvàm dolor atrociſſimus , & vigiliæ perverſæ ac diuturnæ somnus contra vires refocillet & calorem ac Spiritus vitales inſtauret : Laudanum Opiatum omnibus nò , qvod unâ operâ & ſomnum conciliat & dolorem tollit utiliſſimum eſt ; & propterea valdè à Medicis rationalibus commendatur. Antidotus poëconia Opiata ab Aëtio *tetrab. 4. ſerm. 1. cap. 102.* mirris extollitur laudibus & multos ex ægris ab ejus uſu ſomno ſurrexiſſe ſcribitur , adeò concoqvendi facultate præſtantes , ut obliti ſint , an unqvam aliqvid à principio doluerint. Qvoniam verò Laudanum Opiatum , ac cætera Medicamenta ex Opio confecta generoſa ſunt remedia , & plurimum nocere poſſunt , non refrigerandi qvidem ſupra modum facultate , ut antiqvi ſtatuerunt , ſed qvia Spiritus torpidos reddunt , ſoporemqve ſæpè gravem , ſtuporem , reſpirandi difficultatem inducunt , & interdum ipſam mortem adferunt ; ut videre nobis licet apud *Schenckium libr. 7. obſervat. 7. Foreſtum libr. X. obſervat. 6. in Scholiis , Platerum libr. 1. obſervat. 15. Fabric. Hildanum in reſponſor. ad D. Doringium epiſtol. d. Hernia uterina* ... cautus omninò in eorum uſu ſit Medicus. Tutius autem ſemper eſt extra primò ea capiti adhibere

& videre, an extra applicatorum narcoticorum u-
us sufficiat, anteqvam intra corpus assumantur. I-
sa autem topica nec ita temerè, sed cautè admo-
um sunt adhibenda, ita ut & morbi & natura-
um ratio habeatur, ne scilicet ea ante universali-
m usum applicemus, vel fortiora nimis pueris &
hollioribus corporibus adhibeamus. In hisce enim
cuporem inferunt memoriamqve lædunt in reliqvam
itam, vel alios adfectus procreant. Sic enim re-
ert *Forestus libr. 7. observat. 22.* de sorore sua Ger-
rude, qvòd de morbo convalescens ab unctione o-
ii ad vigilias urgentes adhibita, circa tempora per-
etuò urgens frigus senserit, tanqvam gelu fuis-
et. Multos qvoqve ob intempestivam stupefacien-
um tàm applicationem qvàm exhibitionem lethar-
um incurrisse idem *Forestus* observavit, ita ut illi, qvi
rius vigiliis vexati fuerant, postea somnolenti & le-
nargici evaserint, ut videmus *in schol. observat. seqventis*
3. *jam allegati lib. 7.*

Cautè ergo Opium, Laudanum Opiatum & cætera
edicamenta anodyna ex opio artificiosè parata, sunt
surpanda; qvod semper *Galenus* in scriptis suis ac præ-
rtim *libr. 12. Meth. Medic. cap. 1.* fideliter admo-
et, cùm ita scribit: *Committunt Medici ejusmodi ex-
ssus, cùm in aliis qvoqve, remediorum generibus non
aucis, tum vel maximè in iis vocatis anodynis, qvæ ex
papaveris succo, vel alterci semine, vel Mandragoræ ra-
ce, vel Styrace, vel tali qvopiam fiunt. Nam &
vi ægris gratificantur, in eorum Medicamentorum u-
modum excedunt, & qui intempestivè immodiceqve
nt animosi, dum prorsus horum usum refugiunt, dolori-
us ægros jugulant. Ergò veluti in omni totius vitæ, tum
abitudine tum actione; ita hîc quoqve consilium istud*

ſapientis, qui, ne quid nimis, *dixit, complectemur, habentes profine, quò tendamus, agrotantis utilitatem. Quippe fas eſt iis remediis, quæ morbum ſanent, utendo, quod optemus efficere, abſtinendum ab anodynis. Sin ex vigiliis et viribus reſolvendis ad mortis diſcrimen ager tendat, tum profectò tempeſtivè ejusmodi medicamentis utare, ſcilicet non ignarus corporis habitum nonnihil eſſe lædendum, læſionem tamen, quàm mortem potius eligendam.* Quod prudentiſſimum conſilium *lib. 2. de compoſit. Medicam. ſec. loc.* diſputando contra Apollonium, ſub aphoriſmo complectitur, dicens, *non debere exhiberi opium niſi in doloribus, in quibus vel mortem vel ſyncopen exſpectamus, ad quam ſyncopen mors ſequitur.* Et hoc conſilium ad monitum *Galeni* laudabile ſemper in praxi & ſcriptis ſuis doctiſſimis quoque obſervarunt *Fernelius, Vallerio-la, Crato*, & omninò omnes docti Medici, inter quos ſunt *Septalius, Benedictus Faventinus, Trallianus, Foreſtus* alii, etiam recentiores. *Ludovicus Septalius* n. *lib. 3. §. 4. animadverſ. Medic.* ita ſcribit: narcotica, quæ ſtupo-rem ſenſui inferunt, ne temerè in uſum ducantur, ſed nonniſi in vehementiſſimis doloribus, ubi vires concidunt, ut ceſſantibus doloribus robur recolligant: Adulatoris verò medici erit aut auram popularem captantis, ea in levibus doloribus in uſum ducere. *Benedictus Victorius Faventinus* verò *practic. ſuæ magn. ſect. 1. cap.* de hisce medicamentis Opiatis cautè adhibendis, ita loquitur: Quoniam in fortibus doloribus vires corporis admodum labefactantur imbecillitanturque, ob vehementem ſenſuum alterationem fortè comitantem dolorem, quo fit, ut interdum forti dolori ſuccumbant vires, & æger perdatur. Igitur ſuccurrere viribus eſt cum iis, quibus ſenſus hebetantur, & alterationis vehementiam non ſentiunt: & tunc valentiores fiunt,

dd

olori & ejus cauſæ obſiſtant; hoc autem potiſſimum
eri medicamentis ſtupefactoriis, omnibus notum eſt,
hanc mentem habuit *Galenus* cum dixit 6. *epidem.*
mm. 5. At ſtupefacere in ſolis vehementibus dolori-
us interdum ex uſu fuerit. Item ſi fortes ſint dolores
otentioribus aut pluribus uti medicamentis ſtupefa-
oriis malum eſt; tum quoniam id dixit *Galenus loco pro-*
to: tum quoniam iis corpora admodum refrigeran-
r, & calor eorum nativus extinguitur, & corpora per-
untur. Propterea ſtupore moderato utendum eſt,
um is etiam forti dolori ſufficiat, ut ait *Galenus*. Fortia
utem ſtupefactoria hæc ſunt: Opium, Mandragora,
yoſciamus. De opio locutus eſt *Galenus* 3. *Medi-*
um. local. cap. 8. inquiens: pharmaca igitur ex papave-
s ſucco omnia ſenſum ſtupefaciunt: & ob id ſanè ne-
ſſariò cogimur ipſis uti, ubi nullum aliud mitigati-
um opem tulit. Et *lib.* 2. *d. compoſit. Medicam. ſec. loco*
p. 7. ait *Galenus*: Rarò enim cogimur pharmacis ex o-
o uti, cum videlicet præ doloris vehementia homo ex
ta periclitatur. Quanquam & tunc ſolidæ partes ex
us uſu offendantur: adeò ut poſthæc correctione o-
us habeant. Hortor igitur te, ut nemini Opium in
mplicitate ſuæ ſubſtantiæ exhibere audeas ob id *Gale-*
verbum 3. *de comp. Med. ſec. loc. cap.* 13. inquientis: ſem-
er papaveris ſuccum fugio, neque niſi urgente neceſ-
tate ad ejus uſum pervenio. Quod ſi cogeris eo uti,
nc temporis correctoria ejus maleficentię permiſce-
, uti caſtoreum, quod non tanquam ſenſus ſtupefacti-
um ad papaveris ſuccum admiſcemus; ſed ob contrari-
m omninò rationem, ut videlicet vehementiam refri-
erandi facultatis in eo obtundat. Et hæc eſt doctri-
à *Galeni* 3 *de compoſit. Medicam ſec. loc. c.* 8 & 7. *d ſimpl.*
Medicam. facult. inquientis: validè enim papaveris nigri

ſuccus ad ſtuporem uſqve & mortem perducit, ſed Medici, qvò probè eo utantur Medicamentis miſcent frigiditatis vehementiam reſcindentia. &c.

Item *Alexander Trallianus libr. X. pag. mihi* 571. 72. de cautelis circa Opiatorum uſum obſervandis mentem ſuam tali modo explicat: Torporem facientia medicamenta, qvæ & ex opio & alterco componuntur non temerè admovere properandum eſt. Verùm ſi qvidem humores, qvi dolorem pariunt, tenues & acres fuerint, cum fiducia adhibere oportet, nullam inde noxam fore ſuſpicantes: ſin autem craſſi ſint & viſcoſi, torporem inferentium uſus vitari debet. Etſi enim doloris ea levationem adferre videantur, tamen efficiunt, ut dolor poſtea diutius permaneat, putoqve bonâ ratione ipſa non conferre. Nam cum meatus ex Medicamentorum, qvæ torporem faciunt, frigiditate condenſentur, conſtringanturqve, & recrementa ſpiſſeſcant, neceſſe eſt, & jam totum adfectum magis augeri, & ad diſcutiendum difficilem reddi. Multi igitur cum in ejuſmodi adfectibus ea iterum atq; tertiò dediſſent, effecerunt, ut partes læſæ emorerentur reſolverenturq;: interdũ verò etiam mortem omninò induxerunt. Propter hæc omnia, ut dixi, medicamenta torporem facientia temerè colicis ex frigida intemperie infeſtatis offerre properandum non eſt, niſi magnus qvidam dolor ac vehemens, qvi ſyncopes periculum minetur, id nos facere compellat. Si igitur vires tibi robuſtæ appareant, & dolor grandis admodum urgensqve, tunc ſolum exhibere, idqve ſemel oportet. Nam calidiore temperaturâ prædito, & ob tenuem acremqve dolentibus humorem, torporem excitantia medicamenta, præterqvamqvod nihil noceant, adhuc etiam magis opitulantur, dum tenuem, acrem & bilioſum humorem craſſum

re

ddunt, ad concoctionem perducunt, ad bonamqve mperiem convertunt.

Petrus Foreſtus lib. 7. obſervat. 23. in ſchol. à multo u- ſtupefacientium medicamentorum, potionum, irri- tionum ac illinitionum cavere debereqvemlibet ſcri- t, facilè enim ex his, qvi immodicè perfrigerantur, ex gilia in lethargum tranſeunt, inqviens: qvo fit, ut vem dormire volumus, excitare poſtea non poſſimus. c cum Paracelſicus ſomniferum medicamentum de- iſſet, qvod dolorem ſopiendo tolleret, adeò ſomno- ntus evaſit æger, ut excitari non poſſet, nec excita- tur, niſi in ultimo die reſurrectionis. Inſuper ſi res imbecillæ fuerint, tunc maximè vitabis, ne id torpori ſomnoqve inducendo accommodum ex- beas: nam in his, qvi vires infirmas habent, ut ſtatur *Trallianus* (non vulgaris noxa imò inter- m mors ejuſmodi potionem comitatur. Et *libr. obſervat. 6.* ita loqvitur: Opii uſus periculoſus t, qvanqvam interpres *Hollerii* Hiſpanum ſump- ſe ſemiunciam ſcribit; at nos novimus Medi- m, Scrupulum unum mulieri dediſſe, quæ mox it extincta. Sic & *Cicinnæ* pater Opio interem- us eſt. Præſtat potius uti remediis externis, & tionibus qvoqve brachiorum ac pedum, exce- is linimentis ſomniferis temporibus illinitis. Item ro hoc decimo *Obſervation. 35. in ſchol. ſic ait*: Pra- ici inſignes viribus jam proſtratis à ſomniferis e- smodi & ab opiatis abſtinent. Vidi enim mul- s ab Opio exhibito ſubitò extinctos. Sic bajulus fru- entorum Anno Milleſ. quingenteſ. ſeptuageſ. nono, enſe Julio, cum dolore capitis laboraret, nec ita ormire poſſet, licèt per intervalla adhuc dormiret, mpiricus eidem dedit Philon. ℥j. Aqv. Nymph. ℥ij..

Syr. papav. ℥ß. dormivit ad quatuor dies, nec amplius e vigilavit.

Ego vidi quendam inquit *Montanus cap. de capitis doloribus supra Rhas. Lect. 5.* ex Opio exhibito inferiisse Periculosa, ait, sunt ista stupefacientia præsertim per os exhibita; quoniam nihil aliud faciunt, nisi mortificare. Unde nunquam ad Philonium accedit *Galenus*, nisi cum timet mortem; sed ad theriacam novam & diaspermaton, neqve unqvam usus est Opio. Ab eo mortuus est ille infelicissimus *Cassius* Gymnasii Patavini splendor & decus. Ita & *Avicenna* provocaturus somnum non transibat papaver album. *Rhases* proponit Opium, at præstat eum non seqvi. Sed in hoc potius imitemur *Galenum*, qvi in inflammatione aurium accipit Opium correctum cum duplo Castorii; & nunqvam administravit Opium, nisi cum medicina calida.

Ex recentioribus autem de Laudani Opiati usu & cautelis circa eum observandis egregiè admodum Clarissi. *Herman. Grube artic. 3. sect. 7. comm. de Medicam. simpl. cognosc.* hunc in modum scribit: Opiatum illud 1. non temerè in corpore cacochymico aut asthmatico est adhibendum. Nec 2. viribus fermè collabascentibus pulsu admodum debili existente, nisi singulares circumstantiæ usum ejus svaserint. Nec 3. dosis magna sit, sed admodū exigua, ita ut tria aut qvatuor grana vix superet. Usus 4. & ipse rarior sit, aut si freqventior, tàm parva reliqvis Medicamentis admiscendum est qvantitate, ut singulis dosibus vix dimidium granum respondeat. Nec 5. usus veniat Laudani Opiati, nisi præmissis præmittendis, vel venæsectione, si morbi genius eam admittat, aut pharmaco evacuante. Deniqve 6. adhibendum est, si talis contingat casus, qvi methodi limites jubeat transilire.

Præ

Præprimis autem in Laudani hujus Opiati ac cæterorum medicamentorum opiatorum usu ægrotantis inspiciendæ sunt vires, ac videndum, an ipsæ tam diu morbum sustinere possint, donec causa vigiliarum vel doloris ordinariis medicamentis tolli possit, neqve prius ad opiata accedendum, anteqvam periculum aliqvod grave ex vigiliis vel dolore imminere videtur. Cõsiderandum maximè & hoc, an vires à morbo nondum valdè dejectæ sint, sed saltem ob dolorem & vigilias periclitari incipiant. Tum enim tutò, reliqvis nihil juvantibus Laudanum Opiatum ac cætera ex opio confecta medicamina exhibere licet: qvæ cum somnum inducunt, fit, ut dolor etiam non percipiatur, & in somno spiritus & calor reficiantur, ac materia morbifica rectius concoqvatur & vincatur. Prius autem semper leniora sunt usurpanda, & primò qvidem cibi medicinales somnum svaviter inducentes, hînc medicamenta leniora, & tandem ad Opiata ascendendum. Si verò non ob vigilias solùm & dolorem ęger periclitetur, sed ab ipso qvoqve morbo vires jam dejectę ac prostratæ sint, ut ferè de ægri vita dubitetur, tum non facilè ejusmodi opiata exhibenda, qvę eo in casu nihil aliud efficiunt, qvàm ut spiritus sopiendo, torpidosqve & ignavos reddendo mortem accelerent, soporemqve perpetuum inducant. Qvod perspicuè admodum innuere videtur *Aviçenna cum lib. 5. summ. 1. tr. 1.* qvasi sub persona *Philonii* loqvens scribit: *Et meum juvamentum ad eum, cui dimissa mors est, est juvamentum maximum.*

Freqvens qvoqve & qvotidianus ejusmodi Opiatorum usus nimis qvoqve est fugiendus, ne cerebrum lędant, ac ipsi dispositionem pravam inducant, vel etiam ventriculo in concoctionis opere nocumentum adferant, qvod fideliter etiam nos admonere voluit *Ludovi-*

eus Septalius libr. 6. *Animadverſ. Medic.* §. 40. dum ita loqvitur: qvotidianus & freqventior ſomniferorum uſus, niſi nimius partis calor id perſvadeat, fugiendus eſt; ne, dum cerebro ſuccurrere tentamus, & illius ſymptomati, aut contrarium introducamus adfectum, aut ventriculi coctionem imminuamus. Infantibus qvoque & pueris ſecundum doctiſſimi hujus *Septalii* doctrinam *lib.* 6. jam citat. §. 41. parcè admodum ſomnifera ex medicamentis Opiatis parata exhibenda, rarius qvoqve valentiora iis extrinſecùs applicanda. Solent enim ingenium & memoriam labefactare. Imò nec concedendum nutricibus, ut ſæpè Syrupum papaveris infantibus nimis vigilantibus exhibeant, ut & infantibus & ſibi imprimis qvietem concilent; hebetat enim & is ſæpius ſumptus ingenium ac memoriam. Si qvis tandem etiam torpor capiti, & læſio aliqva vel ex eorum externa applicatione vel interna exhibitione inducta videatur, lotione cum decocto fol. betonic. Malvæ, fl. Chamæmel. corrigatur; etſi præter opinionem æger profundius ac diutius dormiat, naribus admoveatur ſpongia, vel linteolum aceto acerrimo madidum, vel pulvis nigellæ & rutæ aceto maceratus naribus indatur.

CAPUT VII.

Num Laudanum Opiatum ac catera Opiata Narcotica tutius in cauſa calida qvàm frigida ſint uſurpanda.

CUm in partis hujus fine potiſſimum de cautelis circa Laudani Opiati ac cæterorum Opiatorum Medicamentorum uſum attendendis loqvamur, non ſilenda

da est hîc magna illa cõtradictio, quæ ex *Galeni* doctrina depromi solet. Is enim *lib.* 12. *Meth. Med. c.* 8. de narcoticis verba faciens illa in causa calida securius, in frigida non ita tutò posse propinari adfirmat: §. *Nam cum mordens humor affligit, adversissima sunt, quæ extenuant & calefaciunt; postulat namque hujus generis affectus, si modò curandus est, ut ea quæ contristant, vacuentur: si id omninò fieri neqveat, ut per epicrasin sanetur: Si id qvoqve fieri non possit, ut qvæ torporem inferant, Medicamenta exhibeantur. Qvæ quamquam sunt reliquorum communia, minus tamen hos affectus, qvàm alios lædunt: quippe tenuis consistentiæ & calidarum virium plurimi talium humorum sunt. Quæ autem ex papaveris succo & altercо & eo modo frigidis composita medicamenta sunt, simul omninò & refrigerant & siccant: quâ ratione non solùm, ut sensui torporem inducentia salutaria sunt, sed etiam ut humorum tenuitatem cogentia, atque crassantia, præterea vehementem calorem refrigerantia. Ubi verò crassi glutinosique humores exuperant, alienissima sunt quæ torporem inducunt. Cavendusque magnoperè in ejusmodi affectibus eorum usus est* &c. Hanc *Galeni* sententiam omnes deinceps, plenis, ut ajunt ulnis, amplectuntur. Solùm tamen sibi *Galenus* è directo repugnat *libr. cit.* 12. *Meth. Med. cap.* 1. qvi narcotica in frigida causa cum majori fiducia, & audacia & securius exhibenda esse, qvàm in causa calida asseverat, dum sic ait: *Et talium quidem Medicamentorum usus, eorum, qui adversus symptoma pugnant, est proprius, potissimum ubi ex frigida causa dolor fuerit concitatus, obsunt enim talia plurimum toti adfectui & curationi contumacem eum reddunt.*

Amatus Lusitanus centur. 4. *schol.* 94. multis ultro

tro citroqve rationibus ductus, concludit, tutius in frigida qvàm calida causa narcotica esse propinanda. Cujus opinionem ex adverso redarguit *Galenus cap. 8. meth. med. lib. 12.* *Ludovicus Lemosius in comm. cap. hujus 8.* *Galeni* loca pugnantia proponit, eaqve hocce modo conciliare intendit, *Galenum* scil. soli symptomati opitulari videlicet dolori non causæ morbi; qvia inibi solùm curat demulcere symptoma relicto adfectu, qvãdo virium robur non adest; & hoc potissimum locum habet in eo dolore, qvi à causa frigida concitatur, qvoniam tunc non solùm contemnitur adfectus, sed augetur: in adfectu tamen calido aliter se res habet. Qvorum opinio falso nititur fundamento. Nam contradictio versatur in eo, qvod in uno loco, *Galenus* narcotica in causa calida securius propinãda censeat, qvàm in frigida; in alio loco tutius in hac, qvàm in calida exhibenda asseveret. Qvæ qvàm manifeste inter se pugnent, ille solus non videbit, qvi in vertice, non autem in fronte oculos habuerit. Nam advertere debeant, auxilium narcoticum causæ morbi semper obesse, tunc qve auxilium non vocari, qvia qvantum minuit dolorem, tantum auget causam, & ut dicebat *Galenus*, ad tempus levantur ægri, prorsusqve indolentes redduntur, qvoniam stupefacientia suâ frigiditate meatuum spiracula, per qvæ sentiendi vis distribuitur, densant & occludunt: deinceps tamen auctâ causâ in pejus ægri ruunt. Ergò tandem *Lemosius* iste, narcoticorum usum securiorem esse & magis proprium, ubi ex causa calida dolor fuerit concitatus & non frigida concludit. *Zacutus Lusitanus lib. 1. de Medic princip. histor. Dub. 36.* verba *Galeni* hoc modo adaptat, qvæ cum Codice Græco veteri amplius, ut putat, consentiunt, faciuntqve hunc sensum. *Et talium quidem medicamentorum usus, eorum*

qvi

qui adversus symptoma pugnant, est proprius, ubi ex frigida causa dolor fuerit excitatus; obsunt enim talia potissimum toti adfectui, & eum curationi contumacem reddunt. Verùm ut mentem nostram hac de re aperiamus, non *Galenum* solùm, sed & *Lemosius* aliosqve valde hac in parte errásse, haud immeritò statuimus, qvi Opium summè frigidum censuerunt, & cum de eo falsum habuerint principium, Medicamenta qvoqve omnia ex opio confecta, vel qvibus Opium admixtum, ut Laudanum Opiatum, theriaca, Mithridatium, Philonium Romanum & alia potius in adfectibus à causa calida ortis usurpanda crediderunt. Nos verò qvoniam opium calidum pronunciamus, ac cætera Laudanum Opiatum vel aliud ex opio compositum ingredientia Medicamina insigni qvoqve caliditate pollent, ea tutius in adfectibus frigidis adhiberi qveunt; in calidis qvandoqve etiam, si modò eorum caliditas exsuperans aliis corrigentibus refrigerantibus temperetur ac demulceatur.

CAPUT VIII.

Novam neqve hactenus traditam methodum ac regulas salutares comprehendit juxta qvas Laudanum Opiatum & cætera tàm veterum frigidiora, qvàm Neotericorum benedicta Opiata ad morbos cujuscunq; generis, postulante necessitate, tutò innoxiè & utiliter usurpantur.

PRo coronide & clausula partis hujus, de Laudani Opiati non solùm, sed cæterorum qvoqve Opiatorum vero & recto usu summatim qvædam subnectere nobis animus est, ea qvę duabus hisce partibus fusius dicta sunt, paucis comprehendendo ac ob oculos ponendo.

Primò meritò relegandus est è Medicina & usu Medico

dico omnis Opii ſinceri, impermiſti, & incorrecti uſus internus, licèt & recentiorum complures innoxiè & ſalubriter ſæpè uſurpent, imò multi affatim devorent & familiariter ingerant.

In vero autem rectè correcti & permiſti uſu tria potiſſimum ſunt ſpectanda, videlicet compoſitio, componendi cauſa & ratio, deinde affectus ipſe, ad qvem uſurpatur, & natura ægri.

In Laudani Opiati non tantùm, ſed cæterorum qvoqve Opiatorum compoſitione, ipſum Opium aut conſtituit baſin totius, aut ex iis eſt quæ baſin dirigant, ſecundent actionemque juvent, promoveant vel conſervent. Ubi baſin non conſtituit, additur ad mitigationem qvorundam ſymptomatum primariò ad ſec curationem non pertrahentium. Et ſic omnibus penè pharmacis in minore aut mediocri doſi, ſatisqvec correctum & accommodatum ad qvoſcunqve ferèc morbos, graviore ſymptomate comitatos, aut vehementioribus remediis, qvorum intentio ejus miſturâ cicuratur, virtusqve colligitur & conſervatur, qualia theriaca, mithridatium, tryphera magna, Philonium romanum, reqvies *Nicolai* ſimilesqve antidoti, miſcetur, quæ tutò & ſine omni periculo in uſum ducuntur, cujus generis per totam partem ſeqventem ad qvamcunque ægritudinum curationem opiata veterum & neotericorum recenſebimus.

Veteres, qvi in ſumma excellenti frigiditate omnem Opii noxam conſiſtere iudicarunt, omnem ejus correctionem calidis qvoqve Medicamentis exqviſitè miſtis inſtituerunt. Cùm verò ſecundum eorum hypotheſin ſumma in Opio frigiditas cerebro ſoporem ſenſibus anæſtheſiam ſeu torporem adferat, humoresqve ut plurimum mali adfectuum cauſæ proxima

8

& adhærentes adſint, ita temperârunt remedium, ut ſomnus induceretur, ſed non ſopor profundus & comatoſus, partium ſenſus acutus & doloroſus mitigetur, nec tamen aboleatur, ſtupefiat, aut labem detrimentumve contrahat, & affectus ipſe primarius qvamplurimum inde relevetur, humores nocentes discutiantur, diſſecentur, attenuentur, eorumque qvalitas noxia alteretur, & ſubſtantia ſubigatur, coqvatur, qvibus etiam intentionibus *Galenus libro nono de compoſit. Medicamentor. ſec. locos capite quarto. Philonis* antidotum fabricatam eſſe demonſtrat Hâc correctione & temperatione Neoterici & veri rationales Medici ſummas in Opio frigoris qvalitates ſusqve deqve habentes, non contenti ſunt, ſed etiam ſuſpicantur de occulta & formali veneni proprietate, qvâ ſub minima qvantitate ſopores graves & noxam ampliorem infert; ea etiam, quæ principalia membra mirificè & ſpecificè roborare & confirmare, & contra quascunque injurias tueri poſſunt, qvæqve narcoticam ac maeficam ejus vim, quæ ſupra Elementorum conditionem eſt, alexipharmacâ virtute cohibere & emendare valent, addunt & inſuper ad quorundam fabricam adjiciunt, quæ peculiaria membra reſpiciunt, eoque Opiatorum virtutem potiſſimum inflectunt, & perducunt, unde nata Neotericorum Laudana cepalica, epileptica, bechica, cordialia, ſtomachica, colica, ſplenetica, hepatica, nephritica, hyſteria, &c.

Veterum Opiata, quæ ſolis calidis correcta ſunt, eò ecurius, ait *Galenus*, uſurpantur, quæ plus calidorum eſtimatione & comparatione facta cum Opii frigore

gore & qvantitate continent, sed minus juvant affectum: qvominus verò calidorum corrigentium possident, eò citius operantur, sed graviorem inferre noxam qveunt, nec pari securitate usurpantur.

Nostra autem, qvæ recentior ætas protulit, Laudanorumqve nomine insigniuntur Opiata, modo allegato ritè composita, in qvorum numero id, qvod supra *cap.* 3. à nobis descriptum & examinatum est, meritò prædicamus, à prudenti & exercitato cuivis ætati, sexui, morbi constitutioni postulatibus indicationibus, juxta regulas methodi rationaliter & securissimè dari possunt.

Qvomodo respiciendum ad compositionem remedii, in qvo opium constituit basin, jam vidimus, ut consideremus adfectus ipsos, ad qvorum curationem opiata adhibemus, etiamnum restat.

Adfectus hi vel morbi vel symptomata sunt ex his moderatiora, qveqve propriam ad se curationem non rapiunt, vel sine Opiatis curato morbo evanescunt, vel iisdem, in qvibus Opium basin non constituit, sed saltem juvat, dirigit & temperat, facilè subiguntur. Symptomata verò vehementiora, qvia mali majoris causam evadunt, rationem morbi induunt, ideoqve, sicuti morbus ipse, basin remedii indicant. Sunt autem symptomata illa, vel in actionibus læsis, vel in excretis: Ad actionem pertinent dolores vehementes naturam prosternentes, vigiliæ immodicæ, tussis violentæ, surgendi & discurrendi ex deliriis necessitates, singultus nimius & continuus, lotii ardor & acrimonia. Excretorum symptomata sunt: alvi fluxus superfluus, sudores diaphoretici, catarrhi suffocativi, destillationes acres pulmonum erosionem minitantes, hæmoptoses, hæmorrhoidum mensiumqve profluvia abundantiora. Sic enim diarrhæa acris dysenteriam, catarrhus pernix hæ-

mo

noptosin & phtisin, aut suffocationem, urina ignea vesicæ ulcus moliantur, ad opiata confugere tutissimum erit. Ad horum symptomatum perdomationem, requiritur medicamentum cujus basin constituit Opium, cujusmodi varia variarum per universum corpus partium morbis peculiariter conformata & consecrata inferius in parte nimirum ultima referentur genera & paradigmata.

Adfectus seu morbi, Laudano Opiato vel cætetis medicaminibus ex Opio confectis curantur, sunt vel calidi vel frigidi, sine vel cum humore. Calidos morbos, si in qvantitate nimirum mediocri cæteris medicaminibus refrigerantibus permisceantur æqve ac frigidos ejusmodi opiata, qvalia imprimis Laudanum Opiatum, theriaca, Mithridatium, Diascordium *Fracastorii* &c. sunt, superant, qvatenus scilicet somnum inducunt, ut naturæ vires ita refocillentur, & reficiantur, qvò causam morbi concoqvant, digerant & ipsum morbum expugnent. Per somnum etiam, feriante facultate animali, & dolore placato, naturalis facultas, calorqve insitus subactioni materiæ morbificæ unicè incumbunt, ut frequenter observatum sit, ab opiatorum usu, ex somno variori ægros universim percuratos, uti supra etiam ex *Galeno* demonstravimus, & ipsimet multoties in praxi per Dei gratiam sumus experti; qvare etiam meritò tot honoribus Laudanum Opiatum ac cætera ex opio præparata medicamenta condecorate voluimus.

Imprimis autem in usu Opiatorum hoc tenendum, illa, qvæ Opium pro basi non comprehendunt, si in usum trahantur, semper post universalia adhibenda: qvæ verò id pro basi agnoscunt, sæpè neglectâ curatione methodicâ, quæ perficitur progressu ab universalibus ad specialiora, reqvirente necessitate dolorum, fluxu-

um & vigiliarum, ac tutum usurpanda, donec vehee
mentibus & periculum inducentibus symptomatibu
delenitis, ad ordinariam curæ regulam reverti lici
ceat.

Tertium tandem, ad qvod collimare debet, qui ratii
onaliter & lege methodi Opiatis uti cupiet, est natu
ra ægri. Hanc definiunt & ostendunt temperies ha
bitus corporis densus, eusarcus, rarus, mollis, delica
tus, excarnis, pallens, sqvalens, ætas, sexus, facul
tates corpus gubernantes & actiones harum effe
ctus, morbiqve indoles & magnitudo. Robustiss
eusarcis, in florente ætate constitutis, viribus mor
bi vehementiâ nondum extremè attritis, qvibus i
tem adfectus quantumvis graves & incurabiles no
in principibus partibus virtutum & facultatum co
tum corpus regentium fundamentis & phrontisterri
is, aut in iis, qvi cum his arctâ consensus necessitu
dine conspirant, sed in remotioribus à vitæ princi
pio hærent partibus, qvalia vesicæ, uteri renum
qve ulcera, Opiata veterum quæqve non adeò cu
riosâ, accuratâ, & exqvisitâ præparatione sunt com
parata, Opium pro basi habentia, freqventer & cre
brius, usu postulante, innoxiè dari possunt, uti mul
tis exemplis sumus demonstraturi. Delicatioris con
stitutionis & rarioris texturę homines, & senes pue
riqve, aut qvorum principales partes morbi obsiden
aut vires adfectuum violentiâ maximoperè deject
sunt, aut desperata salus, calorque insitus extinctio
propinqvus est, veterum & communia Opiata, qvali
pilulę de Cynoglossa, diaspermaton & similia, qvibu
Opium præstat basin, neque tamen sufficienter corre
ctum, permistum, & fermentatione retusum est, impu
nè iutoqve vix usurpant.

Noc

Noſtrum verò Laudanum Opiatum, cujus *cap. 3. part. hujus* mentionem fecimus, Opium agnoſcit basin ita correctum, temperatum & pręſtantiſſimis remediis principalium partium ſymmetriam & robur fulcientibus, munientibus & confirmantibus, contra qvemcunqve virulentiæ inſultum aut intemperierum inſolentiam remiſtum eſt, ut in qvocunqve morbo, qvavis ætate, viribus qvomodocunqve affectis & diſpoſitis, doſeos habitâ ratione, tutò ſemper & ſaluberiter uſurpari qveat, ita ut neqvaqvam (qvod non ſatis correcta opiata faciunt) uilam labem, ſymptomatum moleſtiam emendando, imprimat, vires qvocunqve ſtatu etiam extinctioni & morti proximas non commoveat, ſed præſentes tueatur, & ſi in humanis ullum ſit præſidium, maximè fulciat & refocillet. Eius uſu gravium morborum qvamplurimi percurari, atrociſſima accidentia ad miraculum abſque ullo ægrorum detrimento conſopiri, inſanabilibus, nullâqve arte planè curabilibus adfectibus occupati, curâ qvaſi palliativâ ad annos cum plures tum pauciores pro laborantium conditione, dolorum, vigiliarum, aliarumqve moleſtiarum diritate temperata, in vivis ſervari poſſunt. Iis autem, qvi prorſus liberari qveunt, tantisper inducias facit, dum ad methodicam curationem reſpirantes perfectè perſanari poſſint. Summa:

ſemper erit profuturum, dummodo ritè
& rationaliter exhibeatur.

***

PARS III.

Varias medicamentorum Opiatorum compositiones, qvas scilicet Opium, vel Laudanum Opiatum ingreditur, eorumq; singulares virtutes exhibet.

CAPUT I.

De

Aqvis destillatis, quas Opium ingreditur.

CUm non Laudanum Opiatum solùm, sed cæteras qvoqve Medicamenta ex Opio artificiosè præparata, ob effectum eorum sæpè feliciſſimum, qvem in morbis curandis ac symptomatibus eorum demulcendis præstant, summos mereantur honores, ac ut sæpius usurpentur, adfectus graviſſimi ac symptomata atrociſſima postulent, nobis quoque placuit nobiliſſimas ac præstantiſſimas qvasdam Medicamentorum ex præcipuis & fide dignis Autoribus collectorum compositiones, qvas opium depuratum, vel Laudanum Opiatum ingreditur, huic parti includere. Qvod ut feliciter succedat, Deus Ter Optimus Maximus nobis largiter suam gratiam condonet.

Adrianus Mynsichtus Armament. Medico-Chymic. sect. XIX. Aqvam destillatam Narcoticam, cujus basin Opium præsertim in aq. Solani dissolutum, & cortices radicum Mandragoræ constituunt, describit:

℞. Succ. flor. papav. erratic. depurat. ℥xvj
Opii in aq. solan. dissolut. ℥ij.

Con

Cortic. radic. Mandragor.
Croci orient. ãã ʒß.
Styrac. calamit. ʒij.
Lign. aloës ʒj.

Misc. & B. M. destillentur ad tertium cohobium.

qva hæc Narcotica singularis est virtutis; mirabiliter im somnum provocat, ac in doloribus omnibus, inietudinibus, vigiliis extremis anodynum est præstanssimum & accomodatissimum. Melancholicis & sua modum mœstis præsentissimum præbet auxilium; ritus namqve animales recreat, tristitiam aufert, & omes nidores in cerebro tumultuantes discutit. Maniarum & phreneticorum bilis fervorem compescit, & riam illam mitigat, qvibus subitò qvietem conciliat. osis est à ʒj. ad ʒij.

Excellentiss. *Zvvelferus* in *Pharmacop. sua Regia* Aam Hypnoticam seu Anodynam aut somniferam in- alia secreta nobis revelat, cujus virtutes planè anonæ sunt, & in omnibus vigiliis diuturnis ac qvibuscũe doloribus uti & morbis ardentibus (peste & malis febribus exceptis) auxilium glorioſum est; refrige- insuper ac humectat; ideo in omnibus febribus arntibus & aliis morbis summè calidis & corrosivis huores exæstuantes svaviter & supra modum demulcet temperat:

℞. Aq. fl. nymph. alb.
papav. erratic.
solan. hortens.
semper vivi major.
hyosciami
Capit. papaver. rec. & maturescent. ãã suo tempore collect.

& ſine additione ex B. vapo-
roſo ſtillatit. ℔ij.

Vini Malvatic. ℔iiß.

His mixtis immergantur

Sem. papav. alb. & nigr.
hyoſcyami
lol. ãã ℥iiß.

Prius in mortario probè & minutiſſimè inciſa &
contuſa ad pultis formam, additâ q. ſ. Aqvar. præ-
dictar. ſeu vini Malvatic., porrò add.

Pomor. Mandragor. recent. No. XV.
Opii Thebaic. ℥ ij.

Factaqve maceratione & fermentatione per dies
ferè 15. additisque poſtmodum

Croci opt. orient. ℥j.
Cinamom. acut.
Nucis moſchat. ãã ℥iß.
Cariophyl. ℥ß.

Deſtill. ex balneo vaporoſo ad ſiccitatem ſpecie-
rum, binis vicibus cohobando Aqva prolecta
ſervetur. Sumi ab ℥j. plus minusve poteſt, habitâ
tamen ratione & morbi & ętatis.

Tobias Dorncreilius Diſpenſat. nov. part. 1. cap. 8. Aqvam Hypnoticam tradit, quæ egregiæ ſanè eſt virtutis, ſi verò ei opiũ in aqva aliqva refrigeranti & ſomnifera diſſolutũ addatur, adhuc virtuoſior evadit, ac in variis adfectibus, ut inqvietudinibus, doloribus, vigiliis diuturnis ac extremis, qvas ingẽs calor & ſiccitas febrium ardentium procreat, tutò & ſine noxa uſurpari poteſt. Nec opus eſt, ut Opii virulentiam & nimis ſoporiferam qvalitatem metuamus, ea ab ingredientibus aliis, ut nuce moſchata, cardamomo minori, macere

rere, croco orientali & simil. corrigitur ac emenda-
tur. Dosis ejus à ʒß ad ʒj. plus minusve per se esse pot-
est, vel commodè, Syrupo papav: rh. vel emulsionibus
qvoqve admiscetur.

℞. Sem. papav. alb. & nigr. āā ʒvj.
melon. excortic.
anethi
anisi āā ʒj.
Opii Thebaic. in aqv. Nymph. dissolut. ʒß.
Amygdal. amar.
Radic. glycyrrhiz.
Nuc. moschat. āā ʒiß.
Cardamom. min.
Macis
Croci orient. āā ʒß.
Fl. papav. rh.
viol. āā ʒj.
Incidantur, contundantur, & infund.
in Aq. Lactuc. ℔iij.
rosar. rub.
Nymph. āā ℔ij.
portulac.
endiv. āā ℔j.

Misc. & digerantur in loco calido per biduum ac triduum, postea B. M. destillentur.

CAPUT II.

De

Spiritibus, Liqvoribus & Emulsionibus, in qvibus Opium aut Laudanum Opiatum præcipuè basin constituit, aut eam dirigit.

EXcell. *Zvvelferus in appendic. ad animadvers. in phar-*

macop. *Auguſtan.* Spiritum Hyſtericum inter reliqva ſua medicamenta laudabilia nobis fideliter communicat, qvi ſaluberrimus eſt, omnesqve uteri ſuffocationes etiam periculoſiſſimas vel ſaltem deſperatas & gravisſima inde nata ſymptomata curat atqve mitigat.

℞. Radic. Valerian.
Zedoar. āā ʒiß.
allii recent. ʒvj.
cepar. ʒiß.
Herb. meliſſ.
matricar.
menth.
puleg. āā ʒij.
caſtorei.
Myrrh. rubr. āā ʒj.
Galban ʒvj.
Camphor. ʒij.
Cinamom. opt.
Macis āā ʒj.
Cariophyll. ʒiij.
Coriandr. ʒß.
Craſſi usculè inciſa & contuſa infund. in
Spir. Juniperi ℔ij.
Ceraſor. nigr.
Fl. tiliæ āā ℔j.

Factâqve digeſtione diebus aliqvot in Alembico vitreo deſtill. ad ſiccitatem ſpecierum, capitello, ejuſdemqve roſtro immiſſis, & ſpiritui tandem deſtillato immerſis

Croci Auſtriac. ʒj.
Caſtorii ʒiij.
Lign. aloës ʒij.
Opii Thebaic. correct. ʒj.

Ser-

Servetur usui Spiritus, adfectibus Hysstericis, uti dictum, per qvam utilis.

Adran. Mynsichius Armament. Medico-chymic. sect. 18. Spiritum vini Odontalgicum habet, qvem præsentissimum remedium existimat, cum omnes dentium dolores efficacissimè sopiat. Teneatur in ore, deinde iterum exspuatur, & reiteretur, si opus. Cujus descriptio sequens erit.

℞. Rasur. lign. Guajaci ℥iiij.
Radic. pyrethri ℥ij.
Sem. staphid. agr.
hyosciami
Cortic. granator.
Gallar. Turcicar. ãã ℥j.
Cariophyll.
Zingiber. alb.
Piper. long.
Oliban. ãã ℥ß.
Fl. papav. erratic.
Opii Thebaic.
Camphor. ãã ℥ij.
Herb. tabac. indic.
Salviæ acut.
Persicar.
Mentastri ãã ℥j.

Contus. & mixta infund. in Spirit. vini simpl. ℔vj. Stent per dies 14. in digestione, postea B. M. destillentur. Interdum etiam propter majorem delectationem cum fl. papav. erratic. prius tingi, & postea coloratus Spiritus ad usum reponi solet.

Idem Sect. xx. de liqvoribus mixtis, Liqvoris camphorati facit mentionem, qvi cum petiis loco adfecto ap-

plicetur: arthriticos enim dolores à causa calida ortos egregiè sopire dicitur. Interim bis in die ægro nitri præparati ℈ij. in aq. fl. sambuc. offerantur:

℞. Spir. vini Camphorat. ℥ij.
Aq. omn. flor.
Sperm. Ranar. ãã ℥iß.
Sulph. anodyn. vitrioli ℥j.
Styrac. liqvid.
Opii Thebaic.
Spir. Vitriol. ãã ℥ß.
Misc. & ad usum repone.

Idem sect. eadem Liqvorem Arthriticum habet, qvi in omnibus diuturnis & inveteratis doloribus, & defluxionibus membrorum & junctura rum secretum sit. Seqventi modo ab eo describitur:

℞. Mellis virgin. cum favo ℔j.
Silicum fluviatil. calcinat. ℔v.
Herb. roris mar.
verben. ãã ℥vj.
Hermodactyl. alb. ℥iij.
Gumm. Ammoniac.
Mastich.
Oliban.
myrrh. rub.
bdellii
Opopanac. ãã ℥ij.
Sulphur. Citrin.
Salis marin.
Tartar. alb. ãã ℥iß.
Succ. hyoscyam. inspissat.
Mumiæ transmarin.
Opii Thebaic ãã ℥j.

Mixtis affund. Spir. vini è fecibus vini rubei, vel è con-

vel è confectione Laudani Opiati residui ℔v. vel q. s. & diger. per aliqvot dies: postea per alembic. vitreum benè lutatum, addito satis magno capitello cum Recipiente capaci, secundum gradus, qvamdiu vides guttas seu spiritus exire, destillentur; deinde frigescat caput mortuum, seu feces pulverisentur, illisqve destillatum liqvorem rursus affunde, & secundâ vice destilla. Hic labor tertiâ vel qvartâ vice repetendus, & sic Liqvor Arthriticus verè paratus est.

Inungatur hoc liqvore locus adfectus aliqvoties in die tepidè, certis tamen intervallis, donec cruciatus & dolores cessent.

Iob. Petrus Lotichius lib. 2. cap. 3. observat. Medic. 2. Liqvorem qvoqve commendat arthriticum, cujus effectum sæpius in praxi vidi feliciſſimum; & ita, qvi hîc inseratur, dignum judico:

℞. Elixir. vitæ *Augustan.* ℥iß.
Aq: vitæ simpl. ℥iiß.
Salviæ
Roris marin.
Lavendul. ãã ℥j.
Ol. still. salviæ
roris mar. ãã ℈ß.
Costin.
vulpin. ãã ℥iß.
Croci orient. gr. v.
Opii Thebaic. aq. vitæ solut.
Camphor. elect. ãã gr. vj.
Misc. diligenter ad vitrum.

S. Glieder Wasser.

Corporis evacuatione ac sudore peractis, articuli de-

in-

inceps arthriticis defluxionibus infestati manè ac vesperi aqvâ hâc inungi debent.

Clarissim. *Sennertus lib. 1 part. 2. prax. cap.* 1. in vigiliis nimiis seqventem commendat Emulsionem.

℞. Amygdal. dulc. ℥ij.
Sem. papav. alb. ℥j.
Aq. violar.
nymph. ãã ℥iß.
F. l. a. Emulsio, in qua dissolv.
Laudani Opiati gr. iij.
Juleb. violar. ℥ß.
Margaritar. præp. gr. v.
Misc. f. Emulsio.

Sic Emulsionibus Rosatis & violatis Cl. *Mynsichti* maximo cum ægri auxilio grana aliqvot Laudani Opiati necessitate postulante; admisceri possunt.

EMULSIO PLEURITICA.

℞. Sem. Card. mar. ℥j.
Card. bened. ℥ß.
papav. alb. ℥ij.
Aq. Card. mar. ℥iij.
Card. bened.
fl. papav. rh.
Chamæmel.
Scabios. ãã ℥ij.
F. l. a. Emulsio, cui admisc.
Laudan. Opiat. gr. v.
Sacchar. Cand. in Syrup. violar.
Concret. q. s. ad edulcorationem.
Detur ad vitrum.

Emulsio hæc curat, præmissâ venæsectione, pleuritidem, & illico omnes latentes dolores, non sine adstantium

um ſtupore, ſedat: ſed æger omni die habeat evacuatiõnes, vel alvus aſſiduè ſit ſubducta Clyſteribus leniori-bus. Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

CAPUT III.

De

Tincturis & Elixiriis, qua Opium, vel Laudanum Opiatum ſibi admixtum habent.

CLariſſ. *Adrianus Mynſichtus ſect. 2. Armam. Medico-Chymic. ſui*, inter cæteras tincturas ſuas liqvidas, numerat qvoqve Tincturam Odontalgicam, qvæ efficaciſſimè omnes dentium dolores etiam acutiſſimos, affluxus inhibendo, ſedat atqve placat: Imò mirabiliter humores illapſos extrahit; videtur qvidem ab initio ſæpius dolor ab ea augeri, ſed paulò poſt mitigatur & deſinit.

℞. Raſur. lign. Guaiac. ℥ij.
Saſſafras.
Radic. ſarſæparill. ãã ℥j.
pyrethri.
Alumin. crud.
Nitri præp. ãã ℥ß.
Sem. Staphid. agr.
hyoſciami ãã ℥ij.
Opii Spagyric. præp.
Cariophyl. ãã ℥iß.
Herb. Serpill.
Origan.
Croci orient. ãã ℥j.

Miſc. & f. pulvis, qvem inde vitro, & ſuperfund. Spir. vini ſimpl. & Aceti vini ãã lib. iß. & f. Tinctura.

De

De hac Tinctura tantillum calidè in ore contineatur, loco illo, ubi sunt dolentes dentes, postea iterum exspuatur, & reiteretur, si opus est.

Francisc. Deckerus in not. & observat. ad praxin Barbettianam lib. 4. cap. 3. inter externa topica in arthritide vaga, doloribus nuchæ, crurum, pedum, circa plantas & talos seqventem Tincturam Balsamicam summis extollit laudibus:

℞. Spir. lumbricor. terrestr. ℥v.
Salis armoniac. ℥ß.
Cochlear. ℥ij.
In qvibus d ssolv.
Sapor. venet. ℥ij.
Camphor. ℥vj.
Opii Thebaic. ℈ij.
Croci orient. ℈j.
Misc. & digere per aliqvot dies & noctes, postea filtra, & in vitro optimè clauso usui serva.

Potest cum linteo prius calefacto parti adfectæ applicari.

Elixir uterinum seu Hystericum admodum egregium ac laude dignum habet Clariss. *Zvvelferus in appendic. ad animadvers. in pharmacop. Augustan.* seqventi modo descriptum:

℞. Spirit. cerasor. ardent. vel ejus loco
Spirit. Juniperi ardent. ℔ iß.
Cui immerge Croci Austriac. ℥iß.
Castorei ℥v.
Opii Thebaic. n. m. parat. ℥j.
Elæo sacch. Citri ℥vj.
Mixta digerantur aliqvandiu, filtratum post Elixir usui asservetur, qvod cum syrupo aliqvo conve-

veniente edulcorari & gratius reddi poteſt. Qvod ſi autem extracta caſtorei & croci in promptu ſint poſſet tale Elixir confeſtim pro una vel altera doſi parari, utpote

℞. Spir. vini rectificat. vel qvi melior, Spir. ceraſor. ardent. ℥ iß.

In qvo diſſolve vel dilue

Extract. Caſtorei ʒß.
Croci ʒj.
Opii noſtro modo parat. ℈ß.
Ol. Cinamom. gt. v. vel hujus loco Elæo ſacchar. ſuccin. ʒ ß.

Miſc. & filtretur pro duabus vel tribus doſibus, in vehiculo amabili exhibendum.

CAPUT IV.

De

Decoctis ac potionibus, quæ Laudanum Opiatum tanquam baſin præcipuam agnoſcunt.

ADrianus Mynſichtus ſect. 3. *Armam. Medico Chymic. d. Extract.* decocta duo commendat inſignia, qvorum uſus in ſangvinis excretione eſt expertiſſimus.

℞. Lign. braſilii Mij.
Gumm. arabic. ʒvj.
Coq. in diplomat. cum vini alb. q. ſ.
℞. Colatur. clar. ℥ij.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Syrup. Cydonior.
Diacod: Crocat. ãã ʒiiij.
Magiſter. Corallor. roſat.

Eſ-

Essent. Croci Mart. ãã ℈j.
Elæo sacchar. Cariophyll. gr. viij.
Rob. berber. q. s. ad grat. sapor.
Misc. & f. potio pro 2. dosibus.

Item

℞. Radic. tormentill.
Serpentar.
Cichor. ãã ℥ij.
Rasur. C. C.
Anther. Rosar.
Sem. plantag.
Acetos. ãã ℥j.
Herb. burs. pastor.
hepatic. aur.
sangvisorb. ãã ℈ij.
Fl. Millefol.
Rosar. rub.
Anthos ãã ℈i.
Sebesten No. iv,
Coq. in diplomate cum vini rub. stiptic. q. s.
℞. Colatur. clar. ℥iij.
Laudan. Opiat. q. s.
Syr. papav. rh.
d. Symphyt. ãã ℥ß.
Essent. Sang. dracon. ℈ij.
Elęosacchar. nucis moschat. ℈j.
Rob. ribium q. s. ad grat.
Misc. & f. potio pro 2. dosibus.

Clariss. *Sennertus lib. 1. part. 2. prax. Cap. 1.* in vigiliis nimiis excellentissimas habet potiones, qvæ operationes præstant mirabiles.

℞. Aq. Rosar:
borrag. ãã ℥j.

Cina-

Cinamom. ʒij.
Syr. violar. ʒiij.
Margaritar. præp. ℈ß.
Laudani Opiat. gr. ij. vel iij.
Misc. f. potio.
vel

℞. Aq. papav. erratic.
Solan. ãã ʒj.
Succin. præp. ℈ß.
Essent. papav. ʒij.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Syr. violar. ʒiij.
Misc. f. potio.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 1. cap. 8. observ. 8. contra insomniam ac vires admodum dejectas potionem somnifero-cordialem ægrotanti præscribit eximiam, qvæ seqvens est:

℞. Aq: bugloss.
Lactuc.
Borragin. ãã ʒj.
Cinamom. cum aqv. cordial.
præp. ʒij.
Os: d. C. C.
Lapid. bezoar. occident. ãã ℈ß.
Syr. d. papav. ʒj.
Laudan. Opiat. gr. iß.
Ol. still. Citri gt. v.
Misc. f. Haustus.

S. Krafft und Ruhtränclein.
auff einmahl.

Et *lib. & capit. jam citat observ. 9.* pro somno facilitando huncce Haustulum ordinat:

℞. La-

℞. Lapid. Bezoar. occident. gr. iiij.
Confect Alcherm. ℈j.
Laudan Opiat. gr. iß.
Syr. de papav. ℥iij.
Ol. ſtill. Carvi gt. ij.
Aq: lactuc.
endiv. ää ℥j.
Miſc. f. Hauſtulus.
S. Krafft und Ruhtränclein.

Sic *libr. 4. cap. 2. obſervat. 1.* Cuidam in inqvietudine vehementi admirandaqve & vigiliis extremis propinavit iſtam potiunculam ſomniferam ſatis valentem, cujus efficaciam poſtea æger deprehendit, deprædicavitqve.

℞. Philon. Roman. ℈j.
Perſic. ℈ß.
Reqviei *Nicol.* ℈j.
Syr. de papav. ℥iiß.
Laudan. Opiat. gr. iiß.
Spec. diacymin. ℥ß.
Ol. ſtill. aniſi
Carvi ää gt. iij.
Aq. papav. rh.
lactuc. ää ℥j.
Julap. Cinamom. ℥ij.
Miſc. diligenter & f. Hauſtulus
S. Kräfftiges Ruhtränclein gegen Nachtes auff einmahl.

Idem vir Experientiſſimus & doctiſſimus in diſpnœa aſthmate & tuſſi ſemper ejuſmodi præſcribit Hauſtulos & potiones, in qvarum compoſitionibus ſemper Laudanum Opiatum inter cætera ingredientia principatum obtinet. Sic ex *lib. 2. cap. 6. obſervat. medic. 1.*

℞. Ozy-

℞. Oxymell.Sqvillitic. ℥iij.
Elix.vitæ descript. *Augustan.*
Aq:vitæ opt.rectificat. ãã ℥iß.
Spec.diajreos *Sal.* ℥ß.
Ol.still.anis.gt. v.
Laudan.Opiat.gr.ij.
Sacchar.Cand.dulciss.℥iij.
Moschi elect.gr.j.
Misc. diligenter, Colatura detur ad vitrum &
S. Kräfftiges Tränclein auff etzliche mahl.

Ex *lib.3.cap.1.observ.1.*

℞. Oxymell.Sqvillitic.℥iij.
Aq:vit.opt.rectificat.
Anisi.
Spir.Juniperi ãã ℥j.
Spec.diajreos *Sal.* ℥ß.
Ol.still.anis.gt.v.
Laudan.Opiat.gr.iij.
Moschi elect.gr.ij.
Sacchar.Cand.alb. ℥iij.
Misc. diligenter, Colatura detur ad vitrum
S. Kräfftiges Brustwasser.

tidem *lib.3.cap.2.observat.1.*

℞. Oxymell.Sqvillitic.℥ij.
Julap.violar.
Syrup.Jujubin.
d.farfar.
Loch.de pino ãã ℥ß.
Elixir.vitæ descript. *Augustan.*
Aqv.hyssop.
tussilag.
veronic. ãã ℥iß,

Spec. diaireos Sal. ℥j.
Ol. ſtill anisi gt. v.
Croci oriental. ℈ß.
Laudan. Opiat. gr. iij
Sacchar. cand. albiſſ. ℥iij.
Miſc. diligenter & f. Hauſtulus
S. Kräfftigs Bruſttränckle in.

Et *ex hb.* tandem 5. *cap.* 1. *obſervat.* 5.

℞. Oxymell. ſqvillitic. ℥iiß.
Ol. amygdal. dulc. expreſſ. ℥ß.
Syr. de papav. ℥iiß.
Spec. diaireos ſimpl.
diapenid. ãã ℥ß.
Ol. ſtill. aniſi gt. v.
Laudan. opiat. gr. j.
Sacchar. cand. ℥iß.
Aq. Veronic.
hyſſopi. ãã ℥iß.
Cinamom. ℥j.
Miſc. f. potio
S. Bruſttranck auff 2. mahl.

CAPUT V.

De *Confectionibus Opiatis & Electuariis, quæ Opium, vel Laudanum Opiatum ſibi admixtum habent.*

IN hoc capite non de ſimplicibus ſaltem confectionibus & electuariis, ſed de iis, quæ Opium vel Laudanum Opiatum ſibi admixtum habent, ac ab eo confectiones Opiatæ vel electuaria Opiata vocantur, loqvi noſtrum erit propoſitum. Poſſunt autem prius in con-

fec

ectionum Opiatarum & electuariorum Opiatorum laſſem omnes veterum confectiones Opiatæ referri, ut unt: Diaolibanon ſec. deſcript. *Nicolai*, Muſa Enea ſive Zarenea vel Egetea *Meſuæ*, confectio *Archigenis*, Philonium majus ſive Romanum *Nicolai*, Philonium *Meſuæ*, Philonium & *Galeni* & *Æginetæ*, Philonium Perſicum Meſuæ, Tarſenſe *Galeni*, Reqvies *Nicolai*, Tryphera magna *Ejuſd.*, Tryphera minor *Foënonis*, Tryphera Sarracenica *Meſuæ*, Aurea Alexandrina *Nicolai*, Athanaſia magna, Theriaca *Andromachi*, Mithridatium *Damocrat.*, Mithridatium, qvæ ex *Cleopatro* & *Antipatro Galenus* & *Aëtius* exſcripſerunt, Mithridatium *Andromachi*, *Eſdræ* Antidoti ex *Aëtio* & *Actuario*, & ſimil. Ex his potiores, & qvæ qvotidiano in uſu ſunt, ſeqventes habentur: Theriaca magna *Androm:*, Mithridatium *Damocrat.*, Tryphera Magna, Philonium Romanum, Perſicum, Reqvies *Nicolai* & Eſdrę Antidotus.

In theriacam igitur, ut in alias generoſiores compoſitiones papaveris Opium ſeu lacryma, non verò ſuccus illius, qvi Meconion *Dioſcoridi* dicitur, eſt recipienda, qvamvis in *Andromachi* verſibus de theriaca & aliis Autorum locis contrarium doceatur, ut pridem *Ioh. Baptiſta Sylvaticus* de *compoſit. theriac. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 145. 146. &c. demonſtravit. Dicuntur inde qvoque Opiata, qvia in ea magna opii qvantitas ingreditur; qvare ſumma conſideratione ſunt adminiſtranda, qvia periculoſa ſymptomata ex ipſorum uſu intempeſtivo ſeqvi ſolent.

Theriaca magna *Andromachi* deſcribitur à *Galeno lib. de theriac. ad Piſon.* 12. ex *Andromachi* autoritate. Eſt præſtantiſſimum Medicamentum, & ſummis viribus pollet: nam præterqvam qvod vim habeat calefaciendi

incidendi, attenuandi, deobstruendi; ventriculum & co
mirandũ in modum robora. hepar & reliqua viscera in
terna firmat, ac multo excessu robustiora reddit, atq; à
putredine præservat: omne lumbricorum genus mirabi
liter expellit; & facultate alexiteria, qvâ abundat, uberem
spirituum vitalium copiam regenerat, qvos à venenoim
munes reddit. Theriaca est medicamentũ stupefaciens,
præsertim si recens sit, qvia tum prævalentem obtinet
opii vim ex *Galeno 5. meth. medend.* 13.; quare summè pro
dest in vehementissimis doloribus à causa frigida conci
tatis, atq; etiam in affectionibus ventriculi, cordis & ce
rebri, lethargo, epilepsia, paralysi, dolore colico. Sudorẽ
& menses provocat: vehementissimos qvartanarum & pi
tuitosarum febrium rigores sedat: confert in animalium
venenosorum morsibus: venenis frigidis mirè opitula
tur. Intus & extra administratur. Intus dissoluta in liqvo
re aliqvo cardiaco, vel vino, vel in modũ electuarii per
mixta cum aliis medicamentis alexipharmacis, qvæ vires
retundant & sic utilissimè offertur in peste, à qva summê
corpora præservat, & hoc modo febribus pestiferis &
malignis succurrit. Rectè ergò *Valerius Cordus in Dispen
sator. suo tit. de confect. opiat.* Theriacam in omnibus anti
dotis ob multiplicem usum potiores partes obtinere
scribit. Est enim, inquit, famosa & salubris contra genera
ægritudinum plurima; valet enim ad gravissimas passio
nes totius corporis humani. Epilepticis, catalepticis, a
poplecticis, cephalargicis, stomachicis, hæmicranicis
prodest. Ad raucedinem vocis & constrictionẽ pectoris
optima est: arteriacis, asthmaticis, hæmoptoicis, icteri
cis, hydropicis, peripneumonicis, iliosis, & vulnera in in
testinis habentibus, nephreticis, calculosis subvenit: mẽ
strua educit, & fœtum mortuum expellit: lepras, & vari
olas, & frigus, & cæteras passiones inveteratas emendat,

Præ-

Præcipuè contra omnia venena & ſerpentum morſus & reptilium valet. Omnem defectionem ſenſuum relevat, cor, cerebrum, hepar, ſtomachum confortat, totũ corpus incorruptum ducit & cuſtodit. Diverſa eſt ejus doſis pro quantitate & qualitate uniuſcujuſque paſſionis, plerumq; autem ad ʒij. eſt. Exterioribus v. partibus imponitur in epithematis, vulneribus inflictis à venenatis telis, ungventis, tumoribus malignis, qvia venenum domat, & vaporum venenoſorum deleteriam qvalitatẽ refringit, humoresq; veneficos altis in corpore defixos radicibus foràs extrahit. Non debet offerri, niſi ſex menſibus tranſactis poſt ipſius confectionem, ut ſic opii vis aliorum medicamentorum permixtione, per fetmentationem miteſcat & infrænetur. Conſule Clariſſ. *Zvvelferum in animadv. ad pharmac. Auguſtan. claſſ. 14. de Opiat.*

Mithridatium huic in qualitate & virtute proximum eſt & parum differunt: niſi forte quòd theriaca ſit parum calidior & potentior contra venena ſerpentum. Mithridatium ideò vocatur, qvia Rex *Mithridates* id compoſuit, & eo freqventiſſimè utebatur, calefacit, exiccat, attenuat, incidit, obſtructas vias potenter aperit; cerebrũ & reliqvas interiores partes mirificè roborat; menſtruas purgationes movet, flatus diſcutit, urinam provocat, humores frigidos in capite exiſtẽtes calefacit & evacuat. Qvare confert, qvando frigidi ſucci nervos obſident, & caput premunt. Utile eſt in acceſſione epileptica, in qva ipſo inũgitur palatũ. Feliciter adminiſtratur in peſte, peſtiferis & venenatis morbis, in doloribus colicis & vẽtriculi à cauſa frigida cõcitatis; ſimiliter etiã in vehemẽtiſſimis dolorib. gingivarũ apponitur, ipſis inũctis, qvia torpotẽ inducit. Intus offertur diſſolutum in liqvore aliqvo: extra cũ oleo ſcorpionũ admiſcetur ad provocãdã uri. ã & menſtrua. Denũ in ſuppoſitoriis & peſſariis utiliter im-

ponitur. *Valerius Cordus in Dispensatorio* eadem fermè de mirabilibus hujus Mithridatii viribus ac virtutibus scribit, cujus verba, qvæ hîc adducantur, digna sanè sunt existimanda: Mithridatium curat omnes passiones capitis virorum vel mulierum, si fuerint ex frigiditate, & maximè melancholicis & timidis, epilepticis & hemicraniciis confert, & dolorem supercilii patientibus & lachrymantibus oculis, & ad omnia capitis vitia vel aurium subvenit: dentium doloribus & palato, & omnibus vitiis oris & maxillarum medetur, si super locum dolentem ponatur, & iterum ad modum emplastri ponatur in temporibus, unde fit discursio. Sqvinanthiam solvit, apoplecticis, tussientibus, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis, & omnibus doloribus, qvi intra corpus humanum fiunt, succurrit, iliacis, dysentericis, & lienterici confert, si detur cum decoctione balaustiorum. Extensionem humerorum, tetanos sive spasmos patientes & paralyticos sine mora sanat, diaphragmati & hypochondriis subvenit, renibus & vesicæ opitulatur, calculos frangit, menstrua provocat, omnia vitia matricis excludit, scirrhosin patientibus, & podagricis singulis præsidio est. Præcipuè datur contra venena omnia, venenatos morsus sive rabidi canis, seu cujuscunqve reptilis, impositum sive bibitum, cum magna admiratione emendat; quotidianariis & quartanariis etiam ante horam accessionis cum vino tepido datum mirificè prodest. Adhuc clarius hujusmodi virtutes explicat Excell. *Zvvelferus in Animadvers. ad pharmacop. Augustan. class.* 14. ita dicens: Mithridatium valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi & intestinorum adfectus frigidos seu pituitosos & Melancholicos, ad stuporem, paralysin, apoplexiam, epilepsiam, spasmum, tetanum, cephalæam, hemicraniam, ma-

maniam, melancholiam, gravem auditum, oculos lacrymantes, odontalgian, cynanchen, asthma, sputum sanguinis, peripneumoniam, lienteriam, dysenteriam, sive sumatur, sive admoveatur. Præterea ad frangendos calculos, menses ciendos, omnia uteri vitia, scirrhos, podagras, morsus & ictus venenatos, morsum canis rabidi, febres, qvotidianas & qvartanas initio accessionum, cocta jam materiâ, in modum avellanæ cum vino vel aqva, cui salvia vel mentha sit incocta; in aliis autem vesperi sumptum vel admotum efficax existit; diuturnis stomachi & thoracis defluxionibus prodest, tabidis, ventris inflationibus cœliacisque medetur, bonum corporis colorem conciliat, appetentiam immutatam restituit, ex morbo languidos reficit, ac difficultatem urinæ emendat, melancholiam non sinit consistere, mortuum fœtum ejicit, visum acuit, præsumpta non permittit lædi à lethalibus pharmacis, omnibus in profundo corporis factis exulcerationibus & abscessibus benefacit.

Tryphera magna etiam aliqvalem recipit opii quantitatem; est tamen in tàm parva copia, ut medicamentorum aliorum vi ejus virtus facilè obscuretur. Felicissimum alias & planè divinum hoc medicamentum est, multumque à me ob egregiam ejus virtutem in uteri affectibus frigidis usurpatur; Uteri quippe strangulationi & albo mulierum fluori auxiliatur, & præterea colluviem quandam pravam, si quæ in locis mulierum absconditis contineatur, meatus aperiendo, & obstructiones solvendo, foràs protrudit. *Valerius Cordus* Opiatam hanc Trypheræ confectionem dolori stomachi ex frigiditate auxiliari, & cum accepta fuerit, statim patientem ad sudorem provocare, phreneticis & mulieribus, quæ ex melancholia de matrice insomnes sunt rheumaticis, peripneumonicis, & qui excernunt

excrementa cum sangvine, utilissimam esse, docet.

Philonium Romanum à *Philone* est compositum: describitur à *Galeno lib. 5. de composit. medicam. sec. loc. cap. 4. & Aëtio tetrab. 3 serm. 1. cap. 37. Aëgineta lib. 7. cap. 11.* Hoc ex falsa hypothesi refrigerare in tertio gradu dicitur, cum tamen ex Opii ac omnium ingredientium naturâ calidum sit. Torporem potenter inducit, somnum profundum concitat. Utilissimum habetur in intensissimis doloribus, ad stupefaciendum sensum partis dolentis; nam sic stupefacto sensu partis, non ita intensè spiritus & vires resolvuntur. Prodest in colicis doloribus frigidis, causæ ratione posthabitâ, non verò qvando dolor à causa calida ortum ducit, ut *lib. 12. Meth. medend. cap. 11.* docuit *Galenus.* Nec colicos solum adfectus, verùm cæterarum quoque partium dolores lethales, ventris, hypochondriorum, ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum ab intemperie frigida, flatibus crassis aut crudis humoribus excitatos sedat, tusses intensissimas, suffocationis periculum minantes, ex cordis aut pulmonis incendio, singultum etiam vehementem, nec non urinæ difficultatem liberat, sangvininis eductionibus, tabidis, suspiriosis, pleuriticis confert, hæmorrhagiam sistit, insomniam levat, & somni conciliatione vires reficit ac recreat, doloresque omnes abigit. Sed in colicis adfectibus præcipuam habet dignitatem, eique adfectui adhibet *Galenus lib. 2. de loc. adfect.*; doloris enim magnitudo sæpe totam in se curationem intendit, & in miseram vitæ desperationem plerosqve conjicit. Philonium Persicum præparatur ex *Mesue tractat. de agritud. pectoris & pulmon. cap. 6. ad fin.* In eodem gradu similiter hoc infrigidare falsò dicitur, etsi minorem stuporem induçat; Inde quoque facultatem incrassandi

sandi, refrigerandi, reprimendi omnem sangvinis fluxum, à quacunque causa emanet, idipsum obtinere referunt. Interim ad uteri hæmorrhagiam, fluxum, procidentiam, hæmorrhoides & cruentas per inferna excretiones præsentaneum & feliciſſimum est remedium: sanguinis sputum, ac menstruorum nimium profluvium compescit, & fœtum in utero retinet, ac ab abortu prægnantem gravidam præservat.

Reqvies autem *Nicolai* nobiliſſimum ac præstantiſſimum, si rectè & legitimè præparetur, est medicamentum; ab effectu autem appellatur requies, quod dolorem obtundat ac mitiget, caloremque febrium mitiorem reddat, & iis qvi hanc sumunt, requiem adferat. Est & utilis temporibus & pulsibus manuum inuncta, cordis dolorem lenit, somnumque conciliat.

Esdræ Antidotus mirificè contra venena lethalia prodest, multosque alios obtinet usus, quos apud *Aëtium lib. 13. cap. 10. Paul. Æginetam lib. 7. cap. 11. Actuar. in lib. d. compoſit. Medicam.* descriptos reperiemus.

Deinde sunt recentiorum Autorum quoque nonnulla Electuaria præstantiſſima ac efficaciſſima, qvæ Laudanum Opiatum recipiunt, ac inde ob virtutes suas eximias à practicorum multis in usum quotidianum ducun-tur.

Sic *Adrianus Mynsichtus Armament. Medico-Chymic. sect. 13.* duas habet confectiones, quarum unam appellat confectionem Opiatam, alteram verò Narcoticam. Confectio Opiata seqventi ab eo modo præscribitur:

℞. Opii Spagyric. præp. & Extract. ℥ß.

Spec.

Spec. diamoſch. dulc.
diambræ ãã ʒj.
Magiſter. perlar. orient.
Corall.rub ãã ʒß.
Extract. fl. papav. erratic.
Croci orient.
Mumiæ transmarin. ãã ℈j.
Galliæ moſchat. ver.
Lapid. bezoar. orient.
Oſſ. de Cord. cervi
Unicorn. animal. ãã ℈ß.
Miſc. & cum confect. Alcherm:
f. Electuarium, ut artis, cui
immiſce:
Ol. ſtill: Cinamom.
Nucis moſchat.
Majoran.
Salviæ.
Succin. alb.
Cariophyllor. ãã gt. iiij.

Huic confectioni Autor nomen impoſuit, qvo nuncupatur Opiata, ſive Electuarium Laudani; cum enim Laudanum Opiatum difficulter ſolvatur, & ſemper liquoribus ſtillatitiis reſiſtere ſoleat, ejus loco pro hauſtibus & bolis parandis hoc electuarium commodè ordinari & ſubſtitui poterit, quod æque efficax, & cujus idem eſt uſus. Datur à gr. v. ad vj. vii. vel ℈ß. in adpropriato liquore, vel in aqua aliqua hypnotica, Cinamom. &c. vel aliis convenientibus & adfectum propriè reſpicientibus.

Confectio autem ejus Narcotica cum cæteris ingredientibus adſtringentibus & corroborantibus Medicamentis Laudanum Opiatum in non minima quanti-

tate:

tatè recipit; hinc mirum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè capitis, pectoris, stomachi, matricis & totius ventris: Somnum eleganter provocat & potenter inducit. Hæmoptoicis, cœliacis, dysentericis, pleuriticis, ilioſis, colicis, & nephriticis medetur & auxilio est. Vomitum, singultum & tussim sedat. Anhelitum facilitat. Exuberantiam menstruorum & hæmorrhoidum sistit, nec non gonorrhæam & satyriasin emendat.

℞. Nucis moschat. ʒß.
Boli Armen. præp.
Opii Spagyric. extract. ãã ʒiij.
Extract. fl. papav. erratic.
Croci orient.
Trochisc. Ramich. ãã ʒij.
Croci Mart. per reverb. fact.
Radc. tormentill. ʒiß.
bistort.
Zedoar. ãã ʒj.
Magister. Corall. rub.
Succin. alb. præp.
C. C. ust.
Cariophyll. ãã ʒß.
Camphor. gr. v.
Misc. & cum Syrup. d. papav. simpl. & de jujub. ãã ʒiiij.
f. Electuarium, ut est artis pro usu. Dosis ejus est à ʒß ad ʒj. eundo cubitum.

Inter hæc Electuaria & confectiones Opiatas commodum & utilissimum quoque locum occupat Diascordium *Hieronymi Fracastorii*, quod *Adrian. Mynsichtus sect.* 13. Armament. sui Medico-Chymic. Diascordium Rosatum appellat, ac feliciter secundum ejus mentem

tem in iis morbis malignis & peſtilentialibus, tum iis pueris & gravidis, in quibus theriaca, ob caliditatem ſuam intenſam nimis, locum non habet, uſurpatur.

℞. Conſerv. Roſar. rub. vitriolat. ℥xj.
Boli Armen. præp. ℥iij.
Scordii ver. ℥ij.
Diptamn. Cretic.
Radic. tormentill.
bistortę.
gentian.
Terr. lemn.
Cinamom.
Caſſ. lign.
Gumm. Arabic.
Galban.
Styrac. Calam. ãã ℥j.
Piper. long.
Zingiber. alb. ãã ℥ß.
Opii Spagyric. præp. & in vino aromatic. diſſolut.
Sem. acetoſ. ãã gr. xxiij.
Miſc. & cum Syrupo acetoſ. Citri f. Electuarium.

In peſte & morbis Epidemicis correptis, & extremè deſperatis ſequenti modo exhiberi ac propinari ſolet.

℞. Succ. Citri expreſſ. ℥j.
Aceti fl. ſambuc.
Syr. è ſucc. acetoſell. ãã ℥ß.
Electuar. Diaſcord. roſat. ℥ſ.
Pulv. Bezoartic. pretioſ. *Schröderi*.
pannonic. rub. ãã ʒß.
Miſc. & f. Hauſtulus, qvi mirabiliter operatur,

tur, & omnia venena virtuosissimè per sudorem expellit.

Excell. *Zvvelferus pharmacop. Regia Class.* 14. Electuarium Opiatum nobis fideliter ac candidè communicare voluit, qvod in dysenteria, diarrhæa, lienteria, fluxu hepatico, & uteri hæmorrhagia celebre ac præstans sit.

℞. Radic. Scorzoner.
tormentill. āā ʒiß.
bistort. ʒj.
Herb. Eqviseti
scordii nostr.
millefol. āā ʒj.
Fl. rosar. rub. ʒiß.
papav. rh.
tunic. āā exiccator. ʒj.
balaustior ʒß.

Incis. & coqvassat. coq. in q, s. aqvæ simpl. freqventius recentem affundendo, & decoctiones exprimendo, qvousque tota vis sit extracta, decoctiones expressæ & colatæ conjunctim cum albumine ovorum optimè clarific. & additis Sacchari Canar. albiss. ℔ij. redigantur coquendo, ad consistentiam Syrupi, consuetâ paulò spissiorem. Cui sequentia l. a. immisce, videlicet

Pulv. ex typhis Cervi ritè præp. ʒiß.
Terr. sigillat. Silesiac. ʒij.
Fl. ferri præp.
Ocul. cancri præp.
Corall. rub. præp. āā ʒiß.
Nucis moschat. ʒ j. vel ʒiß.
Pulv. rosar. rub. ʒj.
balaust. ʒß.

Oli-

Oliban. in gran. ℥vj.
Sem. 4. frigid. maj. exortic. ãã ℥ij.
Papav. alb. ℥ß.
Citri excortic. ℥ij.
Amygd. dulc. decortic. ℥j.

Quæ semina & amygdalæ cum q. s. superioris ad id asservandi decocti ad pulpæ formam contundendo redigantur, & per cribrum setaceum angustum transmittantur.

Opii præp. seu correct. & extract. ℥ij.
Misc. f. Electuarium, cujus dosis est à ℥ij. ad ℥ß.

Hisce & nos subjicimus duo Electuaria Opiata, quorum unum Theriaca Mulierum, alterum verò Theriaca Febrilis jure appellari potest.

THERIACA MULIERUM.

℞. Theriac. Androm. ℥ ß.
Bezoartic. Jovial. ℥ij.
Corn. alcis & cervi ãã Spagyric. præp. ãã ℈ij.
Extract. radic. angelic. enul camp.
Laudan. Opiat. ãã ℥ß.
Essent. Castorei gr. xv.
Magister. Matris perlar. Corall. rub. ãã ℈ß.
Ol. still. succin. alb. gr. v.

Hocce per sudorem ferè omnes mulierum tàm calidas quàm frigidas imbecillitates ex utero præsertim ortas occultâ qvâdam proprietate curat, & pro sexu fœmineo vix præstantius, & nobilius diaphoreticum datur. Dosis est à ℈ß. ad ℈ij. in aquis appropriatis, morbum pro-

propriè respicientibus. in causa autem calida in vehiculis frigidis offerri debet.

THERIACA FEBRILIS.

℞. Spec. febrifug. *Mynſ.* ℥iß.
Conſerv. abſinth. pontic.
Centaur. min.
Card. bened. ãã ℥j.
Theriac. Androm. ℥vj.
C. C. philoſoph. præp.
Bezoartic. mineral.
Zingiber. alb. ãã ℥ß.
Spec. diambr.
diamoſch. dulc. ãã ℈ij.
Laudan. Opiat.
Camphor. in Spir. angelic.
diſſolut. ãã ℈ß.
Miſc. Et cum Rob ſambuci f.
Electuarium.

Curat hoc Electuarium omnes ferè febres, & in ipſa peſte etiam valdè utilis eſt. Doſis ejus à ℥ß ad ℥iß habetur in aq. Card. benedict. vel ſcabioſ. vel calendul. &c. bibat horis duabus ante acceſſionem, cooperiatur, & in lecto maneat & ſudet; hoc enim pacto multæ febres præcipitantur.

Clariſſimus *Gregorius Horſtius lib.* 10. *de pharmaceutic. obſervat.* 3. inſignia duo habet Electuaria, qvorum effectus feliciſſimos in muliere qvadam cruciatibus nephriticis & calculoſis cum perpetuo urinæ ardore & difficultate, ulcereqve in collo veſicæ laborante, cæteris medicamentis cooperantibus, vidit:

℞. Terebinthin. elect. cum aq. eqviſeti & plantag. diligenter lotæ poſtea

ſtea cum ſaccharo roſac. ut
bulato eouſqve exagitatæ, dic
nec omnem ferè tenacitatem
deponat. ℥ß.
Trochiſc. Alkekeng. ſin. opio ℈iiij.
Extract. Liqvirit.
Gumm. tragacanth. ãã ℈j.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Miſc. & cum Syrupo de alth. comp.
f. Electuarium.

Item:

℞. Spec, diatragacanth. frigid.
Trochiſc. Alkekeng. ſin. opio ãã ℥j.
Sem. Cydonior.
papav. alb.
melon. excortic.
alth.
Fruct. alkekeng. ãã ℈iiij.
Suc. liquirit. ℥ ß.
Boli Armen. ver.
Trochiſc. d. terr. ſigillat. ãã ℥ß.
Laudan. Opiat. gr. vij.
Arcan. vitriol. gr. xxx.
Miſc. & cum Syrupo d. alth. comp.
f. Electuarium molliuſculum.

Doctiſſimus *Franciſ. Piëns Tractat. ſpecial., d. Febrib. cap. 4. in fin.* electuarium deſcribit nobile, cujus uſum ad tuſſim ac ſitim contemperandum egregium judicat:

℞. Conſerv. Roſar. rubr.
Sacchar. roſar.
altheæ ãã ℥ß.
Magiſter. perlar.
Fl. Sulphur. ãã ℥ß.

Bal-

Balſam. ſulphur. *Ruland.* ℈ß.
Spec. diamarg. frigid. ℈j.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Syr. papav. rh. q. ſ.
Miſc. f. Conditum, de quo caſtaneæ qvantitate æger utatur.

Clariſſimus *Sennertus lib. 1. part. 2. prax. cap. 1.* in vigiliis nimiis tradit nobis mirabilis effectus electuaria, digna ſanè, qvæ à nobis hîc adducantur.

℞. Conſerv. fl. Nymph. ℥ij vel ℥iij.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Spec. diamarg. fr. ℈ß.
Miſc. & cum Syrupo d. papav. f. Electuarium.
vel
℞. Conſev. Roſar. alb. ℥ij.
Laudan. Opiat.
Magiſter. perlar. ãã gr. ij.
Miſc. f. Electuarium.

commendat etiam *Plateri* Electuarium Opiatum,

℞. Spec. diambr. vel
diamoſch: dulc. vel
aromatic. roſat. ℥ij.
Cinamom. opt. ℥iß.
Santal. rubr. ℥ß.
Sacchar. ℥ß.
Opii in vino Malvatic. diſſolut. ℥ß.
Ol. Cariophyll. vel Cinamom. gt. aliquot:
Additâqve Syrupi Cydoniorum vel conſervat:
Citri q. ſ. f. Electuarium, qvod exhibetur ad ℥ß.

Excell. tandem *Zvvelferus class.* 14. *animadvers.* in *pharmacop. Augustan.* Confectionem Opiatam, qvam So irellam parvam vocat, describit, qvæ cavernis dentium indita dolores eorundem atrociſſimos ſopit placat, ad qvorum auxilium præcipuè expetitur. Autor aliàs hujus *Raymund. Mindererus* habetur, ſeqventiqv modo delineatur:

℞. Ol nuc. moſchat. expreſſ. ℥j.
Opii Thebaic.
Spec. diambr. ãã ℥ß.
Camphor.
Extract. Croci ãã gr. vj.
Ol. ſtill. Cariophyll. q. ſ.
Redigantur in formam Opiatæ ſpiſſioris.

CAPUT VI.

De

Catapotiis ſeu pilulis, qvæ præter alia ingredientia, Opium vel Laudanum Opiatum in ſuis qvoq; compoſitionibus recipiunt.

PIlularum formulę, in quas Opium, vel Laudanum Opiatum ingreditur, ferè extant apud Medicos practicos innumeræ, quarum effectus nobiliſſimi ac præſtantiſſimi certè ſunt, ac ideò quoque dignæ, quæ in medium producantur ſunt exiſtimandæ. *Tobias Dorncreutius part.* 1. *cap* 7. *Diſpenſat. nov. d. Anodyn.* recenſet pilulas Opiatas, quæ ad dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum in colica, nephritide, arthritide, pleuritide cæterisque morbis omnibus ſolum excellunt, ac ipſo Laudano Opiato, longè tutiores habentur.

℞. Laudan. Opiat. ℥j.

Tar

Tartar. vitriolat.
Lapid. Smaragd. præp. ãã ℈j.
Styrac. calamit.
Oliban. olect. ãã ℈ß.
Maſſ. pil. Aloephangin. *Mynſichti* ℥iß.

Miſc. & cum ſucco inſpiſſato Chamæpyt. f. Maſſa, & cum Ol. Sem. papav. alb. expreſſ. ex ℈j formentur pilulæ No. XI. Doſis autem earum eſt à pilulis v. ad vij. veſperi eundo cubitum.

Excell. *Zvvelferus pharmacop. Regiæ Claſſ. 6.* egregias ac laudabiles admodum pilulas Odontalgicas componit, quæ in vehementiſſimis dentium doloribus ſedandis multum præſtant operationis:

℞. Opii Thebaic. per exhalationem lenem ſulphuris narcotic. parat. ℥ij.

Solvatur in Spir. Veneris ℥vj. & per cribrum ſaltem ſetaceum cogatur, cui add.

Pulv radic. pyrethri
mandragoræ ãã ℥ij.
Sem. hyoſciami
Staphid. agr.
Urtic. min.
Coriandri ãã ℥ß.
Cariophyll. ℥j.
Reſin. abiet. ℥iij.
Gumm. anim. ℥ij.
Camphor ℥i.

Miſceantur, fiatqve maſſa, ex qva poſtea formentur pilulæ oblongæ, alterutra ſui parte in acumen nonnihil deſinentes, cavernis dentium imponendæ.

Hiſce non abſimiles ſunt Pilulæ Odontalgicę & de calce viva Cl. *Adriani Mynſichti Armament. Medico-chymic.*

mic. sect. 6. de Catapot. quarum priores in usu quotidiano pro secreto habet; perforatis enim & concavis dentibus impositæ acutissimum dolorem confestim & extempore solvunt.

℞. Opii Thebaic. ʒj.
Camphor.
Sem. staphid. agr:
Zingiber. alb.
Gallar. Turcicar.
Cretæ albiss:
Alumin. ust. āā ʒß.
Radic. peucedan.
Sem. hyoscyam.
urtic. min. āā ʒj.
Spir. Salis nitri q. s. ad perfectam acetositatem.

Misc. diligenter, & cum Balsamo Odontalgico nostro f. l. a. Massa pilularum; ex qva postea cum dicto etiam Balsamo formentur pilulæ oblongæ alternâ sui parte in acumen desinentes.

Posteriores sunt pilulæ de calce viva, quæ dentibus dolentibus impositæ subitô non medentur solùm ac firmiores eos reddunt, verum vermiculos etiam in eorum cavernis delitescentes enecant, nec non fluxiones omnes ad gingivas lapsas extrahunt.

℞. Calcis viv. ʒj.
Farin. siligin.
Piper. long.
Cortic. granator.
Gallar. Turcicar. āā ʒß.
Sem. hyosciam.
Cariophyll.
Opii Thebaic.

Alu-

Alumin.uſt.āā ℈j.
Miſc. & cum ſucc.inſpiſſat.radic.pyrethr. f. Maſſa pilularum ex qva poſtea cum Ol. Origan. cretic. & camphor. āā q. ſ. fingantur pilulę oblongæ.

Adducvntur qvoqve à Clariſſ. hoc Viro & curioſiſſimo Medicamentorum Galenicorum & Spagyricorum perſcrutatore adhuc aliæ in hac ſectione pilulæ, qvibus Laudanum Opiatum qvoqve admiſcetur, & ſunt pilulæ Anodynæ, Narcoticæ & Stypticæ. Anodynæ ergò ejus pilulę ſunt:

℞. Extract. pilul. Aloëphang. noſtr. ℥iij.
Tartar. Vitriolat.
Laudan. Opiat. noſtr. āā ℥j.
Miſc. & cum confect. Alcherm. in Aq. Hypnotic. noſtr. diſſolut. ſ. Maſſa pilularum.

Ad dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum, in colica, nephritide, arthritide, pleuritide, cæterisqve morbis omnibus, ſolùm ejuſmodi pilulę excellunt, & ipſo Laudano Opiato longè tutiores ſunt: qvia Extracti pilul. Aloëphangin. & Tartari Vitriolati additorum ratione, non admittunt conſtipationes, qvibus poſt uſum Laudani Opiati per ſe exhibiti ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis earum à gran. xii. ad xv. ℈j. & à gran. xxv. ad ℥ß. Harum enim pilularum grana xv. Laudani Opiati grana iij.; ℈j Laudani gran. xv.; grana xxv. Laudani grana v.; ℥ß. Laudani grana vj. in ſe continent, & ſumuntur veſperi eundo cubitum.

Deinde ſunt pilulę ejus Narcoticę, qvibus in de-

fectu Laudani Opiati feliciſſimè utimur, qvibus etiam honorem freqventiſſimè rationales & in arte Spagyrica exercitati Medici conſecuti ſunt;

℞. Opii Thebaic. Spagyric. præp. atqve extract. ʒiij.
Spec. diambrę ʒj.
Sal. margaritar. orient.
Coral. rub. ãã ʒß.
Extract. fl. papav. rh.
Croci orient. ãã ℈j.
Lapid. bezoar. orient.
Oſs. d. Cord. C. ãã ℈ß.
Moſchi Laudatiſſ. gr. v.
Ol. ſtill. Cariophyll.
Cinamom.
Majoran.
Succin. alb.
Carvi ãã gt. iiij.

Miſc. & cum confect. Alcherm. in Aq. Narcotic. noſtr. diſſolut. f. Maſſa pilularum. Doſis earum eſt à gran. iij. ad iv. v. vel vj. horâ dormitionis.

Pilulæ tandem ſunt *Mynſichti* Stypticę, quæ laudabiles admodum & virtutis eximiæ ſunt; omne enim alvi profluvium à qvacunqve cauſa ortum cohibent, & ſangvinem à qvacunqve parte emanantem coërcent; nec non uterinos fluores omnes ſiſtunt, placideque compeſcunt, dolores mitigant & ſomnum inducunt.

℞. Succ. glycyrrhiz. extract. ʒß.
Spec. diaplantag.
diamartis ãã ʒiij.
Laudan. Opiat. ʒij.
Fung. betulin.

Co-

Coagul. lepor.
Camphor. ãã ʒß.
Ungul. eqvi uſt.
Sandarac.
Oliban. ãã ℈j.

Solvatur ſuccus glycyrrhiz. in vino granatorum, & f. l. a. Maſſa pilularum; ex qua poſtea cum ol. nucis moſchat. & cariophyl. formentur pilulæ in modum cicerum, qvę deaurentur. Doſis earum à ℈j, ad ʒß., veſperi eundo cubitum, habeatur.

Joh. Petr. Lotichius lib. 5. cap. 1. obſervat. Medic. 7. deſcribit pilulas, quæ in omni ſuffocatione uteri & cardialgia ex ea valdè commendabiles ſunt:

℞. Theriac. *Androm.*
Philon. Roman. ãã gr. vj.
Caſtorei elect. gr. xij.
Gumm. Ammoniac.
Opopanac. acet. diſſol. ãã gr. iij.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.

Miſc. & cum Myv. Cydonior. aromatic. f. pilulæ No. X. in aurandę. Doſis earum communiter duæ ſunt.

S. Pillen auff etzliche mahl.

Eandem ſed adhuc majorem efficaciam habent Pilulę Hyſtericæ ſeu Matricales Cl. *Zvvelferi Claſſ. VI. Pharmacop. Reg.* quæ in adfectibus ſimiliter hyſtericis & uterinis à ℈ß. ad ℈j. porriguntur.

℞. Radic. Valerian.
Imperator. ãã ʒj.
Herb. rec. Matricar.
Meliſſ.

Artemiſ.
Menth.criſp.
rorismar.
Cortic. aurant. Salviæ rec. & extim.. āā ℥ij ß.
Opii per exhalatem Spiritus Narcotici parat. ℥vi.
Croci Auſtriac. ℥j.

Incil. & contuſ. craſſiuſculè, ac Cucurbitę vitreæ immiſſa extrah. cum q. ſ. Spiritus vini, repetitis vicibus affuſi, qvouſque Spiritus non amplius tingatur; Spiritus tincti omnes in B.M. ad extracti conſiſtentiam abſtrahantur: cui extracto reſiduo ſpiſſo add.

Ol. ſtill. ſuccin.
ſalviæ
roris mar.
menth.criſp.
cortic.aurant. āā ℥ß.
Pulv. ſuccin.alb.pręp.
radic.Valerian.
doronic.ver.
Cortic. aurant. extim. rec. exſiccat.
Myrrh.rubr.
Nucis moſchat. āā ℥ß.
Macis ℥ij ß.

Mixtis omnibus f. Maſſa pilularum.

Leguntur itidem pilulæ de Cynogloſſa *Nicolai præpoſiti* apud *Zvvelferum claſſ.* 6. *Animadverſ. in pharmacop. Auguſtan.*, in quas ſimiliter opium ingreditur, poſſuntque ſecundum modum præſcriptum parari, diſſolutis tamen prius Opio & Myrrhâ, qvæ corpus

pus

bus hoc ſuppeditant pro hac pilularum Maſſa efforman-
la.

Ioh. Petrus Lotichius lib. 2. cap. 4. obſervat. Medic. 4. ha-
bet pilulas, qvę in ſiſtendo catarrho à practicorum mul-
tis admodum laudantur.

℞. Oliban. ſelect. in gran.
Maſſ. pil. de Cynogloſſ. āā ℈ß.
Laudan. Opiat. correct. gr. iß.
Ol. ſtill. carvi
ſuccin. āā gt. iiij.
Miſc. & cum Syr. d. papav.
f. pilulæ, No. xv.

S. Flüß Pillen auff etzliche mahl.

Referuntur huc qvoqve à nobis Pilulæ Narcoticæ *Plateri*, qvæ ſimiliter opium recipiunt, & ad fluxiones ſiſtendas, vigilias ſopiendas, dolores mitigandos & ſangvinis fluxus qvoſcunqve cohibendos parantur.

℞. Opii puriſſ. ℥j.
Infund. Aq: vitæ ℥ß. diſſolv. lento calore, eodem-
qve exſicca: deine alia affuſa aqvâ vitæ, molle-
ſcat, additis Olei Cinamomi gt. ij. poſtea
℞. Cinamom. ℥ij.
Sacchar. Candi ℥j.
Piper. ℥j.
Sem. Coriandri ℈ij.
Croci ℥ß.
Subtiliſſimè pulveriſatis adde opium diſ-
ſolutum, ſenſim opio pulveres miſcendo.
Poſtea cum Syrupo de papavere redigan-
tur in maſſam pilularum, addendo moſchi
℈ß. Maſſa hæc diu in mortario, & ne exſic-
cetur, oleo de been parum ſubigatur. Serve-
tur in loco humido, Doſis gr. ij.

Sic

Sic *Iob. Schröderus* qvoqve *Pharmacop. Medico-chymicæ lib. 2. c. 74.* præscribit pilulas, qvarum basis itidem Opium est, quæ catarrhos similiter subtiles & salsos à capite ad pectus fluentes incrassant, humorum ebullitiones sistunt, tussimqve sedant; attribuuntur aliàs *VViero*

℞. Succ. Glycyrrhiz.
Thuris ää ℥j.
Myrrh.
Croci
Opii ää ℈j.
Misc. & cum Syrup: papav. rh. q. s.
f. Massa. Dosis earum à gran. vij. ad ℈j. est.

Clariss. *Sennertus lib. 1 part. 2. prax. C. 1.* Pilulas efformat in vigiliis nimiis sanè commendabiles.

℞. Laudan. Opiat. gr. ij. vel iij.
Magister. perlar. gr. ij.
Cum aq. violar. f. pilulæ duæ inaurandæ.

Vel ℞. Laudan. Opiat. gr. iß. vel iij.
Magister. Corallor. gr. iij.
Misc. f. Pilulæ No. iij. inaurandæ.

CAPUT VII.

De

Trochiscis & pulveribus qvos Laudanum Opiatum ingreditur.

IN Dispensatorio non solum Augustano reperiuntur trochisci in qvos Opium ingreditur, ut trochisci de alk keng cum opio, de carabe, Sief alb. cum opio, album *Galeni*, Citrinum *Mesuæ*, de plumbo *Ejusd.*, de rosis *Ejusd.*, viride *Antei*, sed apud recentiores qvoqve Medicos practicos leguntur formulæ trochiscorum & pulverum etiam elegantissimæ, qvæ Opium tanquam eo-

eorum basin præcipuam agnoscunt. Et ita *Clariss. Adrianus Mynsichtus sect. 5. & 9. armament. Medico-Chymic.* unum pulverem, & tres trochiscorum species habet; qvæ medicamenta sanè sunt laudabilia, & ob Laudani Opiati admistionem magnæ virtutis æstimantur. Pulvis primò ab eo vocatur Species Diasuccini, quę efficaces mirum in modum habentur in viscosis & tartareis salibus intestina erodentibus & alvi fluorem sollicitantibus compescendis, & obtundendis. Hînc omnibus qvoqve dysenteriis sangvinisqve profluviis maximè medentur:

℞. Succin. alb. præp. ℥ß.
Magister. Corallor. rub. rosat.
Nucis moschat. tost.
Boli rubri orient.
Smaragd. prep. ää ʒij.
Croci Martis per reverberat. fac. t.
Sang. dracon. ää ʒiß.
Styrac. calamit.
C. C. ust. & præp.
Laudani Opiati ää ʒj.
Anther. rosar.
Sem. plantag.
Fl. Papav. errat. ää ʒß.
Cariophyllor.
Croci orient.
Cinamom:
Macis ää ℈j.
Misc. & f. pulvis subtilissimus.

Dosis ejus est à ℈j ad ʒj. in vehiculis appropriatis.

Trochisci deinde sunt, & primum qvidem trochisci de Radice Rhodia, qui ita ab Autore finguntur:

℞. Ra-

℞. Radic.rhodię ʒj.
Cortic.radic.mandragor.
Nucl.perſicorum.
Opii Spagyric. præp.
Myrrh.rub.ãã ʒvj.
Fl.papav.erratic.
Croci orient.
Roſar.rub.ãã ʒß.
Sem.hyoſciam.alb.
anethi
opii.ãã ʒiij.
Nuc.moſchat.
Cubebar.
Camphor.ãã ʒij.

Miſc. & cum Mucilag. ſem. Pſyllii & Cydon. cum aq.lactuc.extract.

f. l. a. Trochiſci.

In melancholia, mania, phrenitide, vigiliis immodicis, nec non in omni dolore & dyſcraſia caput reſpiciente, trochiſcos illos eſſe probatos cum Autore multi experti ſunt, ſi linimenti inſtar adhibeantur vel diſſolvantur in aq.lactucæ & roſar. vel etiam hypnotica qvadam, vel in lacte muliebri & fronti & temporibus tepidè applicentur.

Deinceps Trochiſci Ophtalmici ſunt, qui ad omnigeneris paſſiones oculorum valent, imprimis autem ad rheumatiſmos, lippitudines ſubacres, fluxum tenuem, puſtulas, inuſtiones, prolapſus, contuſiones, rupturas, concavitates, ſcabritiem, pruriginem & ophtalmicos dolores leniendos proſunt; nec non oculorum vulnera replent & conſolidant.

℞. Ceruſſ lot. ʒj.
Corn. Cervi uſt. ign. calc.

Sar

Sarcocoll.nutrit.
Tut.præp.ãã ʒß.
Gumm. Arabic.
Tragacanth.alb.
Amyli ãã ʒij.
Matris perlar.præp.
Nihili alb.
Oliban.ãã ʒj.
Opii Spagyric.præp.
Camphoræ ãã ʒß.

Misc. & cum albumine ovor. f. Trochisci oculares pro collyriis variis cum aq. appropriatis parandis.

De Alumine tandem Trochisci sunt, qvi mirabiliter super dentes & gingivas positi (factis tamen prius evacuationibus per phlebotomiam si expediat, vel per ventris solutionem) dolorem sedant. Conformantur autem ita ab Autore nostro:

℞. Alumin. crud.
Radic.pyrethri ãã ʒß.
Piper.long.
Sem.hyosciami ãã ʒj.
Farin.siligin.
Cretæ alb.
Nitri præp.
Zingiber.alb.
Cariophyll.
Opii præp. ãã ʒj.

Misc. & cum succ.urtic.min. f. Trochisci.

Clariss. *Baldassar Timæus* von Güldenklee *in medicam. formul.* nobis pulverem commendat, qvi Laudanum Opi-

Opiatum similiter recipit, feliciqve cum successu somnia gravia & terribilia (qvę alias valdè debilitant) arcet & somnum inducit; venenis resistit, & in confortandis spiritibus vitalibus totiusque corporis plurimum valet. Dosis horâ somni ℈j.

℞. Magister. smaragd.
hyacinth.
Perlar. orient.
Corall. rub. āā ʒj.
Laudan. Opiat. ℈j.
Misce in mortario lapideo exactissimè
f. pulvis.

CAPUT VIII.

De *Gargarismis, in quos Laudanum Opiatum etiam ingreditur.*

A *Ioh. Petro Lotichio lib. 2. cap. 4. observat. Medic. 4.* adducuntur Gargarismi, qui in dentium doloribus præstantes & valdè efficaces sunt; habent enim vim anodynam. Æger autem uno ex iis quotidiè uti potest donec acutissimi dolores & cruciatus placentur.

℞. Aq: Salviæ.
betonic.
verben. āā ʒiß
Acet. fl. Cariophyll.
rosar. āā ʒß.
Ol. still. succin.
cariophyll āā gt. iij.
Laudan. Opiat. in aceto sqvillitic. diss.
solut. gr. iiij.

Cam

Camphor. solut. gr. ij.
Misc f. Gargarismus.
S. Mundt Wasser.

Vel sic fiat Gargarismus:

℞. Radic. altheæ
pyrethri
bistort.
Ireos Flor.
Rasur. lign. sanct. āā ʒß.
Herb. Hyssop.
Salviæ
Verbenæ
Betonic. āā Mß.
Fl. anthos.
Sambuc. āā p. j.

Fiat decoctio in aqva communi ad ℔ß. In Colatur. dissolv. acet. rosar. ʒvj. Laudan. Opiat. gr. v.
Ol. still. Cariophyll. gt. v.
Misc. f. Gargarismus
S. Mundt Wasser.

CAPUT IX.

De

Epithematibus & Lixiviis, quæ Laudanum Opiatum vel Opium ipsum sibi admixtum habent.

ADrianus Mynsichtus sect. 24. armament. Medico-Chymici nobis fideliter communicat epithema hypnoticum, qvod magnæ sanè virtutis est:

℞. Aqv: rosar. fragrantiss.
lactuc. āā ʒiiij.
Opii Spagyric. præp. ʒj.
Croci oriental. ʒß.
Spong. in arbusto rosar. nat. ϑj.

Miſce diſſolvendo fideliter; poſtea mixturâ im
buta lintea temporibus tepidè applicentur, nare
qve madefiant, unde protinus durmire incipium

Ioh. Hartmannus prax. Chimiatric. lib. 2. cap. 1. in ma
gno ac intenſo ab intemperie calida cerebri vel vap
ribus calidis capitis dolore ejusmodi epithema front
le anodynum præſcribit, & lintea in eo madefacta a
plicari fronti jubet.

℞. Laudani Opiat. ℈ß.
Aq. ſolan.
roſar. āā ℥iij.
Aceti roſac. ℥ß.
Miſc. & f. Epithema.

Sic *cap. 8. ejusdem libri* ad vigilias in phrenitide nimi
as non incongruum iudicat fronti applicari epithem
hoc, ſæpius linteis exiccatis renovandum.

℞. Aq. ſolan.
lactuc. āā ℥ij.
Acet. roſac. ℥ß.
Laudan. Opiat. ℈j.
Camphor. gr. vj.
Miſce pro Epithemate.

Ioh. Petrus Lotichius in *obſervationibus & conſiliis ſu
medicinalibus* varia nobis reliqvit epithematum fronta
lium potiſſimum genera, quę Opium vel Laudanum O
piatum recipiunt, ac in ſummis capitis doloribus, vig
liisqve extremis ac inqvietudinibus maximis ſummo a
felici cum ſucceſſu uſurpari qveunt. Sic ex *lib. 1. obſer
vat. 2.*

℞. Ol. roſar. ℥j.
Acet. roſar. ℥ß.
Aq. roſar. ℥v.

Cam

Camphor. elect.
Croci orient. ãã ℈j.
Opii aceto dissol. ℈ß.
Misc. f. Epithema frontale.
S. Vberschlag zum Haupt.

Ex *lib. 2. cap. 1. observ. medic. 3.* in hemicrania potissimum.

℞. Aq: vitæ comp. è spec. arom. ℥iß.
simpl.
salviæ ãã ℥j.
Opii aceto dissol.
Camphor.
Croci orient ãã ℈j.
Misc. diligenter pro Epithemate
Detur ad vitrum.
S. äusserlich Wasser.

Item ex *observat. Medic. IV.*

℞. Amygdal. dulc. depilat.
Nucleor. persicor. ãã ℥vj.
Sem. Cannab.
papav. alb. ãã ℥v.
Spec. diarrhod. abbat.
pulv. Zedoar.
cariophyll. ãã ℈ß.
Camphor:
Opii aceto solut. ãã ℈ß.
Acet rosar. ℥vj.
Aq. Verben.
rosar.
betonic. ãã ℥iij.
Spir. rosar. ℥ij.

Miſc. diligenter, & f. Emulſio benè odco-
rata.

S. Kräfftiger Vberſchlag.

Ex *lib.* 3. *cap.* 3. *obſervat. Medic.* 6. hoc modo

℞. Nucl. perſicor.
Sem. Cannab.
papav. alb.
Acet. roſar. ãã ℥ß.
Pulv. Cariophyll. ℥ß.
Camphor.
Opii aceto ſolut. ãã ℈ß.
Aq: betonic.
roſar. ãã ℥ij ß.
Fiat. inſtar Emulſionis.
S. Vberſchlag zum Haupt.

Ex *lib.* qvoqve 5. *cap.* 1. *Obſervat. Medic.* 7.

℞. Aq: roſar. ℥vj.
Acet. fl. cariophyll ℥ß.
Ol. roſar. ℥j.
Camphor. aceto ſol. ℈ß.
Opii vino ſol: gr. v.
Ol. ſtill. ſalviæ gt. iij.
Nuc. moſchat. expreſſ. ℈j.
Miſc. pto oxyrrhodino.
S. Vberſchlag zum Haupt.

Et ex *Obſervat.* tandem *Medic.* 21. *lib. & cap. jam citat.*

℞. Sem. Cannabis
papav. alb.
Nucl. perſicor. ãã ℥ß.
Acet. fl. Cariophyll. ℥vj.
Spec: diarrhod. abb.
diatrion ſantal. ãã ℈ß.
Nitri præp. ℈j.

Carm

Camphor. elect.
Opii aceto sqvillitic. dissol. āā gr. iij.
Cum aq: verben. rosar., solan. lactucæ āā ℥iiß.
Misc., & f. Emulsio frontalis.

S. Vberschlag zum Haupt.

Vigiliis interdum sopiendis Emulsiones ex sem papav. Ungventum alabastrinum cum opio & extracto Croci non sufficiunt, ubi, lixivia mitigatoria & hypnotica, ut in usum ducàntur, necessum est. Ejusmodi Lixivium mitigatorium ac simul hypnoticum egregium fideiter ac candidè nobis tradit Excell. *Rolfincius epitom. method. cognosc. & curand. morb. particular. libr.* 1. *part.* 1. *cap.* 3.

℞. Ciner. Salviæ
sambuc. āā ℥ii.
fagi q. s.
Coq. in aq. fontan. ℔ij.
In colatura ebullliant.
Radic. Mandragor. ℥j.
Opii Thebaic. ℥ij.
D. spuma, colaqve iterum: colato calido humectentur plantæ pedum, tempora, suturæ.

S. Lixivium Mitigatorium.

CAPUT X.

De

Enematibus, quorum compositiones etiam Laudanum Opiatum, vel Opium ipsum admittunt.

JAm sæpius laudatus Autor Clariss. *Adrianus Mynsichtus sect.* 32. *Armament. Medico Chymic.* inter alia enemata, dolores dylentericos atrociss imos sedantia, hoc

anodynum qvoqve fideliter nobis tradidit, dignum sanè, qvod huic capiti ægrorum miserrimorum in emolumentum & solatium insinuetur.

℞. Hordei excortic. ℥ij.
Radic. consolid. maj.
Sem. lini āā ℥j.
Fl. papav. erratic.
violar.
rosar. āā ℥iß.
Fiat decoctio in lacte, &
℞. Colatur. ℔j.
Sacchar. rubr. ℥j.
Vitell. ovor. No. ij.
Extract. Croci orient. ℈j.
Opii Spagyric. præp. ℈ß.
Misc. pro Enemate.

Felix Platerus cap. 12. tract. 2. pag m. 559. Clysterem anodynum, quem opium similiter ingreditur, præscribit, eumqve non in colicis solùm, sed nephriticis qvoqve doloribus convenire adfirmat.

℞. Ol. Chamæmel.
anethi.
lil. alb.
amygdal. dulc. āā ℥iß.
Scorpion.
Ping. anser.
Butyri rec. āā ℥ij.
Resin. laric. dissolut. in vitell. ovor. ℥iß.
Lact. q. s.
Croci ℥j.
Opii ℈ß.
Misc. f. Clyster.

Vell

Vel ex *Eodem* pag.m.610.

℞. Ol. rutac.
anethi āā ℔ß.
Opii Thebaic. ϑß.
Caſtorei ʒß.
Miſc. f. Clyſter.

Sic ex *Laz. Riverio lib.5.cap.6 prax. Medic.* in doloribus dyſentericis admodum urgentibus

℞. Radic.alth. ʒj.
Hordei mundat. vel orizæ p.j.
Sem. lini.
cydon. āā ʒj.
pſyll. ʒß.
Fl. Chamæmel.p.j.

Fiat decoctio in lacte vel juſculo ad ℔j., cui admiſc.

Vitell.ovor.No.ij.
Sevi hircin. ʒj.
Laudan.Opiat.gr.vj.
Miſc. f. Clyſter.

Iohan.Petr. Lotichius lib.4.cap.9. obſervat. Medic. 3. ſimilem qvoqve Clyſterem in dyſenteria præſcribit.

℞. Lact.vaccin.rec.mulct. ℔j.
Diſſolv.ſacchar.rubr. ʒij.
ſevi hædin. ʒiß.
Alb.græc. ʒß.
Opii ϑß.
Vitell.ovor.No.j.
Miſc. f. Clyſter.

In obſervatione autem ſuperiori Medicinali huncce Clyſterem hoc ordinavit modo:

 ℞. Lact.

℞. Lact. vaccin. rec. mulct. cum butyrosi-
tate sua ℔j.
In eo silices candentes aliqvoties extingvan-
tur, ita ut lac probè igniatur, dissolv.
Sacchar. rubr. ℥ij.
Sev. hædin. ℥iß.
Opii Thebaic. ℈ß.
Vitell. ovor. No. ij.
Misc. f. Clyster.

CAPUT XI.
De
Suppositoriis, qvorum compositiones Opio gaudent.

CLariss. *Adrianus Mynsichtus armament. Medico-chymic sect.* 31. ejusmodi suppositoriorum, quorum compositiones Opio gaudent, duo describit genera; qvorum priora simpliciter anodyna, posteriora verò dysenterica anodyna & somnium conciliantia vocat. Anodyna ergò ejus sunt;

℞. Sem. Cymin.
rutæ ãã ℥ij.
Mumiæ transmarin.
Opii Thebaic. ãã ℥j.
Fl. papav. erratic.
Croci orient. ãã ℈j.
Styrac. calamit.
Castorei ver. ãã ℈ß.
Misc. & f. pulvis, qvi melle excipiatur.

Suppositoria dysenterica anodyna & somnum conciliantia sunt:

℞. Mellis coct. ℥iij.
Sem. hyosciam. alb.

papav.

papav.nigr.ãã ʒiß.
Opii Thebaic.
Balauſt.
Spodii.
Oliban.ãã ʒj.
Fl.papaver.erratic.
Croci orient.ãã ϑj.

Miſc. & f. l. a. Suppoſitoria.

Verum cum ex glandibus, & ſuppoſitoriis facilè damnum aliqvod ægro adferri qveat, filum alligandum, ſi iis uti placet, ut, qvando libet, extrahi poſſint.

CAPUT XII.

De

Oleis & Balſamis, qua Opium ipſum, vel Laudanum Opiatum ingreditur.

EXcellentiſſimus *Zvvelferus claſſ. 16. Pharmacop. Reg.* Oleum Carminativum & anticolicum in medium producit, qvod maximè pro interno æqve ac externo uſu commendat. Verum anodynum & carminativum ipſi eſt hoc oleum, colicisque & hyſtericis adfectibus idipſum perqvàm ſalutare pronunciat

R. Ol.olivar.rec. ℔ij.

Cui immerg. ſeqventia craſſiuſculè inciſa & contuſa, utpote

Herb.rec.Anethi cum ſummitat.
roriſmarin.
menth.Criſp.
puleg.floreſc.ãã ʒiiß.
Fl.chamæmel.rec. ʒiiij.
cortic.aurant.rec.& extim. ʒiß.
Bacc.lauri
Juniperi rec.ãã ʒj.

Sem. Carvi.
Coriandri.
anisi āā ʒvj.
Opii Thebaic. ʒij.

Stent in infusione die unâ, factâqve post unâ atqve alterâ ebullitione in alembico vitreo suo capitello munito, ut id, qvod ebulliendo transit, reaffundi possit, colentur dum adhuc parum calent, & exprimantur species fortiter. Oleo expresso adde, & in eo liqvefac leniissimo calore

Camphor ʒvj.
Ol. still. Carvi.
fœnicul. āā ʒij.

Misc. & f. l. a. Oleum.

Item *Class. 15. animadvers. in pharmacop. Augustan.* inter cætera olea ab ipso correcta & castigata eminet qvoqve id, qvod vocatur oleum Mandragoræ, commendaturqve ad omnem inflammationem extingvendam, somnum conciliandum, capitis dolores sedandos, phreneticis, febricantibus & vigilantibus conveniens, fronti temporibus ac naribus illitum.

℞. Cortic. radic. Mandragor. ℔j.

Contund. & coq. in aq. q. s. & colato decocto add:

Succ. papav. nigri capit. ʒiij.
hyosciami alb. ʒii.
cicut. tener. ʒi.
Ol. violar. ℔ii.
Opii Thebaic.
Styrac. calamit. āā ʒß.

Succi cum oleo decem diebus ad solem macerentur, deinde coq. in duplici vase ad succorum consumptionem, & colato adde Styracem & opium.

Bal-

Balsama, quæ Laudanum Opiatum qvoqve sibi admixtum habent leguntur apud Medicos practicos varia, nos hâc vice selectiora tantum sumus adducturi. Balsama ejusmodi *Adrianus Mynsichtus armament. Medico-Chymic. sect.* 34. duo habet. Primum appellat Balsamum hypnoticum, qvod maximarum certè virium est; naribus & pulsibus temporum & btachiorum, nec non si opus, auribus & pedum plantis inunctum, somnum svaviter conciliat, & dolores capitis mitigat.

℞. Ol. Nucis moschat. express. ℥v.
Violar.
Rosar. vulg.
Nymph. ãã ℥ij.
Sem. hyosciam. express.
papav. alb. expr.
d. laterib.
benzoës ãã ℥j.
Misc. fideliter, & postea adde seqventia:
Ung. popul. ℥j.
Medul. cervin. ℥iij.
Opii in Spir. vini dissol.
Extract. croci orient. ãã ℥iß.
Ambr. & Mosch.
Ol. still. rosar. ver. ãã ℈j.
Misc. & f. juxta artem Balsamum.

Alterum ab eo vocatur Balsamum Odontalgicum, qvod maximè efficax in dolore dentium qvoqve est à quacunqve ferè causa; præsertim à frigida; gossipio enim exceptum & dentium cavernis impositum subitò medetur: vermiculos insuper necat, humoresqve adfluentes per os copiosè educit.

℞. Ol.

℞. Ol. Origan. Cretic.
Cariophyll.
Camphor. āā ʒij.
Opii Spagyric. præp.
Fl. nitri āā ʒj.
Spec diambr.
Santal. rubr. āā ʒß.

Miſc. & cum capite mortuo Ol. nuc. moſchat. expreſſ., vel in hujus defectu cum ceræ alb. ʒß. f. l. a. Balſamum.

Clariſſimus *Tobias Dorncreilius part. 2. cap. 4. Diſpenſat. nov.* Balſamum hoc Odontalgicum alio planè modo deſcribit, licèt ejuſdem ferè ſit efficacię; æqve enim efficax eſt in dentium doloribus immaniſſimis, à qvacunqve ferè cauſa exortis, ſedandis ac mitigandis. Gossipio namqve exceptum ac dentium cavernis impoſitum ſubitò auxilium præſtat; vermiculos inſuper necat, humoresqve adfluentes per os copiosè elicit.

℞. Spec. diambr.
Opii Thebaic. āā ℈iiij.
Camphor.
Succ. hyoſciami inſpiſſat āā ℈j.
Ol. ſtill. cariophyll. ℈iß.
lign. Heraclin. ℈j.
Nuc. moſchat. expreſſ. ʒj.

Miſc. f. l. a. Balſamum.

Celeberrimus *Dan. Sennertus libr. 1. part. 2. prax. c. 21.* Balſama in vigiliis nimiis ordinat elegantiſſima ac præſtantiſſima

℞. Ol. nucis moſchat. expreſſ. ʒj.
Extract. Croci gr. iij.
Laudan. Opiat. gr. iiij.

Str

Styrac. Calamit. ℈ß.
Misc. f. Balsamum.

ALIUD.

℞. Balsam. anethi ʒ ß.
Ol. nucis moschat. express. ʒß.
Tinctur. Croci gt. v.
Extract. Opii gr. vj.
Moschi gr. ij.
Camphor. gr. j.
Misc. f. Balsamum.

vel ℞. Balsam. Chamæmel. ʒj.
anethi ʒß.
Ol. still. thutis gt. v.
Opii Thebaic.
Croci orient. āā gr. vj.
Misc. f. Balsamum.

Excell. *Rolfincius libr. 4. Consult. Medic. 4.* hoc præscribit Balsamum:

℞. Balsam. rosar.
citri āā ℈ij.
majoran. ℈j.
Extract. Opii gr. vj.
Misc. , Detur in pixide.

Pro delicatioribus saltem, qvi gravem & ingratum unguentorum odorem ferre non possunt, vel nolunt, ejusmodi Balsama adhiberi solent.

CAPUT XIII.

De

Unguentis, Cataplasmatibus & Emplastris, quorum compositionibus Laudanum Opiatum vel Opium ipsum ingreditur.

UNguenta, Cataplasmata & Emplastra, qvorum com-

compositiones Laudanum Opiatum, vel Opium ipsum intrat, leguntur apud Medicos practicos varia, nos selectiora, & quæ majoris sunt ponderis, hâc vice sumus adducturi.

Clariss. *Adrianus Mynsichtus sect. 35. armament. Medico Chymic.* inter ungventa sua præstantissima ac laudatissima ungventum etiam Ophtalmicum inserit, qvod planè divinæ virtutis est, si hujus ungventi tantillum præmissis prius universalibus ad angulos & palpebrarum oras adhibeatur; omnes enim humorum fluxiones calorem temperando, dolorem sedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lácrymas sistendo & exsiccando, arcet, oculosqve mirè roborat.

℞. Butyr. Majal. non salit. & aqvâ euphrasi ablut. ℥iiij.
Sang. dracon. ver. & subtiliss: pulveri sat. ℥ß.
Sacchar. cand. alb.
Tut. præp. ãã ℥ij.
Margaritar. præp.
Sarcocoll. ãã ℥ß.
Camphor. ϑß.
Opii Spagyric. præp. gr. iiij.
Misc. & f. s. a. Unguentum.

Jam sæpius laudatus *Dan. Sennertus lib. 1. part. 2. pract. cap. 1.* varia in vigiliis nimiis ordinat unguenta, qvibus non solùm tempora, sed & plantæ pedum, volæ manuum, pulsus ac nares inungi possunt, ut:

℞. Ol. violar.
nymph.
Ung. popul ãã ℥j.
Opii Thebaic.

Cro

Croci orient.ãã gr.vj.
Ceræ parum.
Miſc. f. Unguentum.
vel ℞. Nucl.perſicor.
Sem.anethi ãã ʒj.
Contuſis affunde aq.lactuc. ʒiij.
exprimatur ſuceus,in qvo diſſolv.
Opii Thebaic.gr.vj.
Ol.papav.
Ung.popul.ãã ʒij.
Ceræ parum.
Fiat Ungventum.
vel ℞. Ung.popul.ʒij.
Sem.hyoſciam.
Cortic.mandragor,ãã ℈j.
Ol.nuc.moſchat.expreſſ.ʒß.
Opii Thebaic. ℈ß.
Miſc. & cum oleo papav.
f. Vnguentum.

A L I V D.

℞. Vng.roſac.
alabaſtrin. ãã ʒiij.
Croci oriental.gr.v.
Opii Thebaic.gr.iij.
cum oleo roſarum f. Vnguentum.

A L I V D.

℞. Vng.popul. ʒiij.
Ol.nucis moſchat.expreſſ.℈j.
Laudan.Opiat.gr.vj.
Extract croci gr. iiij.
Spec.diambr. gr.iii.
Miſc. f. Vngventum.

A L I.

ALIUD.

℞. Ung.popul.rec.℥ij.
Ol.papav.℥ij.
Sem.hyoſciam.gr.v.
Cortic.Mandragor.gr.x.
Opii Thebaic.gr.iij.
Croci orient.gr.vij.
Ceræ ℥ß.
Styrac.℈j.
Miſc. & f. Ungventum molle.

Et demum ℞. Ol.violar.
nymph.
Ung.popul. ãã ℥iiß.
Cortic.mandragor. ℥j.
Croci orient.℈ij.
Opii Thebaic.℈j.
Ceræ ℥vj.
Miſc. f. l. a. Ungventum.

Item: ℞. Ol. hyoſciami.
papav.
nymph.
mandragor.
violar. ãã ℥j.
Ung.popul.℥iij.
Pulv.cortic. mandragor.
Opii Thebaic. ãã ℥ij.
Croci orient.℥ß.
Ceræ q. ſ.
Miſc. f. Ungventum.

Ioh. Schröderus pharmacop. Medico-Chymic. lib. 2.

87. Ungventum anodynum deſcribit, qvod in ſiſtendo dolore podagrico & nephritico, ſi calidè adfectus eo illinatur, ſingularis ſit virtutis.

℞. H

℞. Fl. roſar. ſylv. M. x.
Herb. & cortic. exterior. hyoſciami rec. M. vj.
Conciſ. coq. in vini menſur. v. ; hinc exprimantur & colentur ; Colaturæ ſec. ignem ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatæ add :
Pingved. ſuill. caſtrat ℔ ij.
Miſc. optimè ad ignem, tandem ubi parum refrigerata fuerint, admiſce
Opii in vino ſolut ʒj.
Pulv. Croci ad magnitud. avellanar. ij.
Extract. fl. verbaſci ʒß.
Fiat Ungventum.

Ubi benè hîc notandum venit, ſi dolori nephritico id applicare velimus, operæ pretium fecerimus, ſi manipulos duos vel tres baccarum Juniperi ab initio compoſitionis cum hyoſciamo teramus & exprimamus.

Idem Ungventum qvoqve ſomniferum F. F. capiti eidem inſerit, qvod ad ſomnum conciliandum temporibus fronti & cervici ponè aures inungitur.

℞. Opii Thebaic. ϑij.
Croci orient. ʒß.
Ung. roſat.
alabaſtrin. ää ʒj
Ol. nuciſt. ʒv. ϑj.
Aceti ſambuci parum.
Fiat l. a. Ungventum.

Excell. *Rolfinctus* in *conſultationibus ſuis Medicinalibus* varia deſcribit ungventa, quæ Laudanum Opiatum ſibi admixtum habent, multumqve in dolore capitis, vigiliis ac inqvietudinibus valent. Sic ex *lib. 2. conſult. 1.* in dolore præſertim capitis

℞. Ung. alabaſtrin. ʒß.

Ol. nymph.
Camphor āā ℈ß.
Extract. Opii in Spir. vini dissoluat
gr. vj.

Misc. f. Ungventum.
Detur in pixide.

Item ex *lib. 2. consult.* 8.

℞. Ung. somnifer usitat. ℥iß.
Ol. papav. ℥j.
Nucleor. persic. expr. ℥ß.
Extract. Opii gr. iiij.
Croci gr. iij.

Misc. f. Linimentum, &
detur in pixide.
S. Schlaff Sälblein.

Et ex *Consultat. 9. libr. citat.* qvoqve

℞. Ol. rosar.
nuciſtæ
Ung. alabastrin.
popul. āā ℥j.
Laudan. Opiat. in Spir. lil. convall. diſ
ſolut. gr. xv.
ol. still. thuris gt. ij.
violar. q. ſ.

Misc. f. Vngventum, illinantur ossa tempo
rum & nucha.

Cariſſ. *Baldaſſar Timæus* von Güldenklee *libr.* 1. *de aeg*
fect. cap. caſ. 8. in dolore Capitis hoc quoque præscribi
& commendat Linimentum:

℞. Ung: alabastrin. ℥j.
popul. ℥ij.
Croci orient. ℈ß.
Opii Thebaic. gr. ix.

O

Ol. ſtill. anethi
Chamęmel. āā gt. ij.
Miſc. f. Linimentum,

Sic etiam *Ioh. Petrus Lotichius libr. 4. cap. 5. Obſerv. medicin.* 10. Ungventum habet, quod ſimiliter opium inreditur; illud autem admodum in urinæ ardore & ſtillicidio cum luis venereæ ſuſpicione adhiberi utiliſſimum judicat.

℞. Mucilag. ſem. lini
fœnigræci cum
aq. portulac. extract. āā ℥ß.
Pomad. opt. ℥ß.
Vitell. ovor. No. ij.
Camphor. ℈ß.
Opii gr. v.
Butyri rec. & non ſalit. q. ſ.
Fiat Linimentum.
S. Salb.

Franciſcus Deckerus in Notis & Obſervat. ad praxin Barbettianam lib. 2. cap. 2. ungventum præſcribit, qvod in tumoribus duris ſcirrhoſis & cancroſis omnibus commendat.

℞. Gumm. galban. puriſſ. ℥ij.
Opii Thebaic. ℥ij.
Spir. vini aromatic. ℥vj. (ex Salvia, ruta, baccis juniperi, ſem. carvi, aniſi, fœnicul. deſtillati & cohobati)

Mixta digerantur per octiduum, deſtillenturqve leni calore ex retorta vitrea, bisqve ad minimum cohobentur.

℞. Hujus deſtillati ℥ij.
Spir. ſalis armoniac. ℥j.

Digerantur iterum, leviſſimoqve calore deſtillet
tur per alembicum humilem, & ſeorſim ſervet
ſal volatile in forma ſicca.

℞. Salis hujus volatil ʒß.
Butyri non ſalitι ſeu ſæpius lavati ʒj.
Miſc. f. ungventum.

Cataplaſmata in febribus ex ungventis popul., ro
rum, telis aranearum & Opio parata mirificè Clarri
Lotichius in obſervationibus ſuis Medicinalibus laudat.

In hemicrania qvoqve lateris ſiniſtri cum auris doll
re *lib. 2. cap. 1. obſervat. 3.* calidè ſuper locum adfectum ſ
qvens applicat cataplaſma:

℞. Medull. pan. albiſſ. ℔ß.
Farin. ſem. lini.
fœni græci ãã ʒj.
Coq. in lact. vaccin. q. ſ. ad conſiſtent. Cataplaſm
tis, add:
Ol. Chamæmel.
anethi ãã ʒß.
ſem. papav. alb. ʒiij.
Croci orient.
Opii Thebaic. ãã ℈j.
Vitell. ovor. No. j.
Miſc. pro Cataplaſmate.
S. Cataplaſma.

Clariſſimus *Sennertus lib. 1. part. 2. prax. cap. 1.* in v
giliis nimiis duo præſcribit Cataplaſmata, qvorum p
us eſt *Dominici Leoni*, alterum ſui ipſius.

℞. Farin. hordei ʒiß.
Cortic. radic. mandragor.
Sem. hyoſciam. alb.
Cortic. papav. ãã ʒj.

Ser

Sem.lactuc.
portulac.
Fl. violar.
nymph.
papav. āā ℥ß.

Coq; omnia in ſucc.ſolan. hyoſciami & Mucilag. ſem.pſyllii, deinde add.

Ol.de mandragor.
nymph.
papav.
amygdal.dulc.āā ℥ß.

Iterum coq.ad formam pultis, & tandem add.lac muliebre, in quo Opii ℥j.fuerit diſſoluta.

F. Cataplaſma.
vel ℞. Sem.papav.alb ℥j.
Opii Thebaic.gr.iiij.
Croci gr.vj.
Nucl.perſicor.No.x.

Contuſa cum aq.anethi miſc.in formam pultis vel cataplaſmatis, ac extend. ſuper pannum lineum, qvi fronti & temporibus applicetur.

Zacutus Luſitanus prax. Hiſtor. lib. 1. *cap.* 8. *p. m.* 208.

mmiſſimo experimento invenit cataplaſma, qvod, cum ia præſidia ad ſomnum in vigiliis nimiis conciliandum on proſunt, ex tam multis celebratis præſtantiſſimum dicat, raſo ſincipiti appoſitum:

℞. Capit.papaver.
Herb.Coriandr.virid.
lactuc.
portulac.
hyoſciam.āā Mß.
Malv.

Salviæ
betonic.
Fl. violar. āā Mj.
rosar. ʒß.
nymph. ʒij.
chamomill. ʒj.
Radic. Mandragor. Mß.
Hordei p. ij.

Fiat decoctio in sufficienti aqvæ qvantitate quousque remaneat ℔j. Colaturę add:

Ol. papav. ʒiij.
violar. ʒij.
nymph. ʒiß.
chamomill. ʒj.
Pulv. absinth.
betonic. āā ʒiij.
fl. nymph. ʒij.
chamomill. ʒj.
betonic.
absinth. āā ʒiß.
rosar. āā ʒiij.
Aq. lactuc. ʒij.
Boli armen. ʒiiß.
Santal. rub.
citrin. āā ʒiß.
Vng. popul. ʒij.
Lact. muliebr. ʒiij.
Croci gr. xij.
Philon. persic. ʒij.
Opii gr. x.
Vitell. ovor. No. ij.
Aq. rosar. q. s.

Misc. f. Cataplasma.

Idem

Idem Zacutus Lusitanus prax. Histor. lib. 5. observat. 1.

Capitis dolorem inter immania tormenta numerat, cum persæpè ferinos concitet cerebri adfectus, ob causas multas, præsertim si à bilioso & erodente humore ortum ducat. Et si universalia & particularia auxilia non prosint, hoc cataplasmate utitur, cum summa utilitate temporibus & sincipiti adhibito.

℞. Herb. violar.
malvæ
oxycanthæ
acetos.
sempervivi
lactucæ āā Mj.
coriandr. virid. Mß.
Fl. nymph. No. iv.
Fl. ejusd. ℥iij.
anethi
chamomill.
sambuc. āā ℥ij.
Sem. lactuc.
portulac.
papav. alb. āā ℥iiß.
Coq. in sufficienti aqvę qvantitate qvousque remaneant ℔ij. add.
Farin. hordei ℥j.
fabar.
lentium āā ℥ß.
Vitell. ovor. No. iv.
Aq. album. ovor. ℥ij.
rosar.
portulac.
plantag. āā ℥iß.

Pulv. rosar.
santal. rubr.
corall. rub.
mastich.
absinth.
salviæ
fol. hyosciami ãã ʒj.
boli armen.
thuris ãã ʒiij.
agallochi ʒj.
Ol. nymph ʒij.
papav. ʒiß.
chamomill. ʒj.
Vng. rosac. ʒiij.
popul. ʒij.
Philon. persic. ʒiß.
Opii ʒß.
Croci gr. x.

Cum lacte muliebri omnia iterum in mortario plumbeo conqvassentur, & f. Cataplasma.

Et *Observat.* 2. ad dolorem capitis frigidum hoc excellentissimum existimat.

℞. Radic. angelic. ʒiiij.
poëon. mar. ʒij.
Herb. rutę
salvię
melissę
betonic. ãã Mj.
Fl. Rorismar.
stoëchad. ãã ʒiij.
aurant. ʒß.
Galang.
Cardamom.

Sem.

Sem. ocym. ãã ℥ij.
anisi
marathri ãã ℥j.
Coq. in sufficienti aqvæ qvantitate, qvousqve remaneant ℔ij, add.
Aq. vitę ℔ß.
Cinamom ℥iij.
Balsam. ℥j.
Styrac. liqvid. ℥ß.
Calam. aromatic. ℥ij.
Ligo. aloës ℥ß.
Mastich. ℥iij.
Pulv. absinth ℥iij.
fl. chamomill. ℥ß.
Thuris ℥j.
Macis ℥iij.
Cariophyll. ℥ij.
Cinamom. ℥j.
Vitell. ovor. No. iv.
Spec. aromatic. rosat.
diarrhod. abb. ãã ℥iij.
Theriac. rec. ℥ß.
Pulverisanda pulverisentur subtilissimè & cum ℥iij vini Malvatici & ℥ij aqvæ naphæ & ℥iv aq. Meliss. omnia conqvalsentur, add:
Ol. vulpin.
castor.
rutę
de ber. ãã ℥ij.
Farin. orobi. ℥iij.
lupin. ℥ij.
Philon. Pertic. ℥iij.
Roman. ℥ij.

Croci gr. xij.
Opii gr. viij.

Misc. f. Cataplasma, pro deplorato capitis dolore nulli secundum, præsertim si post pituitosa febres insolescat.

Adrian. Mynsichtus armament. Medico-Chymic. duo proponit Emplastra, qvorum prius Hypnoticum, alterum verò Narcoticum dicitur. Hypnoticum ejus mirabilis sanè virtutis ac efficaciæ est. Temporibus etenim, fronti & pulsibus impositum somnum jucundissimum producit, præsertim si vesperi ante lecti ingressum illud usurpetur. Insuper ad fluxiones capitis sistendas, omnesqve dolores sedandos præstantissimum & acuratissimum auxilum est; sed pro hystericis Galliis moschata omittenda.

℞. Ung. popul.
Ceræ Citrin. ãã ℥iij.
Opii Spagyric. præp.
Ol. nuc. moschat. express. ãã ℥iß.
Tacamahac.
Mastich.
Sandarac. ãã ℥j.
Styrac. calamit.
Oliban. elect.
Resinæ ãã ℥ß.
Galliæ moschat. ver.
Extract. Croci orient. ãã ℈j.
Ol. still. rosar. ver. ℈ß.
Misc. & f. Emplastrum,
ut est artis ad justam consistentiam.

Narcoticum verò ejus Emplastrum sic se habet:

℞. Succ. sempervivi domestic. ℥vj.

hyo-

hyoſciami
cicutæ
rorismar.
verben.
ſolani ãã ℥iij.
Ol. lil. alb.
camphor.
verbaſci
Chamæmel. ãã ℥iß.
Medull. Cervin. ℥j.

Coq. l. a. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſtea add:

Ceræ virgin.
Colophon. ãã ℥ij.
Ceruſſ. ℥iß.
Opii Spagyric. extract.
Fl. papav. errocic. ãã ℥iij.
Ol. Saturni.
Mumiæ transmarin. ãã. ℥ij.

Miſc., & f. Emplaſtrum, ut eſt artis.

Refrigerat & mirabiliter dolores & cruciatus podagricos placat, phlegmonas, eryſipelata, herpetas ſedat, cæteras qve omnes intemperies calidas, imò incandeſcentes inflammationum fervores potentiſſimè extingvit. Inſuper ad capitis dolorem ex intemperie calida ortum expedit, nec non temporibus ac pulſibus applicatum ſomnum conciliat.

Franciſc. Deckerus in Not. & obſervat. ad praxin. Barbettianam lib. 2. cap. 2. Emplaſtrum in Cancro palliativũ anodynum deſcribit, qvod mirabiles in eo præſtat operationes.

℞. Emplaſtr. diapalm.
diapompholyg. ãã ℥ß.

Opii

Opii Spir. vini dissolut. ʒj.
Fuligin. splendent. ϑiiij.
vel Salis volatil. armoniac. ϑij.
Malax. ol. solan. express.
q. s. Misc. f. Emplastrum.

Clariss. *Sennertus lib. 1. part. 2. prax. cap. 1.* duo habet Emplastra, quæ in vigiliis nimiis meritò cæteris sunt præferenda;

℞. Capit. papav. alb. cum sem.
Cortic. mandragor. ʒij.
hyosciami ãã ʒvj.
Fol. lactuc.
salicis.
Fl. nymph.
rosar. ãã M. j.
Ol. olivar. ℔j.
Vini alb. ℔ ß.
Coq. ad vini consumptionem;
Colaturæ ℞. ℔ ß.
Sem. lactuc. ʒij.
Opii ʒiß.
Croci orient. ϑij.
Ceræ q. s.
Fiat Emplastrum pro fronte & temporibus.
Item ℞. Vng. popul. ʒj.
Sem. hyosciam. ϑiiij.
Opii Thebaic.
Croci orient.
Ol. nucis mosch. express. ãã ϑß.
Radic. mandragor. ϑij.
Ol. d. papav. ʒß.
Ceræ q. s.
Misc. f. Emplastrum.

C A-

CAPUT XIV. ET VLTIMVM.

De

Nodulis ad Odorandum, item de Pomis somniferis, in quorum compositionibus Opium reperire licet.

CLarissimus *Sennertus libr. 1. prax. part. 2. cap. 1.* duos ad odorandum in vigiliis nimiis Nodulos, qvi opium sibi admixtum habent, commendat.

℞. Fl. violar.
nymph.
rosar. ää p. j.
Sem. lactuc.
papav. alb. ää ʒj.
hyosciami
Cortic. papav. alb.
mandragoræ ää ʒß.
Opii Thebaic. gr. iiij.
Croci orient. ϑß.
Misc. & cum Sindone rubra vel linteo albo f. Nodulus naribus sæpius admovendus, qvi etiam intingi potest in aq. rosar. lactuc. solani.

vel ℞. Fl. nymph.
violar. ää p. j.
Cortic. papav.
mandragor. ää ʒi.
Opii Thebaic.
Croci orient. ää ϑß.
Cum linteo vel syndone rubra
f. Nodulus.

Pomum autem somniferum hoc modo describit.

℞. Fl. violar.
Sem. cicut.

hy-

hyoſciam. āā ʒj.
Opii Thebaic. ϑj.
Camphor. ϑß.
Cinamomi.
Cariophyll. āā ʒß.
Aſæ dulc. ϑij.
Ladan.
Styrac. liqvid. āā ʒij.
Miſc. & cum aq. hyoſciami
f. ſ. a. pomum.

PARS IV.

Morbos omnes & ſingulos, in qvibus egregias ſuas virtutes Laudanum Opiatum exſerit, partim ſecundum rationis normam, partim ſecundum obſervationum variarum à nobismet ipſis, & aliis Viris in Medicina præſtantiſſimis, fide dignis & expertis comprobatarum certitudinem exhibet.

CAPUT I.

Morbos Capitis & Cerebri, in qvibus Laudani Opiati uſus proficuus eſſe poteſt, examinabit; in qvorum numero autem dolores primò capitis, vigiliæ & inqvietudines ejus uſum avidè percupient.

CUm de Laudano Opiato (quam vocem, Laudanum ſcilicet per univerſum hunc Librum, modò intelligamur, more vulgari retinemus) ac cæteris Medicamentis ex Opio præparatis, qvæ aliàs Opiata dicuntur, generaliter omnibus totius corporis accidentiis inſervientibus egerimus, ad Laudani Opiatii qvod

vod particularibus qvorumcunque membrorum ad-
ectibus à veneranda antiqvitate, tum à noſtro ſeculo
recentioribus, ſummâ urgente neceſſitate, deſti-
atum & conformatum eſt, uſum nobiliſſimum ac
ræſtantiſſimum deferimur. Ubi potiſſimum in uni-
erſa hac parte, egregium hunc in particularibus qvo-
mcunqve membrorum adfectibus Laudani Opiati
ſum certis Autorum præcipuorum teſtimoniis obſer-
ationibus eximiis & variis Medicamentorum formu-
s, qvarum baſis potiſſimum Laudanum Opiatum eſt,
mus probaturi. Quocirca ea Medicamina (qvo-
m baſis, urgente neceſſitate, Laudanum Opiatum
ſt) qvæ ad cerebri, nervorum & capitis mala à recen-
oribus potiſſimum inventa & ordinata ſunt, recenſere
uſpicabimur.

In doloribus ergô capitis, vigiliis & inqvietudini-
us Laudani Opiati uſus, urgente neceſſitate, eſt inſti-
uendus.

Felix Platerus Tom. 2. cap. 3. prax. ſtupefacientia ſen-
m, inqvit, in ſummo capitis dolore; præſertim ſi vi-
iliæ qvoqve adſint, exhibere, neceſſitas qvandoqve co-
it, idqve maximè in cauſa calida. Tuncqve Syrupum
e papavere, vel alia narcotica leviora, ut pulverem dia-
apaveris exhibemus. In aliis verò cauſis narcoti-
a non facilè dantur, preſertim cum (ſicut alibi di-
tum) poſtquam ſuas vires exercuerunt, capitis do-
ores poſt ſe relinquere ſoleant: niſi fortè illa ſic con-
mperata ſint, ut minus noceant; ſicuti theriacam, mi-
ridatium tutius eo nomine vel diacodium, reqviem-
ve *Galeni* minimâ tamen qvantitate damus: qvod & vi-
um generoſum largius ſumptum, ob narcoticam vim
lius præſtare poteſt.

Cautelam egregiam nobis benè obſervandâ hînc pro-

po-

nit *Ludovicus Septalius lib. 5. animadv. & caution. Medic.* §. 4. & 5. Qvin imô in oxyrrhodinis & similibus, ait nunqvam narcotica admiscenda esse censeo, ratione dolorum, sed cum vigiliæ inde succedant, unde maxime vires collabascant, in usum aliqvando venire possunt; sed tamen futuris aut nulla aut debilia applicari debent; sed fronti potius & temporibus. Multoque minus somnifera hæc per os erunt sumenda in intemperie calida sine materia, ratione doloris, cum inde nullum vitæ impendeat periculum, nec ullus sibi ob capitis dolorem manus intulerit, teste *Galeno*, ut ex aurium & oculorum dolore; ob diuturnas tamen vigilias sæpe potest.

Lazarus Riverius lib. 1. prax. Medic. cap. X. Si dolor capitis valdè urgeat: ad narcotica ut veniamus, nobis autor est tàm externa qvàm interna, prout in dicta cura ratione phrenitidis usurpata sunt. Et *lib. 3. de Febr. cap.* In dolore capitis, vigiliis & delirio, narcotica, si alia non sufficiant, concedit, qvæ acrium & malignorum vaporum ascensum ad cerebrum mirum in modum prohibent, & somnum conciliant. Ea tamen parvâ dosi usurpanda, ut Syrupi d. papav. ℥ß., vel urgente necessitate Laudani Opiati gr. ij. cum conserva rosarum utiliter exhibebuntur, vel in Julepo aliqvo dissolventur; vel illius loco theriaca recens ad ℥ß. Hæc tamen narcotica, rarò & in parva dosi usurpanda, qvia venenum concentrant, qvamvis sudorifica à nonnullis habeantur.

Excellentissimus *Rolfinctus lib. 1. part. 1. epitom. method. cognosc. & curand. particular. corporis morb. cap. 1. de dolor. capitis.* Anodyno-Narcoticâ facultate prodest Laudanum Opiatum cum spiritu vini vel etiam acidis succis & spiritibus paratum scribit. Dosis gr. j. ij. cùm Nepenthes ex sulphure vitrioli narcotico non sem-

er exspectationi satis faciat. Ob hujus qvoqve Lauda-
i Opiati in dolore capitis præstantiam celeberrimus il-
vir *lib. 2. consultat. Medic. 1.* hocce præscribit Electua-
um:

℞ Conserv. Rosar.
nymph.
bugloss: āā ℥j.
Condit. radic. cichor.
Lactuc. Italic, āā ℥iß.
Spec. diamarg. frigid.
Corall. rubr. præp. āā ʒß.
Laudan. Opiat gr. iij.
Misc. & cum Syr. Conservat. Citri q. s.
f. Electuarium.
Detur in pixide
S. Stärckzucker auff eßliche mahl.

Ad mitigationem, inquit, porrò, doloris, qui non-
unqvam vigilias auget, respiciendum, & anodyna in
uxilium vocanda, ea scilicet, quæ in centro suo deti-
ent causam morbificam, ne extra pomœria divagata,
ncinare & vellicare possit membranosa capitis tegmi-
a. Intus exhiberi potest seqvens:

℞. Conserv. violar. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Misc. cum q. s. Sacchari, &
f. Bolus S. Ruhebießlein.
vel ℞. Magister. Anodyn. cum
Margarit. præp. gr. vj.
Detur horâ somni in cochleari cerevisiæ frigidæ.

Et Consultat. Medic. 3. lib. jam citat. ita differit, Quod
i mitiorum horum usus (in vigiliis) nihil profecerit, ge-
neroſioribus insistendum.

S ℞. Lau

℞. Laudan. Opiati gr. iij.

Reformentur cum Spir. vitrioli vel oleo Citrii additis Magister. petlar. Corallor. ãã gr. ij. & f. Pilulę No. v. quæ dentur in pixide involutæ Magisterio C. C.

S. Kräfftige Ruhe haltende Pillen.

Sumantur cum cochleari aquæ Nympheę.

℞. Magister. Anodyn. *Rolfinc.* gr. iij.
Nitri anodyn:
Lapid. Bezoar. orient. ãã gr. ij.
Elæosacch. Citri
Cinamom. ãã gr. v.

Misc. in mortario marmoreo
Fiat pulvis. S. Liebliches Schlaff-Pulver.

Circa noctem in cerevisia frigida offeratur.

℞. Emuls. rosat. vel violat. Mynsicht. ℥iv.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Margaritar. præp. gr. vj.

Misc. detur in vitro &
S. Schlaff Milch.

℞. Aq: flor. persicor.
rosar.
nymph. ãã ℥iß.
Acet. rosac.
rutac. ãã ℥iß.
Salis prunell. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iiij.

Misce, detur in fictili
S. Bimbschlag Wasser.

Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatric. cap. 1. de dolor.

Capitis. Dolorem omnem triplicter auferri contendit. Primò iis, quæ causam doloris tollunt, eiqve hoc modo sunt

ant contraria: Secundò Anodynis & Paregoricis, quæ ausam doloris mitigant, consopiunt & æqvabilem red-unt, leniterqve rarefaciunt: Tertiò Narcoticis, quæ olorem non percipi faciunt. Hæc propriè, inqvit, do-oris causam non tollunt, nisi per somnum fortè, quem nterius assumpta faciunt, mitigetur & cõcoquatur. Do-or vehementissimus narcoticum, mitior anodynũ in-icat. Si igitur dolor ab intemperie calida cerebri vel va-oribus calidis fiat, ur in febri, cuiqve occurri possit, prę-issâ evacuatione per clysterẽ, statim vena secetur, præ-rtim, si adsit plethora, aut totius corporis intemperi-: aut qvod magis adfectum spectat, applicentur omo-atis cucurbitæ cum scarificatione. Imò eæ sæpius ite-tæ in magnis doloribus eodem die sine scarificatione pplicentur. Hînc frontale aliqvod Anodynum appli-tur:

℞. Laudan. opiati ℈ß.
Aq: solan.
rosar. ãã ℥iij.
Acet. rosac. ℥ ß.
Misce, & lintea in eo madefacta applicentur fronti.

Olfaciat qvoqve æger sæpè aqvam rosaceam, in qua mphora soluta sit, faciemqve eâ lavet. Interius den-r, quæ intemperiem alterant, humores noxios edu-nt, quæque vim habent anodynam, qualia sunt Lau-na proposita. *Et cap.* 8. Ad vigilias, porrò inquit, on incongruum erit fronti hoc applicare Epithema, pius linteis exsiccatis renovandum:

℞. Aq: solan.
lactuc. ãã ℥ij.
Acet. rosac. ℥ ß.

Laudan. Opiat. ℈j.
Camphoræ gr. vj.
Misc. pro Epithemate.

Possunt qvoqve nares inungi Vngvento seqventis

℞. Ung. popul. ℥j.
Essent. Opii gr. iij.
Misc. pro Vngvento.

Aut ℞. Ol. nucis moschat. express. ℈j.
Laudan. Opiat. ℈ß.
Misc. f. Balsamum pro somno conciliando.

Gregor. Horstius lib. X. *de pharmaceutic. observ.* 3. *curat.* 4. & 9. incredibilem ferè Laudani hujus Opiati in dolo-ribus capitis demulcendis ac vigiliis nimiis somno sva-viori mitigandis usum maximè illustrat, cum de eo eleganter Clariss. *Petrum Kraus* Med. Doctorem experientissimum sic loqventem adducit: Uxor mea dilectissima aliàs hypochõdriaca, valdè catarrhosa, Anno 1621 Mense Decembri à tertio usqve ad quartum impræ-gnationis mensem vehementissimâ tussi cum doloribus capitis, qvibus aliàs uterum gerens obnoxia est, adeò a-cerbissimis correpta fuit, ut neque dies neque nocte qvieta esse posset. Omnibus, qvę qvidem excogitari possunt, tentatis remediis, tàm internis qvàm externis laterem me lavare, imò periculum matri & embryoni maximum imminere deprehendo. Tandem ad meum Laudanum tanquam sacram anchoram confugiens, hoc-râ somni sesqvi granum saltem hujus Opiati ipsi deglu-tiendum offero: tanto certè, Deo sit gratia, cum emo-lumento, ut non modo torâ nocte cum copioso sudore circa auroram optimè dormiverit, verum etiam dolo-res maxima ex parte cum tussis vehementia mitigari ce-perint. Altero die circa vesperam hoc medicamen-

ge-

genere, & qvidem ad granum saltem unum repetito, Deo feliciter ita fortunante, omnia symptomata, ad miraculum usqve evanuerunt, beneqve habuit, & felicissimè peperit. Sæpius postea imprægnationis præsertim tempore ratione tussis & cephalalgiæ molestissimæ, & pro catarrho exiccando, cum magno successu, sequentes pilulas horâ somni devorandas ipsi & aliis exhibui:

℞. Mass. pil. ex aloë lot. ʒj.
Thuris albiss.
Mastich. opt. ãã ℈j.
Fl. sulphur gr. v.
Benzoin. gr. iij.
Solut. Corallor. gr. v.
Ol. succin. alb. gt. ij.
Tinctur. fl. rosar. gt. xxx.
Laudan. nostr. Solar. gr. iij.
Cum aq. primul. ver. & tussilag.
f. pilulæ pro dosi ʒß cum Syrupo violato.

Hę pilulæ valdè mihi freqventes fiunt in ejusmodi casibus.

Et Curat. 9. observat. jam citat. Rusticus qvidam in Tharsdorff/ Hanß Ziegler (Anno 1628. 2. Decembr.) naturâ melancholicus post magnam animi incandescentiam & crapulam, incidit in vigilias cum dolore capitis & hypochondriorum appetitu dejecto, fit tristis & cogitabundus, indies augetur malum, delirare incipit, ac tandem verus maniacus evasit, ita ut vinculis cohiberetur. Pastor ejusdem loci de ægro sollicitus, in consilium me vocat; præscribo purgantia & alterantia vulgaria; sed frustra. Cum alvus omnimodè esset suppressa, mitto dosin mei catholici purgantis, qvod in brodio prunorum dissolvebatur, & ægrotanti per vim infunde-

 batur.

batur. Hoc tanto cum impetu ἄνω καὶ κάτω effectum edit, humoribus nimirum variis bilioſis & aduſtis ejectis, ut omnes obſtantes ſatis mirari non poſſent. Horis veſpertinis offero ei Laudanum meum ſolare: aliasqve conſervas alterantes & confortantes præſcribo. Admiraculum uſque ad integram mentem rediit, proſperâ jam utens valetudine.

Libr. verò 1. de Febrib. obſervat. 22. ipſe Clariſſ. *Horſtius* ita loquitur: Nobilis adoleſcens Bohemus annorum 16. ex Myskiorum familia, conſtitutione corporis calidus, ſiccus, tempore canicularium An. 1610. Illuſtriſſimo noſtro ſerviens in itinere Colonienſi incidit in febrim continuam, cui non parum occaſionis præbuerat aëris externi intemperies calida, ſicca, vinique generoſioris uſus, cui, ex patria primò veniens nondum admodum adſvetus erat. Hic tertiâ morbi die *Coloniam* veniens, meum implorabat auxilium, totus calore febrili ſqvalidus ac exuſtus qvaſi, ſomno penitus deſtitutus, & ad delirium inclinans. Qvemadmodum verò ex vaporoſis exhalationibus interdum ſomnus præter naturam oritur, ita frequenter in bilioſis & malignis febribus ex incendio & acribus fumis excedens vigilia ſuam generationem obtinet, quod etiam huic ægrotanti accidebat, ubi ſymptoma hoc tàm grave erat, ut ad ſe curationem omnem traheret, cum propter diſſipationem ſpirituum vita maximè periclitaretur; præſcriptis igitur emulſionibus ex ſem. papav. albi, 4. frigid. maj. cum aqvis refrigerantibus & cordialibus, ordinatis etiam balneis pedum ex herbis refrigerantibus, ut flor. roſar. lactuca, nymphea, foliis vitium, ſalicis, capit. papav. & ſimil. Imò & frictionibus brachiorum ac ligaturis, halitus cerebrum occupantes revellere, & ſomnum pro-

roducere, conati ſumus, ſed fruſtra, magis ac magis ad delirium totalemqve virium reſolutionem æ-ro tendente. Hanc ob cauſam ad uſum Laudani Opiati acceſſimus, cujus grana iij. cum Syrup. papav. rratic. diſſolut. exhibuimus, qvo aſſumpto, paulò oſt æger in ſomnum decubuit, integrâ nocte quie-cens, qvem matutino tempore ſuſcitatum corrobo-antibus, & victu maximè humectante & temperatè efrigerante reficiendum eſſe ſtatui, donec paulu-um viribus collectis, qvod reſiduum erat, de morbifi-ca materia per convenientia medicamenta tolleretur.

Nuper ad me ſtudioſus quidam Theologiæ & Miniſterii Candidatus, de ſummis & intolerabilibus conqverebatur capitis doloribus, adeò certè acerbiſſimis orripiebatur, ut neque dies neque noctes quietus eſſe, neque oculos ſuos attollere, ac hominem intueri poſſet. Cum graviſſimi hujusmodi dolores ex ventriculi cruditate & malo hypochõdriaco potiſſimum orirentur, præſcripſi illi prius pilulas purgantes, quæ tales erant:

℞. Extract. panchymagog. *Crollii.*
Catholic. ãã gr. viij.
Hellebor. nigr.
Rhabarb. ãã gr. iij.
Tartar. vitriolat. gr. v.
Reſin. Gialapp.
Scammon. ãã gr. iij.
Ol. ſtill. cortic. Citri
aurant. ãã gt. ij.
Miſc. & cum ſyrup. roſar. ſolutiv. q. ſ. f. l. a. pilulæ No. xiij.
Conſperg. pulvree cinam. & dentur ad chartam.

S. Purgierende Pillen auff einmahl.

Deinde ut capiti tepidè hocce Epithema applicare tur, jussi.

℞. Nucl. persicor.
Sem. Cannab.
papav. alb.
Acet. rosar. āā ʒß.
Pulv. Cariophyll. ʒß.
Camphor.
Laudan. Opiat. cum succ. citri præp
āā ℈ß.

Aq. betonic
rosar.
verben. āā ʒij.

Fiat l. a. instar Emulsionis.

S. Vberschlag zum Haupt.

Qvibus dolor ille immanissimus prorsus evanuit: Studiosusqve ille mihi gratias egit maximas.

Ioh. Petrus Lotichius contra insomniam atqve inquietudinem egregia tàm interna quàm externa ordinat remedia. Sic ex *lib. 1. cap. 7. observat. medic. 2. & 3.*

℞. Syr. d. papav. ʒij.
Confect. Alcherm. ℈j.
Laudan. Opiat. gr. iß.
Ol. still. carvi gt. ij.
Aq. buglos.
borragin. āā ʒj.
Cinamom. ʒij.

Misc. diligenter, & f. Haustulus.

S. Ruhetränckle in auff einmahl.

vel ℞. Syr. d. papav. ʒij.
Laudan. Opiat. gr. iß.
Ol. still. carvi gt. ij.
Spec. diamarg. fr. ℈ß.

Aq.

Aq. lactuc,
solan. ãã ℥ß.
Misc. f. Haustulus.
S. Ruhetränckle in.

Lib. verò 1. cap. 3. observat. Medic. 2. contra vigilias nacce externa præscribit Medicamina.

℞. Ung. popul.
rosar.
alabastrin. ãã ℥ß.
Opii Thebaic. gr. iij.
Misc. pro Vngvento
S. Ruhe Salb.

Et *lib.* quoque *jam citat. cap. 7. observ. 9.* contra vigilias & somni defectum illoc nares & tempora inungi iussit:

℞. Ol. violar.
papav. ãã ℥ß.
Opii Thebaic. aceto solut. gr. iiij.
Ol. nuc. moschat. express. ℈j.
Moschi elect. gr. ij.
Misc. pro Linimento
S. Sälblein.

Clariss. *Sennertus lib. 1. prax. part. 2. cap. 1.* Laudani Opiati in vigiliis nimiis usum miris extollit laudibus, & quoniam istud instar omnium esse potest, & frequentissimè etiam usurpatur, varium ejus usum in potionibus, syrupis, emulsionibus, pilulis, electuariis, epithematibus & cataplasmatibus, ungventis, balsamis, emplastris, sacculis odoratis & pomis somniferis monstrat.

Franciscus Piëns Tractat. special. de Febrib. cap. 8. Viro Hornano febriciranti ac vigiliis nimiis correpto hunce præscripsit pulverem.

℞. Salis Tartari
Tartar.vitriolat.ãã gr.viij.
Ocul.Cancri præp.
Lapid.prunell.ãã gr.xi.
Sacchar.perlar.℈j.
Laudan.opiat.gr.j.boni pond.
Misc. f. pulvis.

Nos etiam his quasdam medicamentorum formulas, quas Laudanum opiatum ingreditur, à nobis & aliis Medicis practicis comprobatas, quæ in hisce doloribus capitis, vigiliis ac inquietudinibus multum præstant virtutis, ac felicem quoque effectum promittunt & servant, sumus subjecturi.

In dolore capitis vehementiore & inquietudine summa.

HAUSTUS

℞. Laudani Opiati gr.iij.plus minusve pro ægrotantis ætate & viribus.
Syr.d.succ.cerasor. nigr. dulc. sylvestr.ʒß.
Aq:verben. cephalic.ãã ʒv.
Spec.diamarg.frigid. ℈j.
Ol.still.nuc.moschat.gt.iij.
Essent.Corallor. margaritar.ãã gr.iij.
Spir.Vitrioli rectificat.gt.iij.

Remisc.accuratè,fiat Haustus.

BOLUS

℞. Conserv.majoran. betonic. anthos ãã ℈j.
Spec.diambr. aromatic.Cariophyllat.ãã ℈ß.

Ol.

Ol.ſtill.Cortic.aurant.gt.ij.
Laudan.opiat.q.ſ.
Fiat Bolus.

ALIUS

℞. Conſerv.fl.pœon.
verben.
ſtæcchad.Arab.ãã ℈j.
anthos ℈ß.
Spec.d.gemm.gr.xij.
Lapid.Bezoar orient.
Smaragd.præp.ãã gr.iij.
Rob.Ceraſor.nigr.ſylveſtr.℥ß.
Ol.ſtill.Coriandr.gt.ij.
Laudan.opiat.q.ſ.
Miſc. f. Bolus.

PILULÆ

℞. Spec.d.hyacintho.
diamarg.frigid.
Eſſent.Margaritar.
Corallor.ãã gr.vj.
Laudan.opiat.q.ſ.
Ol.ſtill.majoran.gt.ij.
Miſc. & cum extract.calam.aromatic.q.ſ.
f. Pilulæ parvæ.

ALIÆ

℞. Succin.alb.præp.℈ß.
Pulv.radic.ariſtoloch.rot. ver.
Cran.human.præp.ãã gr.iij.
Eſſent.croci orient.gr.iv.
Laudani opiati q.ſ.
Miſc. & cum eſſent. cinamom. q.ſ.
f. Pilulæ parvæ.

PO

POTIO.

℞. Aq: ceraſor. nigr.
majoran.
anthos.
betonic. āā ℥ß.
Syr. de ſtoëchad.
papav. erratic. āā ℥iij.
Extract. theriacal. gr. v.
Confect. d. hyacinth. ℈ß.
Laudan. Opiati. q. ſ.
Miſc. accuratè, & f. potio.

In vigiliis immodicis ac Spirituum animalium agitatione nimia.

HAUSTUS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Aq. papav. rh. ℥ß.
Syr. papav. ſimpl. ℥ij.
Elæoſacchar. aniſi ℈ß.
Spir. vitrioli gt. iij.
Miſc. & f. Hauſtus, pro una doſi veſperi exhibendus.

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Aq. hypnotic. *Mynſ.* ℥ß.
Syr. papav. rh. ℥ij.
Elæoſacchar. fœnicul. ℈ß.
Ol. margaritar. oriental. gt. iij.
Miſce & f. Hauſtus pro una doſi.

POTIO.

℞. Decoct. jujub.
Sebeſten āā ℥j.
Aq: fl. papav. erratic. ℥ß.

Tii

Tinctur. Corall. gt. v.
croci gr. vj.
Laudan. Opiat. q. s.
Ol. nuc. moschat. express. gr. iiij.
Misc. accuratè & f. potio.

A L I A

℞. Aq. lactuc.
violar. purpur. ãã ℥ß.
cephalic. *Lang* ℥iij.
Laudan. Opiati q. s.
Syr. flor. papav. erratic. ℥ß.
Misce accuratè & f. potio

A L I A

℞. Spec. diamarg frigid.
d. gemm. frigid.
Hyacinth. præp.
Smaragd. præp.
Nitri perlati ãã ℈ß.
Magister. corallor.
perlar. ãã gr. v.
Laudan. Opiat. q. s.
Syr. papav. erratic. ℥iij.
Aq. lactuc.
violar. purpur.
nymph. ãã ℥ß.
Spir. Vitrioli gt. v.
Misce f. Potio.

P I L V L Æ.

℞. Ol. nucis moschat. express. gr. v.
Essent. Corallor. gr. iv.
Extract. croci gr. iij.
Laudan. Opiat. q. s.
Misc. & cum Syr. d. papav. rh. q. s. Pilulæ.

ALIÆ

ALIÆ

℞. Pulv. ſuccin. alb. præp.
Ambr. gryſ. ãã gr. iij.
Ol. ſtill. roſar. gt. v.
Laudani opiat. q. ſ.
Miſc. & cum Syr. violar. purpur. q. ſ.
f. Pilulæ.

ALIÆ

℞. Extract. Caſtorei gr. j.
Trochiſc. Galliæ moſchat. gr. iij.
Laudan. opiat. gr. vj
Miſc. & cum Loch de papav.
f. Pilulæ.

ALIÆ

℞. Laudan. Opiat. q. ſ,
Magiſter. perlar. orient.
Ambræ gryſ: ãã gr. iij.
Miſc. & cum oleo Styrac. calamit. formentur pilulæ parvæ, quę deaurentur pro una doſi.

ALIÆ

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Magiſter. Corallor. rub,
Lign. aloës ãã gr. iij.
Miſc. & cum Ol. aſæ dulc. f. Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

BOLUS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. roſar. rubr. vitriolat. ℥j.
Loch. de papav. ℈ß.
Spec. diamoſch. dulc. ℈ß.
Extract. croci gr. iij.
Miſc. & cum Rotul. diarrhod. alb.
f. Bolus pro una doſi.

ALI-

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Conserv. violar. vitriolat. ℥j.
Loch de papav. ℥ß.
Spec. diambr. ʒß.
Extract. fl. helenii gr. iij.
Misc. & cum Rotul. diamarg. frig.
f. Bolus pro una dosi.

ALIVS.

℞. Conserv. caulium lactuc. Hispanic.
Condit. ℥iß.
fl. violar. purpur. ℥ij.
Spec. diatrion santal.
diamarg. frigid.
d. gemm. frig.
Pulv. Croci orient. ãã gr. vi.
Laudan. Opiat. q. s.
Spir. vitrioli gt. iiij.
Misc. & cum Syr. cerasor. nigr. vel papav.
rh. q. s. f. Mixtura ad Bolum.

ALIUS.

℞. Conserv. flor. papav. erratic.
nymph. ãã ℥ij:
Spec. diamarg. frigid.
d. gemm. frig. ãã gr. vj.
Laudan. Opiat. q. s.
Misc. & cum Syr. papav. rh. q. s.
f. l. a. Bolus.

***

C A-

CAPUT II.

Laudani Opiati in capitis adfectibus frigidis usum excellentissimum exhibet.

CUm Cerebrum sive ab intemperie solùm frigida sive ab humoribus multis pituitosis sæpius sit imbecillum, ac ut medicamentis specificis roboretur ac conservetur, necessitas postulet, Laudanum nostrum Opiatum huic multum quoque tribuere valet, ac in eo corroborando divinas planè præstat operationes; ideo varia quoque ex eo construuntur medicamentorum genera, quæ ejusmodi cerebri imbecillitate correpti offerri debent; nos ea quæ in usu quotidiano nobis sal tem sunt, hoc tempore sumus selecturi.

HAVSTVS.

℞. Aq. Majoran. ℥ß.
Syr. betonic. ℥ij.
Confect. Smaragdin.
de hyacinth. ãã ℈ß.
Magister. corallor.
succin. ãã gr. iiij.
Ol. Margaritar. orient. gt. iiij.
fœnicul. gr. j.
Laudan. Opiat. q. s.
Spir. vitrioli q. s. ad gratissimam acetositat.

Misc. & f. Haustulus pro una dosi.

ALIVS

℞. Syr. è succ. cerasor. nigr.
Aq. verben.
Nucis moschat. ãã ℥ij.
Confect. d. hyacinth.
Smaragdin. ãã ℈ß.

Si

Sali Corallor.
Margaritar. orient. ãã. gr. iij.
Laudan. Opiat. q. s.
Ol. still. succin. alb. gt. j.
Misc. f. Haustus pro una dosi.

PILVLÆ

℞. Magister. Perlar. orient.
Corallor. rub.
Smarad. præp. ãã gr. iij.
Laudan. opiat. q. s.
Misc. & cum oleo still. fœnicul. f. Pilulæ parvæ inaurandę pro una dosi.

ALIÆ

℞. Magister corall. rub.
Hyacinth. præp. ãã gr. iij.
Laudan. Opiat. q. s.
Misc. & cum oleo succini alb. vel majoran. f. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una dosi.

BOLUS

℞. Conserv. Majoran.
anthos
Meliss. ãã ʒß.
Confect. Smaragdin.
Hyacinth. ãã ϑß.
Spec. diambr.
diamosch. dulc. ãã gr. v.
Laudan. Opiat. q. s.
Misc. & cum Elæosacch. Cinamom. q. s.
f. Bolus pro una dosi.

ALIVS

℞. Conserv. fl. salviæ
lavendul.

anthos ãã ʒß.
Confect. Alcherm. c. a. & m.
d. hyacinth. ãã ϑß.
Spec. diamosch. dulc.
plerefarchontic. ãã gr. vj.
Magister. corallor.
succin. alb. ãã gr. iiij.
Laudan. Opiat. q. s.
Ol. still. macis gr. ij.
Man. Christi perlat. q. s.
Misc. f. Bolus pro una dosi.

Pro secreto adhuc habemus Electuarium qvoddam Cephalicum, qvod cerebro corroborando, & illius simul adfectibus propugnandis, speciali dote conducit. Feliciter etiam datur apoplecticis, epilepticis, vertiginosis, lethargicis, paralyticis & tremori obnoxiis. Illud autem libenter ægrorum in emolumentum sumus tradituri; & ita paratur:

℞. Conserv. anthos.
Condit. radic. pœon. ãã ʒj.
nucum jugland No. ij.
Nuc. moschat. in India condit. No. j.
Rotul. diamosch. dulc.
diambr. ãã ʒj.
Confect. Alcherm. cum a. & m.
d. hyacinth. ãã ʒj.
Smaragd. præp.
Hyacinth. præp. ãã ʒß.
Laudan. Opiat.
Magister. succin.
Corallor. ãã ϑj.
Perlar. orient. ϑß.

Elæo-

Elæosacch. succin. alb.
majoran.
rorismarin. āā ℈j.

Misc. & cum Syr. cortic. Citri & Cinamom. āā q. s. f. Electuarium, qvod detur in fictili. Dosis est à ʒj. ad ʒij. & ʒß.

CAPUT III.

De

Laudani Opiati in adfectibus phreneticis, Melancholicis & Maniacis usu planè mirabili.

Alexander Trallianus lib. 1. cap. 13. de Phrenitide somniferorum & narcoticorum usum in hoc adfectu non contemnit, si cum cautela fiat. Post sangvinis vacuationem, inqvit, parti qvoqve remedia inducenda sunt, & caput oxyrrhodino madefaciendum, ne ipsum, cum calidum sit, liberalius humores attrahat, atque idcircò eis repleatur. Aceto autem ea quæ mitigant & somnum conciliare poterunt admiscere conabimur. At cum morbus viget, & vigilias mentisqve alienationem inducit, adhuc magis succurrendum est, & largius oxyrrhodino superfundendum: Item ea quæ odorem movent, naribus adhibenda, nec non unctionibus utendum, ut omni ratione vigilias exscindamus, somnumqve ægro accersamus, qvod solum & maximum est deliberativum; & cujusvis morbi remedium. Qvod si his administratis, vigiliæ & alienationis symptomata perseverent, dato ei potu medicamentum, qvod à papaverum capitibus diacodion Græci appellant ad omnia futurum utilissimum. Non solùm enim vigiliis, sed etiam febri medetur, præterea Caput tanqvam ab igne adustum refrigerare pote-

rit. Sin autem nihil admodum impellit, urgetqve, no-
li medicamentum diacodium exhibere: præsertim si
neqve phrenitis quædam germana esse videatur, sed etc
iam pituitę nonnihil particeps sit, ut ipsa quoque falsa
nominetur: tunc caveto, ne idipsum vel aliud quoddam
ad soporem torporemq; inducendum efficax offeras. Nã
in his qui infirmas vires habent, non vulgaris noxa, imò
in talium potionem interdum mors comitatur,

Egregiam hanc *Tralliani* sententiam ferè repetit, &
confirmat quoque Excell. *Gvern. Rolfinciuslib.* 1. *methoad.*
cognosc. & *curand morb particular. part.* 1. *cap.* 3. in phre-
nitide, inqviens alterantia intemperiem viscerum & fe-
brilem calorem necessaria sunt, tum 1. INTERNA,
quæ communi specificâ & narcoticâ facultate, cujus
generis est, contra ἀγρυπνίας ἢ τὰ τῆς παρακοπῆς συμ-
πτώματα à *Tralliano*, viribus valentibus, commendata
ἡ διὰ τῶν κωδιῶν compositio. Convenit etiam Lauda-
num Opiatum per Spiritum vini, vel aceti destillati,
cum corrigentibus & dirigentibus aliis: vel ex vitriol
narcotico concinnatum: Sulphur hoc cum legitima
præparatio ejus adhuc latere videatur, minus tutum; i-
nitium faciendum ab illisquæ, svaves ἀναθυμιάσεις va-
pores in cerebrum mittunt, illudque humectant. Adi
scendendum ad validiora, in quorum tamen adminis tra-
tione recta observandum 1. ne exhibeantur in ἀσθενῶ
τὴν δύναμιν ἔχοσι imbecilles vires habentibus. In hiss
enim ἡ τυχοῦσα βλάβη τῇ ῥώσει τῶν τοιούτων οὐ μόνον πα-
ρακολουθεῖ, ἀλλὰ θάνατον, ἐνθ' ὅτε in his enim non tan-
tùm vulgaris noxa, sed & quandoque mors seqvetur.
Hînc *consultat.* quoque *Medic.* 4 *lib.* 2. in phrenitide Lau-
dani Opiati usum magni æstimat, ita scribens: Somnife-
ra, maximè necessaria sunt. Commodissimus autem
est usus Laudani Opiati solaris ad ij. iij. iv. grana im-
for-

forma pilularum deauratarum, vel cúm conſerva roſarum antiqva aut nympheæ. Externa alterantia etiam non ſunt negligenda. Temporibus & fronti applicetur Emulſio ex ſem.papaveris, nuc. jugland. Opii ãã gr. iv. parata.

vel ℞. Ung. alabaſtrin.
popul. ãã ʒj.
Opii gr.iv.
Extract. Croci gr.j.
Miſc. pro Vngvento.

Zacutus Luſitanus prax. Hiſtor. lib. 5. cap. 3. num. 2. In phrenitide præ vigilia conclamata ſæpè Opium ipſum in pilulam redactum, aut eam diſſolutam in jure aliqvo propinavit, cum utilitate multa.

℞. Opii gr.vj.
Croci gr. v.
Caſtorei gr.ij.
Cum ſucco hyoſciami f. pilula, quæ in jure repoſita cum illo ſæpè transglutitur.

Lib. verò 1. *cap.* 4. *pag. m.* 165. in phrenitide confirmata tale præparat Epithema, quo ſolo tanquam præſidio præſtantiſſimo quidam, phrenitide confirmatâ correptus perque integrum diem obdormiſcens, expergefactus, & ad mentem rediens, refocillatis viribus, ſanitatem integram eſt conſecutus.

℞. Radic. Mandragor.
hyoſciami
Sem. Lactuc.
portulac.
Coriandr. virid. ãã ʒij.
Opii ℈j.
Philon. perſic. ʒij.

rit. Sin autem nihil admodum impellit, urgetqve, noli medicamentum diacodium exhibere: præsertim si neqve phrenitis quædam germana esse videatur, sed etiam pituitę nonnihil particeps sit, ut ipsa quoque falsa nominetur: tunc caveto, ne idipsum vel aliud quoddam ad soporem torporemq; inducendum efficax offeras. Nã in his qui infirmas vires habent, non vulgaris noxa, imò in talium potionem interdum mors comitatur,

Egregiam hanc *Tralliani* sententiam ferè repetit, & confirmat quoque Excell. *Gvern. Rolfincius lib. 1. method. cognosc. & curand morb particular. part. 1. cap. 3.* in phrenitide, inqviens alterantia intemperiem viscerum & febrilem calorem necessaria sunt, tum 1. INTERNA, quæ communi specificâ & narcoticâ facultate, cujus generis est, contra ἀγρυπνίας καὶ τὰ τῆς παρακοπῆς συμπτώματα à *Tralliano*, viribus valentibus, commendata ἡ διὰ τῶν κωδίων compositio. Convenit etiam Laudanum Opiatum per Spiritum vini, vel aceti destillati, cum corrigentibus & dirigentibus aliis: vel ex vitriolii narcotico concinnatum: Sulphur hoc cum legitima præparatio ejus adhuc latere videatur, minus tutum: initium faciendum ab illisquæ, svaves ἀναθυμιάσεις vapores in cerebrum mittunt, illudque humectant. Adscendendum ad validiora, in quorum tamen administratione recta observandum 1. ne exhibeantur in ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἔχουσι imbecilles vires habentibus. In hiss enim ἡ τυχοῦσα βλάβη τῇ ῥόσει τῶν τοιούτων οὐ μόνον παρακολουθεῖ, ἀλλὰ θάνατον, ἐνίοτε in his enim non tantùm vulgaris noxa, sed & quandoque mors sequetur. Hinc *consultat.* quoque *Medic. 4 lib. 2.* in phrenitide Laudani Opiati usum magni æstimat, ita scribens: Somnifera, maximè necessaria sunt. Commodissimus autem est usus Laudani Opiati solaris ad ij. iij. iv. grana in for-

forma pilularum deauratarum, vel cúm conſerva roſarum antiqva aut nympheæ. Externa alterantia etiam non ſunt negligenda. Temporibus & fronti applicetur Emulſio ex ſem.papaveris, nuc. jugland. Opii ãã gr. iv. parata.

vel ℞. Ung. alabaſtrin.
popul. ãã ʒj.
Opii gr.iv.
Extract.Croci gr.j.
Miſc. pro Vngvento.

Zacutus Luſitanus prax.Hiſtor.lib.5.cap.3.num.2. In phrenitide præ vigilia conclamata ſæpè Opium ipſum in pilulam redactum , aut eam diſſolutam in jure aliqvo propinavit,cum utilitate multa.

℞. Opii gr.vj.
Croci gr. v.
Caſtorei gr.ij.
Cum ſucco hyoſciami f.pilula,quæ in jure repoſita cum illo ſæpè transglutitur.

Lib. verò 1.*cap.*4.*pag.m.*165.in phrenitide confirmata tale præparat Epithema , quo ſolo tanquam præſidio præſtantiſſimo quidam, phrenitide confirmatâ correptus perque integrum diem obdormiſcens, expergefactus,& ad mentem rediens, refocillatis viribus, ſanitatem integram eſt conſecutus.

℞. Radic.Mandragor.
hyoſciami
Sem. Lactuc.
portulac.
Coriandr.virid.ãã ʒij.
Opii ℈j.
Philon.perſic.ʒij.

Clariſſ. *Baldaſſar Timæus* von Güldenklee *lib. 1. d. cap. adfect. caſ.* 9. vigilias in ęgrotante Maniaco, qvibus dies noctesque detinebatur, interdum emulſione papaveris albi, ſed felicius opiatâ ſuâ hypnoticâ profligavit. Sæpè nec his nec aliis ſoporiferis quicquam profecit, ægro pertinaciſſimis & continuis vigiliis in multos quandoque dies, imò integros menſes detento.

In phreniticis & Maniacis inſuper quid Laudanum opiatum præſtet, id Clariſſ. *Gregorius Horſtius lib. X. d. pharmac. obſerv. 3 p. m. 483.* ſequenti caſu demonſtrat: Nobiliſſimus quidam in vicinia fluxioni hæmorrhoidali excedenti aliàs obnoxius, cum imminentem fluxum alvi retentione ſupprimere conaretur 22 Febru. 1629. poſt colicos dolores exantlatos in delirium cum febrili diſpoſitione incidit, regurgitante videlicet ſurſum ſangvine, qui inflammationi Meningum occaſionem præbebat: veſperi cum adeſſet ſomni defectus, & æger furibundus redderetur, præmiſſo clyſtere, Laudani perlati grana v. exhibentur, non neglectis poſteris diebus venæſectionibus, purgantibus & alterantibus, quorum beneficio brevi rurſus mentis compos ſit æger, quemadmodum ſuo loco caſum integrum aliquando publici juris faciam. In Melancholicis ad maniam etiam inclinantibus & perpetuis vigiliis adflictis nihil præſentius, quâ ratione Generoſam quandam fœminam præcedenti verno tempore Laudano ſæpius ad grana v. exhibito, præter ſpem multorum, non tamen neglectis veneſectionibus & aliis, Dei beneficio bimeſtri ſpatio priſtino mentis vigori reſtitui, ſicut & alios multos ſimili morbo laborantes.

Eandem ferè hiſtoriam narrat quoque acutiſſimus *Joh. Freitagius in lib. ſuo ſingulari d. Opio cap.* 8. Virgo quædam nobilis inquit ex melancholia in furorem maniæ

fi-

finitimum inciderat, ecclesiæ Ministro & mihi venienti in faciē spuebat (demoniacam vulgus dicebat) remedia mordicus recusabat, dum tandem precibus & obsequiis nonnihil delinita è cochleari Laudani nostri, grana vi. adjecto confectionis alchermes pauxillo, assumeret, ex quo abactis diuturnis vigiliis, & mentis erroribus compositis, quietè magnam noctis partem dormivit, & lucanis horis præsentiore mente sibi constans, curru exspatiata animum recollegit, & prorsus convaluit. Cæterùm meo consilio postea remediis sangvinem defœcantibus, hypochondriaca lienemque ab humore atrabilario emungentibus usa, nullam usquam recidivam passa, adhuc in vivis colit, jamque in matrimonio aliquot annis prospero nec sterili degit.

Honorius Heringius Microcosm. Melancholic. sect. 3. cap. 1. p. m. 145. Vigiliæ interdum, ait, in Melancholicis animadversæ sunt, adeò pertinaces ac diuturnæ, ut mente capti quidam menses 14. insomnes duxerint secundum *Fernel. lib. 5. patholog. c.* 2. Atque hoc ipsum in fœmina quadam mihi observare licuit, quæ per totum semestre pervigil etiam post exhibitionem v. vi. vii. viij. usque ad grana ix. seu ℈ß Laudani Opiati ne per horæ quadrantem somnum oculis capiebat.

Adrianus Mynsichtus sect. 3. armament. Medico-Chymic. Contra hosce adfectus elegantissima ac utilissima habet remedia, quæ stupendas sanè & mirandas edunt operationes. Sic

℞. Laudan. opiati q. s.
Julap. Basilic.
Aq. bugloss. āā ℥iij.
Spir. terr. sigillat.
Essent. hyperic. āā ℈j.

Elix.propr.q.ſ.ad gratiam.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiati q.ſ.
Aq:Meliſſ.℥ß.
Syr.Bugloſſ.℥ij.
Confect.Citri noſtr.℥ß.
Eſſent.Croci orient.gr. iiij.
Tinctur.Smaragd.℈ß.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

PILVLÆ

℞. Laudan.Opiat.q. ſ.
Sulph. lunæ ſicc.
Magiſter.perlar.orient.ãã gr.iij.
Miſc. & cum Oleo Cinamom.
f. Pilulæ deaurandæ pro una
doſi.

ALIÆ

℞. Laudan.Opiat.q.ſ.
Pulv. teſtudinis combuſt.
Magiſter.Corallor.rubr.ãã gr. iij.
Miſc. & cum oleo ſtill. roſar.
f. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una
doſi.

BOLUS

℞. Laudan.Opiat.q.ſ.
Confect.d.hyacinth.℥j.
Eſſent.hyperic.℈j.
Spec.diamarg.frig.
Elæoſacch.Citri ãã ℈ß.
Miſc. & cum Man.Chriſti perlat.q. ſ.
f. Bolus pro una doſi.

ALI-

ALIVS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Confect. Smaragd. ʒj.
Eſſent. hyperic. ϑj.
Tinctur. Corallor.
Elæoſacch. Cinamom. ãã ϑß.
Miſc. & cum Rotul. diarrhod. abb. q. ſ.
f. Bolus pro una Doſi.

Quæ ſequuntur remedia ſuperioribus non diſſimiles ſunt, multamqve in his adfectibus curandis, ut ſæpius obſervavimus, operam præſtant:

POTIO.

℞. Syr. d. Cinamom. ʒiij.
fl. tunic.
è ſucc. rub. Id. ãã ʒi.
Aq. fl. Citri
Succ. aurant. dulc. ãã ʒß.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. f. Potio.

ALIA

℞. Syr. d. ſucc. borragin.
roſar. odorat.
Aq: ceraſor. nigr. ſylveſtr. ãã ʒj.
Cinamom. ʒij.
Confect. alcherm. ϑij.
Spec. diamarg. frigid. ϑiß.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. f. Potio.

PILULÆ

℞. Confect. alcherm.
Smaragd. præp. ãã ϑß.

Lau-

Laudan.opiat.gr.ij.
Extract.croci orient.gr.v.
Misc. f. pilulæ.

ALIÆ

℞. Essent.corallor.
Citri ãã gr. vj.
Ol.still.rosar.gt.iv.
Laudan.Opiat.q.s.
Misc. & cum Syrupi papav. rh. q. s.
f. Pilulę pro una dosi.

BOLUS

℞. Conserv.borragin.
violar.purpur.ãã ʒß.
Spec.d.hyacinth.℈i.
Essent.Corallor.
Citri ãã ℈ß.
Laudan.opiat. q. s.
Misc. & cum syr.d.succ.borag.q.s. f. Mixtura ad Bolum.

ALIVS.

℞. Conserv.rosar.Damasc.ʒj.
Trochisc.d.Smaragd.℈ß.
Spec.diamarg.frigid. ʒß.
d.gemm.gr.vj.
Laudan:opiat.q.s.
Misc. & cum syr.d.rub.Id. q.s. f. Mixtura ad Bolum.

Bremæ virum quendam ornatissimum, cujus nomen honoris ergò silentio prętereo, aliquoties sub cura mea habui, qui in gravissimos hosce adfectus phreneticos & melancholicos cum epilepticis quibusdam convulsionibus incidebat, qvem post ejusmodi insultus epilepticos tantæ vigilię & furores adfligebant, ut ne per octo

sæpè dies oculi ejus se ad somnum dirigerent, nec ab hujusmodi furoribus desisteret. Hunc semper ad somnum & mentis compositionem tranquillam variis aliàs remediis in principio frustrà adhibitis, hâc emulsione ducere potui.

℞. Amygdal. dulc. depilat. ʒß.
Sem. 4. frigid. maj.
min. ãã ℈j.
papav. alb.
violar. purpur. ãã ʒij.
Aq: lactuc.
violar.
endiv.
rosar.
solan. ãã ʒiij.
Fiat l. a. Emulsio,
cui admisc.
Confect. alchermes.
d. hyacinth. ãã ʒß.
Magister Corallor.
Perlar. orient. ãã ℈j.
Laudan. Opiat.
cum succ. Citri præp. gran. x.
Syr. papav. rh.
violar ãã ʒj.
Aq: cinamom: ʒij.
Misc. in mortario, & f. l. a. Emulsio
S. Schlaff Milch.

De hac frequenter cochleare unum aut alterum ægrotanti offerebatur.

In adfectibus Melancholicis, ubi aliquis quasi ad desperationem, ex nimia tristitia venit, sequens pulvis summa est Medicina, propterea valdè efficax est ad melan-

Melancholicos, Cardiacos; Medicamentum enim est cordi amicissimum; omnia membra ex qvibus virtutes animales, vitales & naturales manant, confortat, nec non cordis tremorem & syncopen emendat. Malas cogitationes compescit, solitarios juvat, bonos mores gignit, falsas imaginationes abolet, lętitiamque adfert. Duas vel tres fœminas *Embdæ* & *Bremæ*, cum hisce locis praxin exercerem, & hîc etiam Rinthelii unam, omnes ex lochiorum suppressione in Melancholiam & furorem maniæ finitimum delapsas, præmissâ in pede venæ sectione solo hoc pulvere, benedicente Dei gratiâ, sanitati pristinæ restitui.

℞. Cortic.radic.bugloss.ʒß.
Elæosacch.Citri ʒij.
Fl.rosar.rubr.exsiccat.
Santal.Citrin.
Lign.aloës ãã ʒiß.
Confect.alchermes.
Magister.perlar.orient.
Corallor.rub,ãã ʒß.
Oss.de cord.C.
Croci Orient.præp.ãã gr.xv.
Galliæ moschat.ver.
Auri potabil.
Spic.Indic.
Laudan.Opiat.ãã gr.x.
Ol.still.rosar.
Cinamom.ãã gt.v.
Man.Christi simpl ʒiß.
Misc. f. pulvis subtilissimus.
Dosis est à ℈j.ad ʒß & ʒj.

Huic viribus penè affinis est seqvens Tinctura:

℞. Spir

℞. Spir. vini anisat. ℥viij.
Elix. Propr. *Paracels.* ℥ij.
Confect. alcherm. ℥j.
Fl. tunic. rub. ℈j.
Laudan. Opiat. cum succ. citri præp. gr. xv.

Stent in digestione, donec perfectè tingantur, postea, Spiritum tinctum & filtratum Sacchar. cand. albiss. q. s. edulcora & ad usum reserva. Quæ Tinctura proprietatis Opiata meretur vocari.

Tinctura hæc in adfectibus Melancholicis, hemicrania, vertigine, Paralysi, Catarrho, asthmate, tussi, ventriculo debilitato, cardialgia, febri qvartana, calculo & simil. mirabilis planè virtutis & efficaciæ est. Insuper medicamentum est illustre; Cor enim confortat, canitiē retardat, lętitiamqve adfert. Dosis ejus est à ℥j. ad ℥ij in vehiculo conveniente & specifico.

CAPUT IV.

Laudani Opiati per varias Medicamentorum formulas in Vertigine & Epilepsia usum mirificum proponit.

EXcellentissimus *Guern. Rolfincius lib. 1. part. 1. Method. cognosc. & curand. morb. particular. cap. XV.* In epilepsia Magisterium suum Anodynum Opiatum maximè commendat. Post tertium, inqvit, paroxismum, cum, finito bihorio, quartus imminere judicaretur, exhibitum Magisterium anodynum Opiatum ad gran. 4. cum aqva lil. convall., melius se habere, & somno indulgere visus æger, trimestriqve spatio nihil mali sensit.

In eodem hoc adfectu *Ioh. Hartman. prax. Chymiat. lib. 2. Cap.*

cap. X. Laudanum ſuum Epilepticum magni quoque æſtimat, cujus deſcriptionem in ſuperioribus tradidimus.

Franciſcus Deckerus in Not. & Obſervat. ad praxin Barbettianam lib. 1. cap. 1. in adfectibus epilepticis paritèr Laudano Opiato utitur, idqve cæteris Medicamentiis antepilepticis admiſcet, qvod ex ſeqventi caſu videre licet. Vir 45. circiter annorum, melancholicus, ferè continuò, imprimis verò circa paroxiſmum, ſinguliis ſeptimanis circa plenilunium, vertiginem ſolummodò ſentiens, præcidebat; tumqve convulſione, motibusqve convulſivis qvàm maximis afficiebatur, hocqve per trium præter propter horarum ſpatium, biduo tunc triduove ſeqventi æger actorum, præterquam ſolius vertiginis inſcius; plurimas tum ſeqventes noctes inſomnes ducens, cum inſomniis ſubinde horrendis, ſemper quaſi ex terrore cum totius corporis concuſſione expergefactus, memoriâ exiſtente læſâ, manibusque maximè tremulis, decumbebat. Sæpius in hoc ægro à Medico qvodam venæſectio fuit inſtituta, jam ad ſublationem paroxiſmi, jam verò ad morbi ipſius curationem, ſed tamen abſque ullo ſucceſſu. Uxor ægrotantis pro ſublatione paroxiſmi maſticatos aut contuſos in os mariti inſpuebat cariophyllos, quô paroxiſmus ſuperabatur, quia ipſâ venæſectione nec ſuperari nec tolli poterat. Ad curam vocatus, ſequentia præſcripſi (omnibus acidis, auſteris, crudisque interdictis.)

℞. Aq: betonic.
fl. tiliæ ää ℥ij.
fœnicul.
vitæ *Matthioli*
antepileptic. *Lang:* ää ℥j.
Spir. ſalis armoniac. ℨß.

Tinc-

Tinctur. Castorei gt. x.
fl. hyperic. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iiij.
Ol. still. succin. gt. v.
Syr. è stœchad. ℥j.
Misc. ad Vitrum.

Adrianus Mynsichtus armament. Medico-Chymic sect. 3. d. extract. seqventia ex Laudano Opiato in hisce adfectibus gravissimis Medicamentorum genera admodum utiliter præscribit.

HAUSTUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Syr. fl. pœon.
Aq: lil. convall.
epileptic. nostri ää ℥ij.
Confect. cephalic. nostr. ℈j.
Ol. Cubebar.
coro. alc. ää gt. j.
Spir. vitrioli q. s. ad gratiam
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Syr. d. betonic.
Aq: lavendul.
tiliæ ää ℥ij.
Confect. Smaragd. ℈j.
Essent. Camphor. gr. iij.
Ol. succin. alb.
C. C. ää gt. j.
Elix. pœon. nostr. q. s. ad grat. acetosi-
tem
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

PIULÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Unicorn. animal.
Magiſter. corallor. ãã gr. iij.

Miſc: & cum oleo cran. human. f. Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

ALIÆ

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Magiſter. Cran. human.
Sulph. lunæ ficc. ãã gr. iij.

Miſc. & cum oleo ungul: alcis f. pilulæ parvæ qvæ deaurentur pro una doſi.

BOLVS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. fl. pœon. vitriolat. ℥j.
Confect. Smaragdin. ℈j.
Spec. dialun. noſtr. ℈ß.
Ol. rorismar. gt. j.

Miſc. & cum Rotul. diambr. q. ſ.
f. Bolus pro una doſi.

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. anthos ℥j.
Confect. Cephalic. noſtr. ℈j.
Spec. diacran. noſtr. ℈ß.
Ol. lavendul. gt. j.

Miſc. & cum Rotul. diamoſch. dulc. f. Bolus pro una doſi.

Hiſce noſtra ex Laudano Opiato medicamenta conformata, qvæ experientiâ multiplici in hiſce adfectibus comprobavimus, adjicere voluimus.

Pulvis ſeqvens miram vim & efficaciam habet in epilepſia, vertigine & omnibus aliis morborum capitis pec-

periculorum generibus, estqve tàm certissimùm qvàm secretissimum experimentum, qvo Deo adspirante, innumeri cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, qvantumuis eorum non pauci ad 9. 10. 12. imò 18. pluresqve annos epilesiâ abominabili laborantes pristinę sanitati perfectè feliciterqve restituti sunt. Dosis in curatione à ℈j ad ʒß & ℈ij, plus minusve pro ætatis & virium patientis ratione, in vehiculis adpropriatis & specificis omniqve manè reiterandis, usqve dum integram consequatur sanitatem.

℞. Cinnabar. nativ. præp. ʒj.
Lapid. Lazul. præp.
Corn. alcis spagyric. cal. ãã ℈ij. gr. v.
Rasur. Cran. human. part. anter.
Visci qvercin ãã ʒß.
Rádic. & sem. pœon. ℈j. gr. iij.
Spec. diamosch. dulc.
diambr. ãã gr. xv.
Magister. perlar. orient.
Corallor. rub.
Laudan. Opiat. ãã gr. viij.
Croci orient. gr. v.
Ol. still. succin. alb. gt. v.
Fol. auri No. iij.
Misc. & f. omnium pulvis.

Huic virtute mirabiliqve efficaciâ non cedunt adhuc duo pulveres, qvi cum cæteris Medicamentis epilepticis ingredientibus Laudanum Opiatum qvoqve recipiunt, certissimeqve ab insultu epileptico liberant.

℞. Cran. homin. strangulat. & sine ign.
calcin. ʒij.
Visci qvercin.

Ungul.alcis
Cinnabar.factit.āā ʒj.
Laudan. Opiat.gr.iiij.

Misc. f. pulvis epilepticus mirabilis, cujus ℈ß pueris statim post paroxismum detur, adultis verò ℈j iteretur.

℞. Cinnabar Antimonii ʒij.

Pulverisata in alcool irroretur, misceatur

Ol.still.succ.
rutę āā ℈j.
Cinamom.
rorismar. āā ℈ß.

In mortario vitreo, pistillo vitreo. Post add.

Cran.human.fin.ign. calcinat.
Vngul.alcis præp.
Corn.alcis præp.āā ʒj.
Fœcul.pœon.ʒij.
Ireos Flor.
Magister. perlar.
Corallor.
Ocul.cancri āā ʒß.
Moschi laudatiss.
Laudan.Opiat. āā ℈j.
Ambr.gryf ℈ß.
Elæusacchar.Citri q.s.ad grat. sapor.

In mortario agitentur & misceantur, add: Fol.aur No.vj.

S. Pulvis epilepticus.

Hisce ergò pulveribus præmissis, nunc ad alia quoqve Medicamina, quæ Laudanum Opiatum sibi admixtum habent, multumque in adfectibus hisce gravissimis, ut epilesia & vertigine, operationis præstant, accedimus.

℞. Mix

℞. Mixtur.ſimpl.℈j.
Spec.diapœon.
d.hyacinth.ãã ℈ß.
Eſſent.Corallor.
margaritar.orient.ãã gr. vj.
Succin,alb.præp.ʒß.
Ol.ſtill.granor.pœon.nigr.gt. iv.
Laudan.Opiat.q.ſ.
Syr.pœon.ʒij.
Aq.lil.convall.ʒj.
Miſc. f. Hauſtulus.

A L I U S

℞. Aq:ceraſor.nigr.ſylv ʒiij.
Ol.ſtill. majoran.
Cubebar.ãã gt.iij.
Oxymell,ſqvillitic.ʒiij.
Spir.theriacal.ʒiiß.
Laudan.Opiat.q.ſ.
Miſc. f. Hauſtus.

A L I V S

℞. Syr.flor.pœoniæ
Aq: fl. tiliæ
lil.convall.
epileptic,*Lang.*ãã ʒß.
Spir,C.C,ʒß.
Liqvor.viſci qvercin.℈ij.
Laudan.Opiat.q.ſ.
Miſc. f. Hauſtus.

P I U L Æ.

℞. Unicorn.ver.gr.vij.
Eſſent.corall.rub.ptæp.
Lapid.Bezoar.orient.q.ſ.

Laudan. Opiat. q. ſ.

Miſc. & cum Syrupi fl. pœon. q. ſ. f. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur.

A L I Æ

℞. Eſſent. granor. pœon. nigr.
Cran. human. ãã ℈ß.
Extract. Calam. arom. gr. viij.
Caſtorei gr. v.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Cum q. ſ. Syrupi d. betonic.
f. Pilulæ.

A L I Æ

℞. Eſſent. Lunæ gr. iv.
Extract. ariſtoloch. rot. ver. ℈ß.
Ol. C. C. deſtillat. gt. ij.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Fiant Pilulæ adſperſis ſpeciebus diapœon.

B O L U S

℞. Succin. alb. præp.
Ungul. alcis præp. ãã ℈j.
Extract. granor. pœon. nigr.
Pulv. radic. dictamn. alb. ãã ℈ß.
Eſſent. theriacal. ℈ß.
Aq. epileptic. *Langii* ℥ß.
Ol. ſtill. Cubebar. gt. iij.
Laudan. opiat. q. ſ.

Miſc. & cum q. ſ. Syrupi fl. pœon. f. Bolus.

A L I V S

℞. Conſerv. fl. pœon.
anthos
tiliæ
lil. convall. ãã ℥ß.
Puly. viſci qvercin. ℈iß.

Ex-

Extract. Cephalic. *Qvercetan.* ℈j.
Trochisc. d. Smaragd. ℈ß.
Ol. still. succin.
Camph. ãã gt. ij.
Laudan. Opiat. q. s.
Misc. & cum Aq. epileptic. *Langii* q. s. f. Mixtura ad Bolum.

CAPUT V.

Laudani Opiati in Catarrhis tollendis, itemq; in sistendis omnium humorum & Catarrhorum tenuium è Capite in asperam arteriam perpetua tussi insomniam parientium, defluxionibus, varium usum demonstrat.

CAtarrhi non rarò adeò adfligunt homines, ut neq; humorum evacuatione, neqve alteratione, neq; etiam sudoriferis medicamentis tolli possint. Vbi frustra nisce adhibitis, Laudanum opiatum solùm medelam præstat, hominemqve morbo hoc infesto liberat. Lazarus Riverius ergo multis in locis *Medicinæ suæ practicæ* Laudani opiati usum, cæteris medicamentis in catarrhis nihil proficientibus, mirificè laudat, ac ad idipsũ tanquam sacram anchoram confugiendum svadet. Sic enim *lib.* 1. *prax. Medic. cap.* 9. memoriæ prodidit: His nihil proficientibus, necessitas cogit, uti narcoticis, inter quæ principatum obtinet Laudanum Opiatum ad grana iij. iv. vel v. horâ somni exhibendum. Vel Syrupi de papavere ℥ß vel ℥j. exhiberi poterit. Hæc ab initio morbi usurpata miranda præstant. Eandem habet vim theriaca recens ad ℈j vel ℥ß. noctu exhibita. Et *centur.* 3. *Observat.* 54. Die decimâ qvartâ Mensis Octobris, Anni 1644. Cum austri per Mensem integrum viguissent, subitò tempestas calida & humida

mida in frigidam & ſiccam, nempe aqviloniam mutata eſt, ex qua licet per biduum immediatè præcedens, ptiſanâ laxante, & mannâ purgatus fuiſſem, fluxio in pulmonem mihi concitata eſt, tuſſim & ſpirandi difficultatem pariens, cum levi ſtertore. Levis fuit adfectus per biduum, ut nihilominus per urbem ambulare non deſinerem. Tertio die; ingraveſcente adfectu ſumpſi Mannæ ℥j. cum Reſin. Gialapp. gr. iiij, qvibus parum purgatus ſum, ideò ſumpſi eâdem nocte circa horam undecimam ptiſanam laxantem cum manna, & copiosè purgatus ſum per noctis decurſum. Quartâ die leviter pranſus ſum, & quinque horis à prandio ſumpſi eandem ptiſanam laxantem, qvâ mediocriter purgatus ſum per noctis decurſum. Quintâ die horâ ſomni cum catarrhus perſeveraret, licèt admodum imminutus, ſumpſi Laudani grana iij. Ceſſavit illicò catarrhus, & totâ noctè placidè dormivi.

Idem Obſervat. 69. centur jam citat. Die quartâ Menſis Aprilis anni 1646., cum ex catarrho ſatis diuturno moleſtâ tuſſi laborarem, quæ noctu potiſſimum ingraveſcebat, & aliquot purgationibus non ceſſaret, ſumpſi Laudani Opiati gran. iij., qvibus tuſſis ſedata eſt. Illa tamen rediit poſt biduum ex injuria aëris, qui unâ die valdè calidus fuit, alterâ valdè frigidus, flante aqvilone. Die octavâ ejusdem Menſis, ſumpſi ejusdem Laudani grana duo, & tuſſis omninò ſedata eſt.

Idem ille *Riverius Obſervat.* qvoqve 74. Dominam de *Beaufort* per menſem integrum ægrotantem ex catarrho ferino cum variis febrium complicationibus, non neglectis aliis auxiliis, venæſectione, corporis evacuatione per clyſteres & purgantia, decoctis pectoralibus, Laudano Opiato curavit. Vbi præ cæteris palmam retulit bolus ex Laudano Opiato per plures dies conſe-

qven-

quentes parvâ dosi usurpatus, quo omnia tandem symptomata sedata sunt.

Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatr. cap. 21. §. Catarrhus tenues, qui ad partes interiores præsertim pectus destillant, Laudanum Opiatum feliciter sistere scribit, si sub ingressum lecti exhibeatur.

Laudani hujus Opiati in catarrhis sistendis præstantiam egregiè etiam confirmat Clariss. *Gregorius Horstius lib. X. de pharmaceutic. Observat. 3. curat 3.* cum *D. Petrum Kraus* sic scribentem inducit. Ego inter jucundas amicorum conversationes Anno 1615. Mense Decembri me vino Rhenano forti liberalius ingurgitans, altero statim die ad nobilem quendam à Breitenbauch proficiscor, Borea acriter flante, cum tempestate nivali, capiteque non probè ad iter munito, totus ferè frigeo & horreo. Hypocaustum ingressus, aëri calidiori me statim expono, prandio simul sumpto lautiore, circa nonam domum reversus, dormio mediocriter, matutinis verò horis gravedinem capitis (quę aliàs mihi inconsveta) persentio cum hemicrania partis sinistræ. Nocte sequenti omnia ingravescunt, odontalgiâ simul adeò sævissimâ accedente, ut ob dolorum acerbitatem in spasmum cynicum inciderim. Vocatur collega meus Dominus *Gvilielmus Romanus* affinis & compater meus amantissimus; ille συνδρομὴν symptomatum, & eorum gravitatem animadvertens, omnis generis revulsiones, aliaqve anodyna tàm interna qvàm externa accelerat. Sed frustra. Dolores capitis magis ingravescunt (spasmo tamen qvodammodo mitescente). Urgent hæc symptomata vehementissimè ad quartam usque diem, delirio jamjam ob dolores & vigilias continuas appropinquante cum extremo vitæ discrimine. Rebus adeò periculosè stantibus, cum morbis extremis extrema de-

beantur remedia, circa vesperam capsulam argenteam, qvam semper mecum gero, afferri jubeo, sumptâque pilulâ unius saltem grani ex Laudano meo solarii Clementiæ & benedictione divinæ me totum committo. Horâ una præterlapsa, me qvodammodo ad somnum propensum fieri sentio, qui etiam mox consecutus est, initio qvidem valdè turbulentus, at temporis progressu magis naturalis (uti conjunx mea & reliqui lecto adstantes testabantur) In fine ad sesqvi horam placidissimè dormire videor, per totum corpus, & maximè circa caput sudore copioso (id qvod proprium est Laudano) prorumpente. A somno excitatus caput totum qvasi ex temulentia aggravatum sentio, doloribus tamen aliqvomodo mitigatis. Circa septimam matutinam sumpto jusculo iterum me qvieti expono, ad duas horas placidè dormio & copiosè sudo. Post duodecimam Diaconus noster Dn. Mr. *Iacobus Lindnerus*, compater meus dilectissimus, mee accedit, qvi lecto assidens de morbi statu ex conjuge & reliqvis diligenter scisitatur. Dum hoc ita fit, ecce fortè fortuna fœtor qvidam ingratissimus nares fere cœpit: Qværo hæsitabundus, unde iste, negant adstantes se aliqvid persentiscere. Strophiolo naribus emungendis admoto, magnam copiam sanguineæ ac purulentæ materiæ ex sinistris naribus stillantis simul excipio, cum tanta fœtoris gravitate, ut mihi ipsi & adstantibus insensissimus videretur. In momento qvasi dolores isti immensi consopiri, caput relevari, omnesqve actiones magis magisqve recuperari visæ fuerunt. Benè dormivi nocte seqventi. Fluxus iste purulentus ad sex fermè dies perduravit. Errhinis abstergentibus & aliis roborantibus adhibitis, ex usu Laudani mei, Deo feliciter bene-

di-

dicente, præter omnium ſpem & opinionem rectè convalui, cerebro nonnihil ex hoc morbo defatigato, ita ut frigori & crapulę multùm valedicere cogar. Sic graviter dixit *Hippocrates*: Capite dolenti ac vehementer laboranti, pus, aut aqva, aut ſangvis per nares, os vel aures, morbum ſolvit. 6. *Aphoriſm.* 10.

Franciſcus Deckerus in Notis & Obſervat. ad praxin Barbettianam lib. 1. *cap.* 4. in catarrhis biliosis multa ſe obſervaſſe ſcribit; exempli loco ſaltem ipſi ſit honeſta Matrona *Lydia de Rovers*, quæ optimè ſemper, purgata prius habuit ab hujus mixturæ, qvam cochleatim aſſumebat, uſu.

℞. Aceri rectificati ℥iß.
Aq: month.
meliſſ: ãã ℥ij.
Syr. papav. rh. ℥j.
Ocul. Cancri crud. contuſ. ʒß.
Laudan. Opiat. gr. j.
Miſc. ad vitrum.

Ioh. Petr. Lotichius libr. 3. *cap.* 2. *obſervat. Medic.* 1. pro ſiſtendis catarrhis pilulas ſeqventes freqventiori habuit in uſu:

℞. Oliban. elect.
Pil. de cynogloſſ. ãã ℈ß.
Ol. ſtill. carvi gt. iiij.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Cum Syrupo d papav. f. l. a.
Pilulæ vj. inaurandæ.

Ad catarrhum ſuffocativum ex tenui ſubtiliqve materia ſubitò irruente Clariſſ. *Solenander* felici cum ſucceſſu ſeqventes uſurpavit pilulas:

℞. Thur

℞. Thur. Maſcul.
Succ. liqvirit ãã. ʒj.
Opii Thebaic.
Croci orient.
Myrrh ãã ℈j.
Cum ſucco papav. f. Pilulæ paryæ.

His (inqvit *Solenander*) in pernici deſtillatione à capite, & irrita tuſſi, ſæpenumerò cum juvamento ſingulari uſus ſum, & utor quotidie. Eandem habent intentionem & virtutem pilulæ, quæ Clariſſ. *VVtero* alias adſcribuntur, & à pluribus Medicis practicis ad catarrhum ſubtilem copioſius defluentem & ſuffocationem minitantem ordinatæ ſunt.

℞. Styrac. calamit.
Succ. liqvirit.
Thuris.
Myrrh.
Opii Thebaic. ãã ʒß.
Croci orient. ℈j.
Miſc. & cum Syrupo papav, erratic.
f. Maſſa pro pilulis.

Ad eundem ſcopum collimant pro ſiſtendo omni catarrho ab *Euſtachio Rudio. lib. de curand. morb. cap.* 15 conſcriptæ Pilulæ, quarum præcipuè uſus eſt, cum fluxio torrentis irruens ſuffocationem minatur.

℞. Thur. maſcul. ℈j.
Myrrh.
Opii,
Croci ãã gr. viij.
Succ. liqvirit. ℈j.
Fiant cum Aq. roſar. pilulæ No. vij. quarum una tempore ſomni exhibeatur.

Rom

Rondeletii lib. d. Medicam. intern. ejusdem intentionis est sequens compositio.

℞. Gumm. tragacanth.
arabic. ãã ʒj.
Amyli ʒß.
Cortic. thur.
Styrac.
Myrrh.
Succ. glycyrrhiz.
Opii Thebaic. ãã ℈j.

Cum sapa f. pilulæ, ex qvalibet ʒj. No. x. qvarum dentur duæ vel tres tempore somni, longè à pastu.

Cum sæpius accidat, qvod ex acri defluxione catarrhosa per nares continuò emanante, sternutationes etiam gravissimæ progenerentur, Laudanum Opiatum in iis sistendis multum sanè præstat. Ejusmodi exemplum sternutationis importunæ solo narcotico curatæ suculentissimis verbis recenset *Zacutus Lusitanus lib. 5. prax. Histor. num. 8. cap. 1.* Cum flatus mordax, inquit, à febrili calore dissolutus, aut acris humor nares vellicant, & feriunt, pruritus in ea parte vehemens concitatur multoties, cum sternutatione conjunctus. Vidi qvendam, qvi ex acri defluxione catarrhosa per nares continuò emanante, adeò sternutamento freqventi, toto mense est concussus, ut nec comedendi nec bibendi aut dormiendi tempus haberet. Huic plura adhibita, qvæ inutilem vacuarent acerrimi humoris copiam, eumque ad alias partes distraherent. Purgationes variæ, sangvinis missio, clysteria, cucurbitæ, frictiones, ligaturæ in partibus extremis celebratæ, diversimoda remedia, naribus, bregmati, hepati, unde etiam mali suspicabantur originem, & temporibus sunt adhibita, quæ acris humoris efficaciam retunderent, ac facultatem

tem animalem consopirent. At cum febris adhuc vexaret, factusque esset gracilis, & excarnis, & timor esset ne præ insomnia, & hoc violento motu agitatus resolutis viribus, vel aucto febrili calore in extremam maciem aut hecticam laberetur, narcoticum assumendum jussit tribus horis post cœnam, meri duabus unciis superbibitis: cum semel uteretur, ex improviso (mirum dictu) sternutatio post profundum somnum conqvievit.

℞. Philon. Persic. ℈j.
Opii gr. iij.
Croci gr. v.
Myrrh. gr. iv.
Cum saccharo & pulvere glycyrrhiz
f. Bolus.

Excell: *Gverner. Rolfincius lib. 3. Consultat. Medic.* 1. Si fluxus sit contumax, ut circa noctem magni facta spe solatii exhibeatur ex Laudano opiato pilula una aut altera, præprimis jubet.

℞. Laudan. opiat. gr. iij.
Fiant pilulæ duæ. Dentur instante horâ unâ vespertinâ, in cochleari cerevisiæ vel vini. Sistent impetum defluxionum, & blando somno ægrum reficient.

Externa topica etiam conveniunt.

℞. Ol. nucis moschat. express. ℥ij.
succin. alb. ℈ß.
Juniperi ʒß.
majoran. gt. x.
Balsam. peruvian. ℈j.
Misc. f. Balsamum.

S. Balsam in die Schläffe/ und auff den Nacken zu streichen.

Si-

Siſtit aliàs omnes defluxiones omnium humorum & Catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomniam parientes, Laudanum opiatum, ſi cęteris quoqve medicamentis adpropriatis admiſceatur.

HAUSTUS.

℞. Aq: ſcabioſ.
Cortic. virid. jugland. ãã ℥ij.
Syr. papav. rh. ℥iß.
Rob. nuc. ℥j.
Magiſter. Corallor. roſat.
Elæoſacchar. nucis moſchat. ãã ℈ß.
Laudan. opiat. q. ſ.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS

℞. Aq. ſerpill. Myn∫. ℥ß.
Syr. d. jujub. ℥ij.
Diacod: Montani ℥j.
Elæoſacchar. Cubebar. ℈ß.
Laudan. opiat. q. ſ.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

In cauſa valdè calida egregiè ſeqventia etiam juvant medicamenta:

HAVSTVS

℞. Aq. roſar. ℥ij.
Vin granator. ℥ß.
Syr. d. papav. ſimpl.
Rob. diamor. ãã ℥iß.
Nitri vitriolati gr. ij.
Laudan. opiat. q. ſ.
Miſc. & f. Hauſtus
pro una doſi.

PI-

PILVLÆ

℞. Mag ster. Sandarac.
Smaragd. præp. ãã gr. iiij.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & cum oleo Maſtich. f. Pilulæ inaur
randę pro una doſi.

ALIÆ

℞. Mag ſter. maſtich.
ſuccin. alb. ãã gr. iiij.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & cum ol. thuris q. ſ. formentur pilul
parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

BOLVS

℞. Conſerv. fl. ſcabioſ. ℥j.
Loch. de papav. ℥ß.
Spec. diajreos ſimpl. ℈j.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & cum Diacodio ſolido f. Bolus pr
una doſi.

ALIUS

℞. Conſerv. fl. papav. erratic ℥j.
Rob. de Cornis ℥ß.
Spec. diamarg. frigid. ℈j.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & cum ſacchar. penid. q. ſ. f. Bolus pro
na doſi.

CAPUT VI.

In Oculorum dolore ac inflammatione num Laudanum Opiatum, vel Opium ſimplex depuratum & collyriis additum, conveniat?

PRacticorum Medicorum non pauci in ſummo ocu
lorum dolore ac inflammatione non collyriis ſolu
ſi

sed ungventis etiam ac aliis Medicamentis ophthalmicis Laudanum Opiatum, vel etiam Opium crudum depuratum admiscent. Sic ad dolorem & oculorum inflammationem innumera ferè collyria, qvæ opium ingreditur, præscribit Clariss. *Felix Platerus tom. 2. cap. 4. de ocul. dolor. p. m.* 305. 306. 307. 308. 309. *& seqq:* ita namqve *pag. m.* 303. de hisce collyriis suam proponit mentem: Dolorem lenientibus anodynis & narcoticis qvoqve si admodum urgeat, subitò non tantum, qvia ægro molestus præcipuè est, sed & qvia defluxionem auget, succurrendum: simulque mox refrigerantibus & nonnihil adstringentibus fluxus inhibendus, qvin & calor tam diu, qvàm hæc perseverant, contemperandus erit. Vel separatim illis, nunc hoc illove, prout dolor, fluxusqve magis urgent, vel invicem commixtis, cum simul infestant, utendum.

Laz. Riverius tom. 2. sect. 1. prax. cap. 8. de hisce collyriis narcoticis ita differit: Si dolor vehementissimus sit atque intolerabilis, ad narcotica confugiendum est, qvibus tamen parcè & cum religione utendum, qvia Spiritus visorios condensant, humores & tunicas incrassant, sicque visum hebetant. Inter narcotica oculatia primas tenent trochisci alb. *Rhasis* cum opio, qvi in hunc modum præscribi possunt.

℞. Aq. rosar. ℥ij.
Liqvor. album. ovi fortiter agitat. ℥j.
Trochisc. alb. *Rhas* cum opio ℥j.
Fiat Collyrium in oculos instillandum.

Clariss. *Gregorius Horstius lib. 2. de tuend. sanitat. appendic. ad cap.* 4. ad dolorem & inflammationem oculorum post universalia, quæ purgatione & venæsectione peraguntur, format Collyrium, cui Laudanum opia-

tum additum, qvod mirabiliter ejusmodi oculorum dolores & inflammationes demulcet, lenit ac tollit.

℞. Aq: ex album. ovor. dest. ll. ℥ij.
Lact. mulieb r. ℥ij.
Succ. chamæmel. ℥j.
Laudan Opiat gr. iij.
Misc. & cum petia iteratò apponatur.

Adrianus Mynsichtus sect. 35. armament. Medico-chyr. mic. d. ungvent. Ungventum qvoqve Ophtalmicum cujus *part. 3. cap. 13.* mentionem fecimus, habet qvod Laudanum Opiatum recipit, cujus mirabile virtutes nuper in Matrona qvadam Nobili Ophtalmica sum expertus. Hujus enim ungventi si tantillum præmissis prius universalibus, ad angulos & palpebrarum oras adhibeatur omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem sedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lacrymas sistendo & exiccando arcet, oculosqve mirè roborat.

Licèt verò Collyria ac cætera Medicamenta ophtalmica divinæ planè sint virtutis ac operationes non nunqvam planè præstent mirabiles, attamen in oculorum doloribus cautè & summa cum religione sunt usurpanda. In qvo non veteres solùm, sed recentiores qvoqve Medici in universum fermè omnes consentiunt.

Alexander Tralianus libr. 2. cap. 1. de ocul. Cura. Qvare nunc, inqvit, à dolore, qvi oculis accidit, exordiemur; nihil enim adeò excruciat urgetqve arte ad curationem, ut vehemens dolor oculos adfligens. Si igitur vehementiores acrioresqve dolores oculos comprehendant, qvam ut æger, ferre qveat, ne collyriis ad torporem inducendum efficacibus ut pleriqve confidas. Multi namqve Opium qvoqve instillare ausi

pra

præterqvam qvod nihil prorsus dolorem mitigârint, etiam valdè adhuc offenderunt.

Ludovicus Septalius libr. 6. animadverſ. Medic. §. 93. Opii uſus in inflammatis *oculis* neqve *frequens*, neqve multus ut ſit, præprimis admonet: qvamvis enim in eo prævaleat refrigerandi vis, cum tamen amaroris nonnihil habeat, ſæpè mordet & dolorem adauget: qvod ſi ex longiori mora prevalente frigiditate ſenſus torpeſcit, & ſubinde dolor imminuitur, tum & per frigiditatem temperatur æſtus, craſſefacto tamen affluxo humore, contumacior redditur morbus, curatuqve difficilior, tum & viſus actio hebetior fit, ut etiam *Galenus* obſervavit 5. *meth. Med. cap. 2. & 2. de compoſit. medicam. ſec. loc.*

Benedictus Victor Faventinus d. curand. morb. ſect. 1. *cap.* 7. vehementer ſtupefactoria in fortibus oculorum doloribus eſſe contumacia, ideò mala & fugienda, fideliter ſcribit. Loqvitur hoc *Galenus*, inqvit, 6. *aphorism. comm.* 31. Ego verò ab initio videlicet, id eſt, ſemper, ſuſpecta habui talia Medicamenta ſcilicet vehementer ſtupefactoria, qvoniam in forti dolore vel inflammatione oculorum, & ſi oculi maximam inflammationem vel dolorem non ſentiant, ex tamen vehementer ſtupefactorio & ejus inſigni refrigeratione, in oculorum tunicis diſpoſitio qvædam prædura relinqvitur, qvæ difficulter ſanari poteſt. Sed ex ſtupefactorio vehementi ſenſum hebetante vel corrumpente, ii vel debiliter, vel omninò nihil vident. Ob quam rem, ſi quiſqvam tutò oculorum inflammationes & dolores curare cogitur, cum magna præmeditatione eos curare fas eſt, de relinqvens qvidem ſtupefactoria, utens verò iis ingeniis qvorum meminit *Hippocrates ſect.* 6. *aph.* 31., inqviens:

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæsectio, aut medicamentum epotum solvit. Et *sect. 2. cap. 2. de ophtalm.* Quod si, ait, Lippitudo fortissimo occuparetur dolore, ita ut pro vehementia ejus timor adesset perditionis oculorum: jure optimo in ejus collyrii confectione ponantur opii grana vj. vel pluss, vel minus: tum metitâ qvantitate eorum, quæ collyrii composituram intrant: tum metitâ doloris vehementiâ, ipsi, ut vehementiori dolori plus de opio misturæ contribuatur, remissiori verò dolori minus Opii eidem adhibeatur compositioni. At ubi qvispiam ambigat, oblo Opii facultatem stupefactivam oculos sensum proprium amittere, tunc ut nullus accidat timor commentatione dignus, quot grana Opii in collyrio apponuntur totidem croci grana eidem offerantur: benignitas enim Croci opii maleficentiam corrigit & emendat, ut si sensu hebetato dolor mitigetur, hoc fiat absqve tota sensus membri perditione: Croci enim munus est, sui calore obsistere facultati stupefactoriæ ipsius Opii: ut videlicet plus possit collyrii albi facultas prædito opio & croco in sedando dolorem, quàm possit opii facultas ad sensum aboliendo. At qvoniam hunc modum mitigandi dolorem ex usu opii *Galenus* dolum seu deceptionem nominavit *comm. 5. Sexti Hipp. de morb. vulgar. comm. 13.* Quoniam hic usus, ut ait, radicem non tollit, sed sensu hebetato ac obtuso dolorem mitigat, porrò nonnunqvam idipsum totum affectum pejorem reddit: Salvatâ enim radice doloris, quæ est humor nocuus dolorem gignens, & sensu membri restituto, vehementior illi accidit dolor: qvoniam tunc ex facultate Opii membri natura adeò imbecillitata remanet, ut non possit causæ doloris ita obsistere, qvin dolor vehementior recidivet: Iure igitur optimo si non cogatur Me-

di-

dicus ob vehementiam doloris imminentem membri perditionem, ut opii additione in ſedandis doloribus, dolos & deceptiones vitando, opium & ejus natutæ reliqua aufugiat; & rectam ac exactam dolorum curationem moliatur in abolitione radicum & eorum cauſarum conſiſtentem. Et hanc doctrinam habes à *Galeno 6. aph. com. 31.*

Zacutus Luſitanus lib. 1. Medicor. princip. Hiſtor. Dub. XXXII. ſtupefacientium collyriorum uſum in oculorum morbis admodum cautè eſſe adminiſtrandum ſimiliter cum *Galeno* iudicat. Nam ſi inteſtinis dolentibus, inqvit, eorum uſum tantoperè formidat *Galenus lib. 12. meth. med. cap. 8* qvoniam ab eorum aſſumptione noxæ fiunt inemendabiles, & mors contingit ſæpè, ut ex veterum & juniorum mente, plurimis allatis in medium hiſtoriis firmat *Marcellus Donatus lib. 4. hiſtor. mirabil. cap 8.* quoniam, licèt ad tempus minus dolentes ægri reddantur, affectus fit major deinceps & immanior; nam & inteſtinorum tunicæ frigiditate medicamenti denſiores evadunt, minusque transmittendo flatui aptiores, & ipſe humor, tum craſſior tum ineptior evadit. Cur nos ex *Galeni* mente intra oculum ſtupefacientia medicamenta imponemus? Nam præterquam qvod hæc pars ad vitam maximè eſt neceſſaria, non eſt patentibus cavitatibus prædita, per quas excrementa expellere poſſit; quô fit, ut ſuſpecta ſint & periculi plena; vis enim viſoria horum vi & frigiditate ſummè hebetatur, ſpiritusque infrigidati velut immobiles fiunt, operibus inepti & incommodi, & cerebrum hoc modo compatitur valdè. Quare prudenter ob hæc *Avicenna* 4. 1. *Cap.* 30. ſatius duxit, ea per os aſſumere, qvàm oculo imponere. Quæ in omni partium vehementiſſimo dolore ſolum vel in intenſa vigilia, violẽta ferinaq;

tussi in potum esse exhibenda asseverat ipse *Galenus lib.* 9. *d. comp. Medicam. sec. loc. cap.* 4. Rursus si ab Opio extrà appositò plurima damna & mors accidit frequenter, ut intra in hoc *lib. comment. Histor.* 61. latius comprobamus, cur intra oculum stupefacientia imponentur? Sed licèt hæc vera sint, præstat in desperato casu anceps auxilium experiri qvàm nullum, cum melior sit, & magis optanda noxa à stupefacientibus illata, qvàm mors, ex *Galeno lib.* 12. *Meth. medicam. cap.* 1. Hic ergò Autor extremâ necessitate coactus stupefacientium usum intra oculos concedit 12 *meth. medicam. cap. ultim.* per hæc verba: jam verò collyria, qvæ ex Opio fiunt, vehementissimos oculorum dolores remittere omnes norunt, utendumqve (ut prædiximus) his est, cum maxima necessitas urget, illud minimè ignorantibus, particulas ipsas nonnihil lędendas, imbecillioresqve in reliqvam vitam ex refrigeratione futuras. Cæterùm saluti hominis in præsens, ipsam futuram postea noxam post habentibus. Siqvidem non pauci eos eorum, qvi his sunt usi, eò infirmitatis veniisse, ut alii ferè nihil viderent, alii propemodum surdi forent, id omnibus jam notum est. Itaqve nos, si qvando cogimur his uti; post modum in sanitatis tempore particulas ipsas excalefacimus, nempe auribus oleum id, qvod solum castoreum habet, infundentes: Oculis verò Collyria, qvæ tantùm excalefaciant: ad qvod scilicet munus maximè id probamus qvod ex Cinamomo conficitur &c. Qvâ eleganti oratione dubium absolvit. Cujus mentem explanat *Paulus Ægineta lib.* 3. *cap.* 22.

Si magna doloris necessitas est, etiam Opii pauxillum adjicitur, ubi dolor abest, stupefacientia vitari de-

bent

bent. Firmat *Avicenna* 3. 3. *tr.* 1. *cap.* 9. *propè finem.* Et qvandoqve doloris vehementia facit neceſſariam ſtupefacientium adhibitionem, ſicut ſucci pomorum mandragoræ, & lactucæ & papaveris, aliqvid ex ſumach, & prætermittantur illa, quantum eſt tibi poſſibile, qvod ſi aliqvid eorum adminiſtras propter neceſſitatem, adminiſtra ipſum ſecundum cautelam. Reprobant ergò ſupra citati Autores citra neceſſitatem ſtupefacientium uſum: Cum tamen hęc adeſt, cauè & cum modo admittunt. Quam diſtinctionem juniorum doctiſſimi confirmant, de qvorum numero ſunt *Euſtachius libr.* 1. *prax. cap.* 20. *Hollerius libr.* 1. *d. morb. intern. cap.* 19. *Mercurial. libr.* 1. *prax. cap.* 38. *Machin. in comm. cap.* 16. *libr.* 9. *ad Almanſ.* & eruditiſſimè ante omnes *Matthæus ad loc. cit. Rhaſis libr.* 9. *Ad Almanſ. patefacit.*

Clariſſimus *Sennertus libr.* 1 *prax. part.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 12. Opiata in ophtalmia, nonniſi extremâ neceſſitate urgente, & ubi ex dolore acutiſſimo virium dejectio metuitur, uſurpanda cenſet. Hînc qvoqve *Avicenna*, ubi iis utendum, aqvam ſaccharatam, vel aquam mellis poſt illorum uſum inſtillare jubet. Commodè verò decocto meliloti poſt uſum opiatorum oculi foventur.

Cui egregiè calculum ſubjicit *Gregorius Horſtius centur. problem. Decad.* 3. *qvæſt.* 1. ita ſcribens: Qvidam etiam in ophtalmia ad opiata accedunt, qvibus tamen *Avicennas* nonniſi in acerbiſſimo dolore utendum eſſe cenſet, ex materia ſubtili & corrodente, ubi ſyncope & extrema dejectio metuitur, de qvo vid. *Chriſtophor. à Vega libr.* 3. *Artic. Medic. ſect.* 2. *cap.* 1. Ubi idipſum hiſtoriâ curationis adfirmat.

Iob. Hartmanus prax. Chymiatric. lib. 2 cap. 33. Oculis dolentibus nicotianæ folia applicari jubet. Opiata autem quia foris noxia, intus tantum esse exhibenda opinatur. Ideo quoqve Excell. *Guern. Rolfincius lib. 33. consultat. Medic. 3.* ad gravissimi symptomatis nimirum doloris in ophtalmia mitigationem in auxilium vocat narcotica.

℞. Laudan. Opiat. d. trib. gr. iiij.
Formatæ pilulæ iv dentur in pixide.
S. Ruhepillen.
℞. Magister. Anodyn. gr. iij.
Detur ad chartam.
S. Ruhebringendes Pulver.
℞. Emuls. Amygdal dulc. ℥ß.
Magister. Anodyn. gr. vi.
Detur in pixide.
S. Nachttränckelein.

CAPUT VII.

Laudani Opiati vel Opii simplicis usus an in dolore aurium sit concedendus?

LAudanum Opiatum vel Opium simplex purum accessibus suis liberatum, in immanissimo ac acerbissimo aurium dolore quandoque mirabiles ed toperationes, eumque, si aliis legitimis admisceatur remediis, planè tollit.

Hinc *Felix* quoqve *Platerus, Horstius, Sennertus, Riverius* & alii remedia contra ejusmodi dolorem sua ita applicant, ut semper Opium simplex vel Laudanum Opiatum simul ingrediatur. Sic ex *Felice Platero tom. 2 prax. cap. 5.*

℞. Mucilag. sem. Psyllii
fœnigræc.

Al-

Albumin. ovi agitat. āā ʒß.
Adip. anserin. ʒij.

Diluantur ol. amygdal. & lacte: si Opii grana iij vel iv. addas, efficacius erit.

Fiat Instillatorium.

Item ℞. Ol. amygdal. dulc. ʒij.
Succ. malv ʒß.
Myrrh. ʒß.
Croci orient. ϑß.
Opii gr. iij vel iv.
Misc. instillentur in aurem.

Emplastrum anodynum foris qvoqve applicat.

℞. Medull. pan. ℔j.
Coq in lacte, add:
Farin. sem. lini
fœnigræc. āā ʒj.
Ol. Chamæmel. ʒ ß.
Croci orient. ϑj.
Vitell ovor. No. ij.
Misc. f. Emplastrum: si Opium addas, magis sedabit.

Cum repellere & simul dolorem sedare intendit, sequens decoctum auribus instillat:

℞. Ol. Rosar. ʒij.
Aceti ʒj.
Croci orient. ϑß.
Opii gr. iij vel iv.

Coq: ad aceti consumptionem, si loco Opii & Croci Philon. Roman. ʒij addas, & in oleo & in aceto decoqvas, idem præstabit.

Gregorius Horstius lib. 2. d. tuend sanitat. appendic. ad c. 4. ad dolorem aurium simile qvoqve instillatorium præscribit.

℞. Ol. roſat. ℥ij.
Aceti opt. ℥ß.
Coq: ad aceti conſumptionem, poſtea add.
Laudan. Opiat. vel Extract. Opii cum
Spiritu vitrioli vel aceto fact. gr. iij.
Miſc. f. Inſtillatorium.

Ioh. Petrus Lotichius libr. 2. cap. 1. Obſervat. Medic. ꝛc. in dolore auriculæ admodum ſæviente, ægrotantiqve noctem inſomnem reddente hoc cataplaſma calidè ſuper locum adfectum applicari juſſit.

℞. Medull. pan. albiſſ. ℔ß.
Farin. ſem. lini
fœnigræc. ãã ℥j.
Coq. in lact. vaccin. q. ſ. ad conſiſtentiam Cataplaſmatis, add:
Ol. anethi
chamæmel. ãã ℥ ß.
Sem. papav. alb. ℥ij.
Croci
Opii ãã ℈j.
Vitell. ovor. No. j.
Miſc. pro cataplaſmate
S. Cataplaſma.

Franciſcus Deckerus in Not. & Obſervat. ad praxin Barbettian. cap. 4. lib. 1. in aurium dolore ex acriori lympha promanante hunc in modum ordinat.

℞. Lactis vaccin. q. ſ.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Miſce.

Inde auribus guttas tres qvatuorve, & exterius applica Mivam panis ex furno noviſſimè allatam, id eſt calidam.

Ioh.

Iob. Ionſtonus libr. 8. tit. 5. cap. 1. d. Medicina practic. doris aurium curationem perfici anodynis, & ſi ingens eſt, ſtupefacientibus, perhibet. Inter hæc ſi ſunt folia tabaci viridia, aut ſaltem aqvâ propriâ vel rutæ humectata & applicata, Laudani Opiati grana iij.

Verum in ejuſmodi aurium doloribus non temerè qvoqve, ſed cautè, ac ſumma cum prudentia, Opio, Laudano Opiato, ac cæteris narcoticis & ſtupefactoris medicamentis eſt utendum, qvod omni tempore Medici practici celeberrimi ſeverè voluerunt & ſcripſerunt.

Alexander Trallianus lib. 3. cap. 2. Ego novi qvendam, inqvit, ſolo uſum Opio, & vocem & ſenſum ægro ademiſſe, ut ne Opobalſamo qvidem aut aliis qvibuſdam calidis injectis homo amplius reſtitui potuerit: qvocirca ſi etiam qvis ob multum dolorem, opio, aut alio qvodam torporis faciundi vim habente, uti coactus fuerit, ſemel ipſum aut iterum offerre convenit: poſtea v. caſtoreum cum oleo tepido injicere, & extrinſecus lanam oleo calido aut nardino, qvod adipem anſerinum habeat, imbutam, omni ex parte circumdare, ſi torporem ex frigidis contractum moliaris &c. *Ludovicus Septalius animadverſ. Medic. lib. 3. §. 45.* narcotica, cum ſurditatem ſæpè conciteni, qvi qvid *Rhaſes* contra ſentiat nunquam in aurium doloribus intra auris meatum eſſe applicanda, ſvadet.

Zacutus Luſitanus lib. 1. Medicor. princip. Hiſtor. Dub. XXXIV. Quot damna adferat, inqvit, opii incorrecti uſus, cũ id coacti neceſſitate parti cuipiam dolore adflictæ imponimus, docet *Trallianus*. Et *Galen.* adeò timidus eſt in ejus uſu, ut *lib. 2. ſec. loc. c. 1. tit. de capit. dolor. ex plaga* in hæc verba prorũpat. *Rarò cogimur pharmacis ex opio uti*

cum

cum videlicet præ doloris vehementia homo de vit
periclitatur. Sic ex opio collyria multis detrimento
fuere, adeò ut debilem oculum reddiderint, & visu
hebetudinem, auditus etiam gravitatem induxerint
Et *lib. 3. ejusd. oper. cap. 1. tit. de auricular. compos.* sic ait
Ego verò, quemadmodum dixi, in una quaqve affecti
one proprio utor medicamento, semperqve papaveris
succum fugio, neqve nisi urgente necessitate ad ejus tu
sum pervenio &c. *Lib.* etiam 8. *ejusdem cap.* 3. Opio jus
bet admisceri calefacientia, ut ipsum reddat innocentio
us, cùm corpora viventium mortificationi simile qvip
piam perpetiantur, ab omnium ex opio & hyosciamo
& mandragora compositorum medicamentorum usu
Ideoque Medicis mos est, illis admiscere piper, castoreum, & crocum. *Idem* vir doctissimus & acutissimus *observat. 44. ejusdem libr.* Hispanus qvidam, ait, auriis vehementissimo oppressus dolore, plurimos dies im somnes egit, in qvibus universalia & topica omnis generis auxilia sunt celebrata, sed incassum; qvo cruciatu miserabiliter afflictus pseudomedicorum opem implorat; hi ut sunt ignari & audaces, medicamenta ex opio ad provocandum somnum, sedandumque dolorem intra aurem imponenda consuluère: quo injecto post horam paulò qvievit, illicò tamen ingenti tremore concussus, stupidus velut & amens remansit, & præcedente vertigine, potentiis omnibus deinde extinctis velut sideratus perpetuò obdormivit.

Semper ergò cum opio miscere debemus, qvę illius efficaciam retundant, ut piper, pyrethrum & castoreum, qvod *Galenus* & *Trallianus* hoc loco summoperè commendant Medico curaturo; nam hæc crassitie suâ in ventriculo morantur, sicqve actionem Opii retundunt qvæ magis probo, qvàm supra ingestum vinum, qvod tec

nui

uitate suâ Opii vires prompte ad cor defert, ut elegan-
historiâ probat *Levinus Lemnius lib. 2. d. occult. cap.*
1.

Sennertus lib. 1. part. 2. sect. 3. prax. cap. 8. in vehementi-
re aurium dolore succum portulacæ, lactucæ, hyosci-
mi, coriandri utilem judicat. Ubi deniqve, inquit, a-
erbissimus dolor urget, ut syncopes & mortis pericu-
um immineat, stupefacientibus semel atqve iterum uti
cet, ut

℞. Opii gr. iij.
Castorei
Croci ãã gr. iß.

Cum lacte muliebri, vel albumine ovi, vel sapa, aut
vino tepidè instillentur.

Solum opium vix convenit, utpote cujus usu qven-
am vocem & sensum amisisse refert *Trallianus lib. 3. c.*
. Propterea qvod cerebrum nervo auditorio affecto
roximum est. Oleum etiam è ligno coryli acerbis-
mos aurium dolores subitò sanat. Si reliqua omnia
on prosint, necessarium est, ut ægro sub somni horam
xhibeatur philonii Persici ℈ß vel ℈j., vel Laudani O-
iati grana iij.

Lazarus Riverius tom. 2. prax. Medic. sect. 2. cap. 3. In
olore aurium vehementissimo ad narcotica, inquit,
nterdum fugere cogimur, sed ratò ea usurpanda sunt,
t maximâ cautione adhibitâ, qvia cerebro infensa sunt.
Novi qvendam, ait, *Galenus 3. de composit. Medicam. sec.*
c. solo usum Opio, & vocem & sensum ægro ademis-
, ut ne Opobalsamo qvidem, aut aliis injectis calefa-
entibus, homo amplius restitui potuerit. Si igitur ma-
na urgeat necessitas, in hunc modum præscribenda
nt:

℞. Ol. sem. papav. ℥iß.

Cam-

Camphoræ.
Opii ãã gr. ij.
Miſce, inſtillentur in aurem.
℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ij.
Succ. Malv. ℥ß.
Myrrh. ℥ß.
Croci ℈ß.
Opii gr. iij vel iv.
Miſce, utatur ut ſupra.

CAPUT VIII.

Laudani Opiati excellentem in hæmorrhagia narium uſum demonſtrat.

HÆmorrhagia narium ſæpenumerò adeò ſævien
invadit, ut neque revulſione vel per venæſectiom
vel per frictiones inſtitutâ, neqve medicamentis fluxu
ſiſtentibus ſeu refrigerantibus, ſeu adſtringentibus ſ
glutinantibus, ſeu occulta qvalitate agentibus extra a
hibitis vel intra propinatis ſiſtatur, ubi neceſſariò La
dani opiati uſus eſt aggrediendus, qvod etiã in hujuſm
di periculoſo adfectu ſæpè feliciſſimos edidit effectu

Clariſſimus Gregorius *Horſtius lib. 1. de Febrib. obſe
vat. 27.* Laudani hujus Opiati in hæmorrhagia narit
feliciſſimum ac exoptatum effectum ſequenti in c
ſatis luculenter expertus eſt. Cujus igitur verba l
adducere nos non pigebit. Cum Anno 1610. Me
ſibus æſtivis in *Alſatia* motus bellici continuarentr
circa tempus autumnale milites redeuntes maximè
bri cont nuâ (communiter morbum Vngaricum v
cant) afficiebantur, occaſionem prębente vino ge
roſiſſimo, qvo tunc *Alſatia* abundabat, qvod hom
nes ex inferiori *Saxonia* & *Haſſia* plenioribus hau
bus aſſveti, non pituſſando, ſed plenis buccis hau
er

endo ad ſatietatem qvotidiè ſat abundanter, aere æſtivo calidiſſimo, ſumpſerant. Hînc multi ſemimortui redibant (aliis febribus ardentibus peremptis) inter qvos etiam levis armaturæ miles; qvi hic apud viduam qvandam divertens, intervenientibus populatibus ſuis, meam implorabat opem. Huic calor intenſiſſimus continuò aderat, cum ſiti plurimum excedente, per vigiliâ perpetuâ, colore faciei ſqvalido, ſummaqve virium anxietate, parum à naturali ſtatu urinâ declinante. Qvod verò maximè urgebat, hæmorrhagia erat narium, quæ variis ac diverſis adhibitis remediis vix corrigi potuit. Hinc in præſenti caſu ante omnia malignitati reſiſtendum eſſe duxi, correctis etiam interim gravibus diverſis ſymptomatis, imprimisque ſangvinis fluxu continuo: Præſcripſimus ergo mox pulv. rub. pannonici ʒj. cum aq: Card. bened. (cùm alvus laxa eſſet) pro ſudore movendo contra malignitatem, quo proveniente poſt abſterſionem interius emulſionem ſem. papav. alb. cum amygdal. dulc. in aq. cichor. & acetoſ. cum Confect. man. Chriſti pręparatam conceſſimus. Exterius & pro ſomno conciliando & ſanguinis fluxu ſiſtendo, epithema capitis, qvod

℞. Sem. papav. alb. ʒiß.
4 frigid. maj. ãã ʒiß.
Cortic. thur; ʒj.
Aq: lactuc.
nymph.
verben. ãã ʒiiß.
Fiat Emulſio, cui add.
Acet. roſac. ʒß.
Miſc. & ſine colatura tepidè applicetur.

His

His parum proficientibus, adhuc semel sudoreem provocabimus, ac tandem propter turgentem materiam malignam Laudani Opiati grana iij. cum conserva rosar. exhibuimus, quò qvies humorum & ægrotanti restitutio seqvebatur qui sanus abiens hospitio malignitatem relinqvebat, ita ut paulò post vidua hospita, cum aliquot liberis eodem morbo infecta, Medicaminum usum negligens, vitam cum morte mutaret.

Et *lib. X. d. pharmaceutic. observ.* 3. de proficuo Laudani hujus opiati usu sic disserit: In hæmorrhagia nariuum Laudanum Opiatum majori etiam dosi cum successu & eventu satis optato præbetur, quâ ratione Viro cuidam primario Reipubl. nostræ frequentioribus hæmorrhagiis obnoxio tàm interius ad ebullitionem sistendam qvàm etiam exterius cum aliqvo liqvore dissolutum naribus attractum præsentissimum est remedium. Hoc egregiè exemplo quodam confirmat qvoqve *Ioh. Fredtagius lib. de opio cap.* 8.

Quæstoris cujusdam uxor hæmorrhagiâ narium profusissimâ ad ultimam virium calamitatem frequenter corripi solita, multis frustra expertis medicamentis, hic uno Laudano Opiato salubriter juvati & liberari potuit.

Militem qvendam nomine *Frans Rolandt* Anno 166 die 14 Septembr. sub cura accepi mea, cum *Embdæ* tum temporis praxin exercerem, qvi ex humorum scorbuticorum acrimonia tantam narium hæmorrhagiam patiebatur, ut vires fermè omnes jam deficerent convulsiones ac spasmi accederent, & fœcum excretiones involuntariæ seqverentur, imò mors ipsa jam in procinctu esset. Huic subitò mixturam sequentem, cæteris aliis remediis externis non neglectis præscripsi, de qva sæpius cochlearia duo sumebat:

℞. Aq. burſ. paſtor.
portulac.
centum nod.
nymph. ãã ℥ ß.
Syr. Corallor.
Myrtin.
è roſis ſicc. ãã ℥vj.
Lapid. hæmatit. ſubtiliſſ. pulveriſat.
℥iß.
Croci Martis adſtrictiv.
Boli armen. ver. præp.
Sang. draconi.
Corall. rubr. præp.
C. C. uſt. & præp.
Spod. ex ebore præp. ãã ℈j.
Laudani Opiat. gr. vj.
Fiat l. a. Mixtura
Detur ad vitrum.

Hiſce ita adhibitis per Dei gratiam ſanitati reſtitue-atur.

Clariſſimus *Sennertus lib. 1. part. 9. ſect. 4. prax. cap. 8.* audano Opiato non ſolùm, ſed cæteris qvoqve Opia-s nonniſi extrema urgente neceſſitate, & dum vires ad-uc conſtant, eſſe utendum aſſerit. Ad fluxum inqvit, nguinis è naribus ſiſtentia referuntur medicamenta igefacientia, ut Syrupi refrigerantes è Cichorio, de ymph., de padav. de ſucco acetoſæ, Julepus & Syrupus oſarum cum aqvis portulac. lactuc., plantag., ſemper-ivi, ſolani & ſimil. Conſervæ item roſar. violar. radices Cichorii conditæ, caules lactucæ conditi, ſpecies diatri-n ſantal. diamarg. frigid. & etiam opiata, ut Philonium omanum, Perſicum, reqvies *Nicolai*, Laudanum O-iatum. Sed alibi monſtratum eſt, opium non eſſe

frigidum, sed calidum: & qvamvis in hæmorrhagiis naa
rium exhiberi possit: tamen eam non sistit refrigeran
do, sed potius spirituum impetum sistendo. Verum
opiatis non nisi extremâ urgente necessitate, uten
dum & dum vires adhuc constant.

Cui laudabiliter sanè assentiuntur *Riverius & Cost*
rus viri in Medicina ferè præstantissimi. *Lazarus Ri*
verius enim *tom.2.prax.Medic. sect 3. cap. 7.* de Lau
dani hujus Opiati in hæmorrhagia narium sistend
usu mirifico. Ita suam proponit sententiam: in co
tumacissimo affectu & aliis remediis non cedente,
narcotica veniendum est, qvæ omnem tum fluxione
tum evacuationem, qvemcunqve humoris motum
tissimè cohibent; & inter cætera Laudanum ad granaa
vel iv. exhibitum, principem locum obtinet. Caveen
dum tamen est, ne ægro valdè debili exhibeatur; pe
culum enim est, ne calor nativus admodum debilis naa
cotica vi omninò suffocetur. Syrupus de papaverc
dem præstare poterit ad ʒj in julepo adstringente hco
somni exhibitus.

Ioh. Costerus verò *Tabul. Theoretico practic.* 28. *p.*
97. Narium hæmorrhagia, ait, sistitur narcoticis, ferv
rem sangvinis compescentibus. Cavendum tamen,
ægro valdè debili exhibeantur, ne calor nativus adm
dum debilis narcoticâ vi omninò suffocetur.

℞: Syr. de papav. ʒij.
Laudani Opiat. gr. ij.
Misc. ad fictile.

Et hunc Laudani opiati in hæmorrhagia narium
stenda usum egregium summè alii qvoqve Viri in a
Medica celeberrimi prædicant.

Excell. *Rolfincius lib. 3. consultat. Medic.* 2. Hîc spec

tis si non cedat malum necessitas postulat, ut ad narcotica confugiamus. Inter ea excellit Laudanum Opiatum, pondere gr. ij. iiij. in forma pilulari, & ex eo præparata Medicamenta. Imprimis Magisterium Anodynum *Rolfincianum* mira hîc præstabit, in pulveris forma ad grana iij. vel iiij. pro re nata exhibitum.

His succenturianda veniunt & annectenda corroborantia, ob ægroti constitutionem infirmam. Possunt ea exhiberi mixta cum narcoticis, vel sine iisdem.

℞. Magister. Anodyn. rubr. *Rolfinc.* gr. iij.
Pulv. B-zoartic. alb. *Rolfinc* ℥j.
Misc. f. Pulvis.
Dosis ℥j. in hausto vini rubri adstringentis.

Hartmannus prax Chymiatric. lib. 2. cap. 59. Laudanum Opiatum hæmorrhagiam narium sistit, vel intrò sumptum, vel ex eo pilula naribus intrusa.

Iohan. Ionstonus id. Medicin practic. lib. 8 tit. 6. cap. 2. Crocus Martis cum succo Cydoniorum & aliqvot Laudani Opiati granis narium hæmorrhagiam tollit.

CAPUT IX.

De

Odontalgia seu dentium dolore, in qvo Laudani Opiati usus approbatur.

ODontalgia, gravissimus ac acerrimus affectus est hominemqve qvi eâ adfligitur, admodum excruciat, adeò crudelis interdum est, ut homines potius mori, qvàm in ejusmodi atrocissimo dolore vivere cupiant.

Et quamvis ejus curatio remedia insignia requirat, : etiam iis gaudeat, attamen persæpè adeò atrox evadit ut neque humorem peccantem evacuantia, neqve re pellentia & intercipientia, ut Emplastrum prę primi s Mastiche, gummi elemi & tacamahaca benè calefactu & temporibus appositum; neque discutientia per em plastrum de meliloto & alia; neqve proprietate occul agentia, sicuti canis mortui dens in fornace ustus cu posca mistus & impositus: radix lapathi acuti ante ge mination em vere collecta, exiccata, & denti dolenti a plicata: senecta serpentis in vino vel aceto cocta: Gu mi hederæ dentibus insertum, nihil juvent, sed neces riò ad narcotica. si dolorem nimis urgentem mitiga velimus, necessitate coacti accedamus oportet; U Laudanum Opiatum principem locum obtinet. Ite prosunt opii grana ij. cum Croci æqvali parte in bom ce indita: Oris cum aceto & opio collutio: Pilulæ ex pio & theriaca *Andromachi* formatæ.

Et Laudani hujus opiati in odontalgia usum exc lentissimum elegant historia comprobat Clariss. *Gre rius Horstius* cum *lib X. d. pharmaceutic. Observat.* 3. *rat. V.* experientissimum D. *Petrum Kraus* sic scrib tem inducit. Filius meus Christophorus à puerr usqve dentium dolore vexatur, atque in Mense N vembri Anni 1626. tanta cum vehementia, hemicra simul accedente, ipsum dolor invadit, ut præ dolori tolerantia caput sæpè ad terram & parietem percu ret. Factis fiendis, per evacuationes, revulsiones, a dyna &c. morbus contumacior evadit non remissi Tandem horâ somni unicum saltem granum mei L dani ipsi offero, qvod ipsi adeò ex usu fuit, ut cum m to sudore tota nocte placidè non saltem qvievit, sed iam dolores maxima ex parte sopiti fuerint, tumore

ul externo apparente, qui intra triduum cum omnis reliqvis symptomatibus totus evanuit. Hâc ipsa ra, dum hæc excipio & scribo idem malum recurrit, Maji Anno 1629. non tanta cum vehementia, capite niter evacuato, somni tempore iterum granum j. mei udani exhibeo, feliciſſimo cum progreſſu, ut seqvenbus diebus ab omnibus doloribus liber evaserit, ac rmanserit. Expertum est Medicamentum, & in loribus odontalgicis graviſſimis & ferè incurabilibus obatiſſimum. In *Epistola* qvoqve seqvenți de Laudani, hujus in odontalgia utilitate ita ipse loqvitur: Novi rum primarium, qvi sæpius ὀδοντάλγιαν ex afflvxu biso tàm vehementem patitur, ut in consensum trahat totum, tantâ inflammatione sangvinis in qvadrato rpore suborta, ut pulsus omninò, propter cordis vis oppressas, intermittens reddatur: hic etiam aliqvos sumptis Laudani granis iij vel v. ferocientem flumina domuit, ut somno succedente, dolor penitus anuerit, vi collecti caloris nativi materiâ morbificâ nitus expugnatâ.

Felix Platerus tom. 2. prax. cap. 8. stupefacientia dore urgente nonnunqvam adhibenda qvidem existiat, verum cavendo, ne, si validiſſima sint, deglutiantur. Opiatas antidotos, porrò inqvit, recentiores æsertim ut Philonium Romanum, theriacam, Mithridatium, aliasve usitatas, vel de novo paratas, denbus affricamus, vel alioqvin apponimus aut imponius. Quibus ʒij pondere interdum, ut spiſſiores fint, radic. pyrethri & sem. nigell. ℈j. pulverem addimus, gr. j. Opii, ut vires opiatarum augeantur. Opii soli emolliti manu pilula una denti intrusa dolorem mox ollit: Cui ne diffluat, ceræ momentum prius, cum ma-

nibus ſubigitur, permiſceri poteſt, vel hoc magno cum ſucceſſu uſurpatur

℞. Opii
Sem hyoſciami ãã gr. iiij.
paludapii gr. ij.
Cum Aq: vitæ f. pilulæ.

vel hoc pacto ℞. Camphor. ℈j.
Coq. in ℥j. Aq. vitæ donec diſſol-
vatur: in fine add:
Opii gr. iij. vel iv.
Dilue, & bombacis pilulam i
ea madefactam intrude in dent

Clariſſ. *Daniel Sennertus lib. 2. part. 1. prax. Cap. II.* ob doloris vehement am aliqvod periculum metuend ſit, narcotica uſurpari juſſit. Exempli gratia fiat oris co lutio ex aceto, in qvo opii grana aliqvot ſint diſſol ta. Poſſunt & opii grana duo cum æqvali parte Cro vel Caſtorei bombace excepta in dentis cavernulam ii di, ſi eroſus ſit, ſin minus, opium & crocus in pauxil lactis vel aqva papaveris aut hyoſciami dilui, & dent dolentis radix eo fricari poteſt. Vel

℞. Fl. Chamæmel.
anethi ãã p. j.
Cortic. radic. Mandragor. ℥j.
Sem. hyoſciami
papav. ãã ℈ij.
Coq: in Aq: plantag.
ſolan.
roſar. ãã ℥iij.
Colentur, colaturæ admiſc.
Acet roſac. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iij.

Miſc.

Vel indatur denti pilula de Laudano Opiato, vel pilula de Cynogloſſa. vel

℞. Laudan. Opiat. gr. iij.
Spir. vitrioli gt. j.
Miſc. f. Pilulæ, & dentibus una imponatur.

Vel theriaca recens, aut Mithridatium vel Philonium Romanum, aut ſortirella parva in Diſpenſatorio Augustano deſcripta denti illinatur: Vel

℞. Styrac. Calamit.
Piper. alb.
Coſti
Opii
Sem. hyoſciami ãã ℈ß.

Cum vino f. Pilulæ dentibus indendæ.

Vel indatur pilula una de ſeqventibus:

℞. Sem. apii
hyoſciami ãã gr. iiij.
Opii gr. iij.

Cum Syrupo de papav. f. Pilulæ iv. vel v.

Vel ℞. Philon. Roman. ℥j.
Spir. lign. Guaiaci ℈j.
Miſce.

Vel ℞. Radic. pyrethri.
Sem. apii ãã gr. ij.
hyoſciami.
Opii ãã gr. j.
Cum Syrupo d. papav. f. Pilulæ
No. v.

Aut admoveatur cum goſſypio oleum hyoſciami: vel aliqvid de ſeqventi mixturâ cum bombace denti dolenti applicetur:

℞. Philon. Roman. ℥j.

Opii Thebaic. gr. vj.
Ol. vitriol. gt. v.
Misce.

Balsamum ad dolorem dentium.

℞. Opii Thebaic.
Spec. diambræ ãã ℈j.
Camphor. gr. iiij.
O'. nuc. moschat. express. ℈ij.
Cariophyll. gt. vij. vel q. s.
Misc. f. Balsamum.

Decoctum Langii.

℞. Opii Thebaic. ℈ij.
Succ. hyosciami ℈iiij.
Cortic. Mandragor. ℈v.
Fl. Chamæmel. ʒiß.
Pyrethri ℈v.
Croci integr. ℈j.

Infund. in vini ℔j. aq. rosar. ʒiiij. aceti opt. ʒvij. Bulliant in vase duplici ad tertię partis consumptionem, & cum panno intincto dentibus colatura applicetur.

Cautio tamen in narcoticorum exhibitione adhibenda; refert enim *Alex. Benedictus de curat. morborum lib. 6. cap. 13. Iacobum Iustinianum*, Patritium Venetum, in dentis dolore Oleo Opiato impositio, *Patavii* sopore perpetuo extinctum fuisse. Dolore sopito post Opiatorum usum os illicò abluatur decocto salviæ, rorismar., majoran., hyssopi, ut noxa ab opio impressa tollatur.

Hujusmodi cautelam nobis perbenè observandam proponit etiam *Zacutus Lusitanus prax. medic. admirab. lib 1. observat 86.* Cum ita luculenter scribit: Corpora viventium quippiam simile mortificationi perpeti, ab omni

omnium ex opio, hyoſciamo & mandragora, medicamentorum compoſitorum uſu, clarè ſatis confirmat *Galenus lib. 2. & 3. de compoſit. medicam. ſec. loc. cap* 1. & *lib.* 8, *ejusdem cap.* 3. Et hoc ſeqventi exemplo fiet manifeſtum. Quidam cum pluribus diebus dolore dentis cerroſi concuſſus vehementer, multis adhibitis præſidiis levari non poſſet, amicorum conſilio, intra dentis cavum indidit Philonium perſicum. Eo admodo, ſtupidus veluti, ſeqvutâ auditûs gravitate extinctus eſt.

Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatric. cap. 73. inter topica, quibus vel ſolis, ſæpè dolor omnis aufertur, præſtare Laudanum Opiatum teſtatur. Cujus grana tria, ſi cum Spir. vitrioli guttis duabus denti, qui dolet, applicentur, ſimulque ejus pilula aſſumatur, dolor ſopitur, præſertim emplaſtro ſimul ad tempora, et, ſi opus, cucurbitulis applicatis.

Lazarus Riverius tom. 2. prax. Medic. ſect. 5. cap. 1. ſi dolor ita vehemens ſit, ut prædictis remediis cedere non valeat, vult, ut ad narcotica veniamus, quæ ſub variis formulis à practicis proponuntur, & denti dolenti admoventur, quorum tamen effectus, non minus quàm cæterorum topicorum admodum incertus eſt. Verum eadem aſſumpta, dolorem certò conſopiunt. Inter cætera Laudanum Opiatum principem locum obtinet, qvod non ſolùm dolorem ſedat, ſed etiam fluxionem cohibet, & tutò exhiberi poteſt poſt remedia univerſalia ad grana iij vel iv, modò à perito artificè præparatum ſit.

Hanc ſententiam etiam confirmat *Ioh. Coſterus Tabul. Theoretico-practic. cap.* 33. *p. m.* 306. ita ſcribens: Curatio odontalgiæ, qvæ dolorem, ut urgens ſymptoma tollit, perficitur etiam narcoticis, ſi dolor ita vehemens ſit, ut prædictis remediis haud cedat. Non verò ex-

trinsecus tantum, verum etiam intra corpus assumantur, inter qvę omnem numerum absolvit Laudanum opiatum ad grana ij. vel iij. exhibitum, modò dextre sitt præparatum. Narcoticum seqvens denti dolenti applicare soleo atqve permittere, donec omnis dolor sitt sopitus.

℞. Myrrh. ℈ß.
Opii ʒß.
Croci ℈ij.
Misc. exactè & fiant Trochisci, instar bechicorum, qvorum unus applicetur.

Pilula seqvens, teste *Sculteto armamentar. Chirurgic. observat. 28.* in ore detenta, omnem dentium dolorem mirificè sedat.

℞. Sem. apii gr. ij.
hyosciami
Opii Thebaic. ãã gr. iv.
Syr. de papav. q. s.
Misc. f. Pilula No. j.

Pilula hæc D. *Herlicio* adscribitur, verum ejus compositionis jamdudum *Platerus* & Sennertus, ut etiam jam à nobis adductum, mentionem fecerunt.

Zacutus Lusitanus Prax. Histor. lib. 1. cap. 16. seqventem in dentium dolore præscribit pulverem, qvem tanqvam leve medicamentum atqve correctum magni æstimat.

℞. Opii
Castorei
Salis ãã gr. iiij.
Fiat Pulvis, qvi cerâ & guttulis olei juniperini excipiatur, & denti tepidè admoveatur.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 2. cap. 4. Observat. Medic. 4. In den-

dentium dolore gravi & diuturno non sine felici successu Illustrissimę cuidam Principi præscripsit Oleum Odontalgicum atqve duos Gargarismos.

℞. Ol.still.Cariophyll,
succin.āā ℈ß.
Balsam.vitæ gt.vij.
Laudan.Opiat.aceto.
Sqvillitic.sol.gr.iij.
Misc. ad pixidem.
S. Oele äusserlich zu den Zähnen.
Adhibeatur cum bombace vel sine calidè.

Vel istoc Gargarismate uteretur:

℞. Aq:salviæ
betonic.
verbenę āā ℥iß.
Acet.flor.Cariophyll.
rosac.āā ℥ß.
Ol.still.succin.
Cariophyll.āā gt.iii.
Laudan.Opiat.aceto sqvillitic.dissolut.gr.iiij.
Camphor.solut.gr.ij.
Misc. fiat Gargarismus.
S. Mundtwasser.

Vel sic fiat Gargarismus:

℞. Radic.alth.
pyrethri
bistort.
Ireos Florent.
Rasur.lign.sanct.āā ℥ß.
Herb.hyssopi
verbenæ

be-

betonic.
salviæ āā Mß.
Fl. anthos
sambuc. āā p.j.

Fiat decoctio in aq. communi ad ℔ß. Colatur: admisc.

Acet. rosar. ℥vj.
Laudan. Opiat. gr. v.
Misc. f. Gargarismus.
S. Mund-Wasser.

Gargarismus qvoqve sequens dentium dolores etiam vehementissimos & acutissimos mirificè sistit:

℞. Radic. hyosciami ℥ß.
Urtic. min.
pentaphylli
pyrethri āā ℥iij.
Rasur. lign. Guajaci
Buxi
tamarisci
Thuris alb.
Sem. staphid. agr. āā ℥ß.
Cortic. granator.
Piper. long.
Zingiber. alb.
Cariophyllor. āā ℥iij.
Herb. salviæ acut.
serpill.
mentastr.
persicar.
origan. āā ℥ij.

Misc. & f. pulvis grossus, qvi reservetur usui; tempore usus verò

℞. Hu-

℞. Hujus grossi pulver. ʒiß.
Aceti vini.
Aq: fontan. ãã ℔j.
Coq. & in colatur. dissolv.
Laudan. Opiat. gr. viij.
Fiat l. a. Gargarismus.

Colatura calida in ore per aliqvod temporis spatium retinenda, deinde expuenda est; æger autem sæpius eo qvotidie utatur, donec acutissimi dolores, & cruciatus placentur. Aliàs in dentium doloribus præstans & valdè efficax est, cujus felicem effectum sæpius sum expertus.

CAPUT X.

De

Laudani Opiati vel Opii etiam simplicis cum aliis ingredientibus adpropriatis in adfectibus thoracis, ac primò qvidem in tussi sedanda ac compescenda præstantia.

MEdicamentorum thoracicorum, qvæ aliàs etiam pulmoniaca, arteriaca & pectoralia vocantur, triplex est differentia. Prima classis est horum, qvæ lævigant, asperitates deliniunt, meatus obturant, omnisqve sunt acrimoniæ expertia. Secunda contrariarum planè sunt virium videlicet acria, mordacia, extergentia. Tertium genus est ex horum æqvali vel inæquali, prout necessitas & indicatio reqvirit, mistione. Inflammatorius igitur non asperæ arteriæ solùm, sed & pulmonum adfectus, & hînc nata raucedo, & humor acris calidusque reqvirunt medicamenta lenia, lævigantia, qvalia lac, amylum, tragacantha, & temporis progressu qvæ leviter & svaviter detergunt, ut passulæ, ficus, amygdalæ, succus liqviritiæ, & illa qvæ coqvunt & siccant, ut

pti-

ptisana, semen lini torrefactum, Crocus, Myrrha, Styrax, thus & sapa. Extergentia leniora sunt: terebinthina, mel, amygdalæ amaræ, pineæ, caricę, farinaa orobi, semen hormini: acriora sunt, iris, costus, piper, Cinamomum, squilla, malabathrum & simil. Si verò contingat, vehementem esse fluxionem, arteriam, pulmonesque ulceratos, sangvinis sputum, tussim præterea validam, ex ulceratione, extergentia & siccantia, ratione humoris vel crassi vel superflui, validè discutientia, attenuantia & concoqventia, aspredinis causâ, ea qvæ lævigant & sensum arteriæ deliniunt, tenues humores ad exitum juvent, consistentiam talem, ut spiritu impulsore expelli possint, nec præ tenuitate relabantur, conciliet. Cum verò fluxio adest fortis, ac cætera Medicamenta pectoralia nihil juvare possunt, Laudanum Opiatum vel etiam simplex Opium depuratum non rarò iis admiscetur, ut fluxio eò citius tolli qveat. Hinc *Galenus* qvoqve & *Andromachus*, cum fluxio admodum vehementer ingruit, Opium & Castoreum hujusmodi medicamentis miscent, cum potissimum resiccare, & ipsam planè exterminare volunt. Triplici igitur de causa *Galenus* & *Andromachus* Opium miscent, ut videlicet fluxio sistatur, concoctio materiæ morbificæ conciliato somno promoveatur & demùm ut dolor & acrimonia sedetur, & sic tussis componatur. Fiunt iraqve composita thoracica seu atteriaca ex iis, qvæ vim incidendi, attenuandi, siccandi, extergendi, coqvendi, lævigandi, meatus infarciendi, dolorem sedandi, tussimqve leniendi habent, vid. *Galen. 7. de compos. medicam sec. loc. c. 2.* Seqventi *capite, libri ejusdem* inqvit *Idem*: postqvam *Andromachus* multas confectiones adtus-

tussim scripsit, deinceps omnes soporiferas, seu sopo-
rem inducentes tradidit. Cæterum hę omnes tenues
fluxiones inspissare possunt, resiccantes simulqve refri-
gerantes, & propterea aliqvæ non tantùm opium, sed &
mandragorę succum, aut radicis corticem aut hyoscia-
mi semen, aliqvæ etiam duo aut tria, aut etiam omnia
hujusmodi habent rationabiliter, qvemadmodum a-
liæ styracem & crocum. Rationaliter autem his alii
partim calefacientia admiscuerunt, partim cum mo-
dica adstringendi vi aromatica & resiccantia, & semi-
na qvædam familiaria veluti anisi, fœniculi, dauci, a-
pii, seseleos, utpote qvæ tum pharmacorum injucun-
ditatem ac vim obtundunt, tum urinam etiam prole-
ctant. Qvædam verò etiam asperitudines lævigant,
veluti sunt tragacantha, glycyrrhiza & vina dulcia. At
verò ex his, qvæ minus de aromaticis complectun-
tur, eas etiam tabescentibus præbent.

De diacodio eisqve qvæ ex capitibus papaveris fiunt
dit porrò *Galenus*: usus eorum est in his, qvi somno o-
pus habent, qvibus etiam ex opio constantia sæpè ex-
hibere cogemur. Opus autem habent maximè hu-
jusmodi Medicamentis hi, quibus tenues fluxiones à
capite ad asperam arteriam defluunt, non permittentes
dormire ob consequentem tussim. Ac in hujus rei gra-
tiam Laudanum Opiatum non solum pharmacis thora-
cicis ac pectoralibus permiscetur, sed pharmaca qvo-
qve Opiata thoracica dicta, comparantur, qvę in ca-
tarrhis scilicet seu destillationibus cumprimis tenui-
bus, aphonia seu voce intercepta, tussi veteri &
nova, orthopnæa, asthmate, hæmoptosi, pe-
ripneumonia, empyemate, tabe ac similibus tho-
racis affectibus egregias præstant utilitates. Ne
igitur hisce longius immoremur, jam, quic-

qvid

qvid Laudanum Opiatum in tussi sistenda præbeat utilitatis, videbimus.

Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatric. cap. 105. à tenui destillatione ortam & jam inveteratam tussim sistere Laudanum Opiatum dicit. Hoc verò, etiam reliqvis tussibus utile est, modò dextrè adhibeatur, & pectore vacuato à pituita tenaci.

Excell. *Gverner. Rolfinctus epitom. meth. cognosc. & curand. particul. morb. lib. 2. part. 1. cap.* 1. Laudani Opiati opem in tussi sedanda compescendaqve magnifacit. Liber verò 5. *consultat. Medic.* 1. theriacam recentem ob opium admixtum commendat. Theriaca inqvit, recens 4 mensium proponitur à *Galeno lib. 5. meth. med. cap.* 12. Habet enim prævalens Opium sive papaveris succum & eâ ratione somnum conciliat; secundò fluxiones sedat; tertiò leviter incrassat. Assumatur singulis vel alternis diebus ad ʒß & ϑj.

Helmontius jus duum viratus inscripto libro t. 62. Medicamenta in tussi vulgaria & usitata, decocta, tabulas, syrupos, & ecclegmata pulmonum vulpis, sulphur, vr per se, vel ejus cum aloë, croco & myrrha sublimato flores, vel ipsum cum salibus in pulverem lactis cremori colore respondentem præcipitatum, improbat; commendat verò, mirificè Laudanum Opiatum *Paracelsi* sed addit, manè vomitum seqvutum. Manè vomitum sæpè movere experientiâ compertum habemus, qvi hujus medicamenti virtutes planè mirabiles sæpius com probavimus. Causa vomitûs sub judice adhuc in lit est. Rationes nostras cur sæpius hoc accidat *part.* 11 *cap.* 1. addux mus.

Præteritis aliqvot mensibus virum qvendam qvadr genarium sub curatione habui, qvi ex catharrho tenu & acri in asperam arteriam & pulmones defluente, in to

lerabili adfligebatur tussi, qvæ sanè tàm vehemens si-
ul cum pulmonum erosione & virium dejectione e-
t, ut nullo modo qvieſcere posset. Qvamvis verò
ulta jam à me prę̃scripta essent pectoralia, attamen o-
nia incassum adhiberi vidi, cùm adeò ferox esset, ut
llo modo sedari valeret. Prę̃scripsi tandem seqvens
cclegma, qvô semel atqve iterum assumpto, tussis ea
rocia sublata, & ægrotus feliciter ab ea liberatus est.

℞. Syr. d. alth. *Fernel.*
papav. rh.
jujubin.
violar.
Liqvirit. ãã ℥iij.
Loch. de papav.
Diacod. *Montan.*
ex pulmon. vulp ãã ℥ij.
Conserv. papav. erratic.
rosar. rubr. ãã ℥iß.
Sacchar. Cand. albiss. in aq. violar. dissolut.
Pulv. *Haly* ad tabem ℥ij.
anonym. ę̃ã ℥j.
Spec. diamarg. frigid.
diaireos simpl.
diatrag. frigid. ãã ℈j.
diarrhod. alb. ℈ß.
Lact. sulphuris.
Magister. Saturni ãã ℈j.
Confect. alcherm. s. a. & m. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. viij.
Elix. sulph. nostr. gt. x.
Misc: f. Ecclegma
S. Brust-Safft.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 3. cap. 1. Observat. Medic. II.
cum tussis de noctu vel interdiu valdè molesta est, ut a
grotans assumat cochlearia 2. hac de mixtura calidè, jj
bet.

℞. Oxymell. squillitic. ℥iij.
Aq. vitæ opt. rectific.
anisi.
Spir. juniperi ãã ℥j.
Spec. diajreos *Salom.* ℥ß.
Ol. still. anisi gt. v.
Laudani Opiat. gr. iij.
Moschi elect. gr. ij.
Sacchar. Cand. albiss. ℥iij.
Misc. diligenter. Colatura detur ad
trum.
S. Kräfftiges Brustwasser.

Cum qvandoqve, ut experientia prôh dolor qvo
diana testatur, acres calidiqve catarrhi continuò in fa
ces & asperam arteriam illabantur, ac sic tussim violen
tam malignamqve, ac simul pervigilium procreent,
qvibus sistendis, cætera medicamenta thoracica ac pe
ctoralia, nisi Laudanum Opiatum hisce adjungatur, a
modum imbecilla sunt. In ejusmodi ergò tussi violen
ta, ac ferina.

℞. Aq: fl. papav. rh.
violar. purpur. ãã ℥j.
Diacod. *Montan.* ℥ij.
Spec. diajreos simpl.
diamarg. frigid.
diatrag. frigid. ãã ʒß.
Laudan. Opiat. q. s.
Ol. still. rosar. gt. j.
Misc. f. Haustulus.

A L

ALIUS

℞. Aq. plantag. ℥ij.
Succ. Citri rec. ℥ß.
Syr. d. roſis ſicc. ℥j.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. f. Hauſtulus.

ALIUS

℞. Radic. tormentill.
ſymphyt. major. ãã ℥ß.
cariophyllat. ℥v.
Herb. ſanicul.
alchimill.
Millefol. ãã Mj.
Jujubar.
Sebeſten ãã ℥ß.
Nuc. moſchat:
Sem. ſumach ãã ℥ß.
Fiat decoctio in q. ſ. aqvæ.
Colatur. ℞. ℥v. qvibus admiſc.
Syr. papav. alb. ℥j.
liqvirit. ℥ß.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & f. Hauſtulus
pro 2. doſibus æqvalibus.

ALIUS

℞. Rob Diamor.
Diacod. ãã ℥iij.
Vini cydonior. ℥ß.
Aq: Flor. papav. erratic. ℥ij.
Syr. de ſucc. violar. purpur. ℥ij.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. f. Hauſtulus.

PILULÆ

℞. Styrac. calamit.
Myrrhæ
Thuris
Succ. Liqvirit. inſpiſſat. ãã gr. v.
Laudan. Opiat. q. ſ.

Miſc. & cum Syr. è ſucc. violar. purpur. q. ſ. ff. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur.

BOLUS.

℞. Conſerv. fl. papav. erratic. violar.
Diacod. *Montan.* ãã ℥j.
Pulv. boliarmen. præp.
anonymi.
C. C uſt. & præp. ãã ℈j.
Sang. Symphyt. ℥ß.
Laudan. Opiat. q. ſ.

Miſc. & cum Syrupo de roſis ſicc. f. Bolus.

ALIUS.

℞. Rob. berber.
ribium
Loch. de papav.
ſymphyto ãã ℥j.
Conſerv. roſar. antiq. ℥ij.
Laudan. opiat. q. ſ.

Miſc. f. Bolus.

Veteres cum nondum Laudani Opiati notitiam habuerint, pharmacis omnibus in tuſſi graviori aſſumendis, non opium ſolum, ſed & mandragoræ ſuccum, aut radicis corticem, aut hyoſciami ſemen miſcuerunt. Sic

℞. Succ. papaveris.
Sem. hyoſciami ãã part. æq.

Cum

Cum passo aut melle formato ad fabæ græcæ magnitudinem.

Ad tussim humidam & Hæmoptoicos.

℞. Styrac. ʒviij.
Opii.
Myrrhę ãã ʒiiij.

Diluta ex Sapa fac Catapotia ervi magnitudine, dato unum eunti cubitum.

Ad omnem tussim expertum.

℞. Costi obol. iij.
Myrrh. ʒj.
Castorei.
Galban.
Piper. alb.
Sem. hyosciami.
anisi
Opii
Succ. liqvirit. ãã ʒj.

Fac Catapotia ciceris magnitudine.

Ad tussim siccam.

℞. Succ. Liqvirit. ʒij.
Styrac
Opii
Croci
Myrrh. ãã obol. iij.

Excipe passo, f. Pilulæ ad fabæ græcæ magnitudinem.

Confectio Platonis ad tussim ac cæteros pectoris adfectus.

℞. Myrrh.
Styrac.
Opii
Succ. Marrub.

Croci ãã part. æqval.

Misc. & cum melle cocto f. Confectio.

Ad diu durantes & humidas tusses & febres antidotus Symphonos & lexipyretos.

℞. Piper. alb.
Opii
Cardamom. ãã ʒviij.
Croci
Sulphur. viv.
Myrrhæ
Sem. hyosciam. alb. ãã ʒiiij.
Mellis cocti sex unc.

Datur nucis ponticæ magnitudine cum aqvæ Cyathis tribus.

Legimus præterea apud *Galenum lib. 7. de compos. Medicam. sec. loc.* antidotum Paulinam, panchreston, panacæam *Musæ*, & alia ejus generis qvàm plura, ubi notandum, arteriaca & pectoralia differre à Colicis odoratorum & urinam cientium seminum misturâ hæc autem plus stupefacientium & refrigerantium propter doloris magnitudinem reqvirere, hactenus antiqvitatis remedia. Qvomodo veterum vestigiis institerit ætas recentior in componendis & utiliter adhibendis opiatis ad morbos pectoris, jam ex parte diximus.

Philonium Bechicum Bannisteri ad tussim ac omnes pulmonum morbos valdè commendatum, dignumq; qvod hîc inseratur, illud judicamus.

℞. Succ. liqvirit. aq. Cinamom. solut. ʒij.
radic. hyosciami ʒij.
Laudan. Opiat. ʒj.

Pulv.

Pulv. Cordial. ℈iiii.
Liqvirit ℥iij.
Sacchar. Cryſtallin. ℥iiß.
Moſchi
Ambr. gryſ. ãã ℈j.
Ol. aniſi ſtill. gt. xij.
Miſc. ad maſſam, cujus à gr. v. ad gr. xij. ſit doſis.

Pulvis Cordialis eiusdem eximiæ operationis eſt, ac roborando corde, cerebro, ſtomacho, hepate, ſplene, nibus multũ valet. Seqventi autem modo præparatur.

℞. Succin. alb. præp. ℥ij.
Terr. lemn. ver. ℥iß.
C. C. ℥ß.
Raſur. ebor. ℥v.
Corall. rubr. præp.
Margaritar. præp.
Lapid. Bezoar. orient.
Santal. Citrin.
Sem. Citri ãã ℥iß.
Unicorn. ver. ℥iß.
Cortic. citri. ℥iij.
Ambræ gryſ. ℈j.
Fol. auri & argent. ãã ℈ß.
Moſchi gr. viij.
Miſc. f. Pulvis ſubtiliſſimus.

CAPUT XI.

Laudani Opiati egregium in pleuritide uſum exponit.

Dolor pleuriticus qvandoq; adeò ſæviſſimus eſt, hominemq́ve excarnificat, ut, niſi Laudanum Opiatum accedat, nullis aliis remediis demulceri ac ſeda-

ri qveat, *Lazarus Riverius lib. 2. prax. Medic. c. 2.* huic opinioni planè contrarius est, usumqve ejus in pleuritide, maximè prohibet. Qvidam Practici, ait, urgentibus vigiliis audent exhibere narcotica, ut Syrupum de papavere, Philonium Romanum & Laudanum Opiatum. Qvæ tamen in hoc adfectu pernitiosa sunt: sputum enim retinent, & pectus coarctant. Unde non rarò præceps exitium consequitur. In scriptis autem ejus doctissimis se cum successu felici in morbi principio illud exhibuisse, legimus. Est ergò ejus usus interdum in pleuritide summè necessarius, nisi æger dolore ejusmodi atrocissimo planè consumatur. Observationes sanè singulares de Laudani Opiati felici in pleuritide successu nobis in procinctu sunt.

Gregorius Horstius lib. X. d. pharmac. observat. 3. curat. VI. D. Petrum Krausita de Laudani Opiati in pleuritide præstantia observantem ac loqventem introducit *Christophori Scumanni* Civis Numburgensis & Chori nostri symphoniaci instrumentalis adjuncti uxor me accedit, morbum mariti sui Anno 1627. 24. Novembr. cum lachrymis mihi recensens & meam operam imploranss omnibus consideratis deprehendo, ipsum pleuritide vera laborare. Febris siqvidem aderat acutissima, tussis continua, sputum cruentum cum magna omnium virium dejectione. Sectâ venâ, aliis tàm intra qvàm extra tentatis remediis, febris post novem dies mitescere cepit, sputumqve sanguinis cessare. Tussis tamen ex tenui destillatione (ex continua enim crapula & intemperantia, uti Musici facere consveverunt, magnam cerebri & hepatis dyscrasiam contraxerat) nocte dieqve adeò molesta fuit, ut ad aliqvod tempus somnum non viderit, cum appetitu planè dejecto, punctione dextri hypochondrii gravissima, dolore capitis, vomitu post

bum, decimo qvarto die ad ipsum vocor, video corpus planè exhaustum, faciem Hippocraticam, actum ferè um ipso erat. Factis fiendis, cum nihil omninò proicerem, tandem offero ipsi xv. pilulas tribus vicibus hoâ somni cum Syrupo contra Catarrhos deglutiendas.

℞. Essent. nostr. fl. papav. rub. hortens. gr. vj.
Laudan. nostr. solar. gr. iv.
Solut. Corallor. gr. iij.
Misc. f. Pilulæ No. xv.

Sumptâ primâ dosi placidè dormivit, tussis facta est nitior, circa auroram egregiè sudavit, omnes vires vegetiores redditæ sunt, jusculum petiit, cum tamen totum octiduum, ne micam qvidem cibi admittere posset, vel assumptam vomitu statim rejeciisset. Secundo & tertio die pilulas repetiit, sed in minori dosi, non neglectis simul aliis alterantibus & confortantibus idoneis. Intra paucos dies natura planè destructa, ita sese, Deo benedicente, recollegit, ut 25. Decembr. templum frequentare ceperit, & muneri mandato præesse potuerit. Vivis adhuc benè ac bellè, licèt hepaticus sit. Mirum qvàm egregiè pilulas hasce commendarit & magnifecerit.

Idem Curat 8. Anno 1627. 20. Maji Nobilis cujusdam uxor in vicinia periculosissimè ægrotare cepit, sentiens punctiones circa pectus gravissimas, cum tussi molesta, continua. Petiit consilium Medici cujusdam, qvi misit illicò pulverem rubeum in minima dosi, qvô sumpto tantum alvi fluxum & ὑπερκάθαρσιν passa est, ut nihil supra. Vocatus adveniens ægram planè desperatam, in extremis fere versantem deprehendo, tussis inanis, continua, molestissima, vires debilissimæ, pulsus deficiens & formicans, quasi extrema

frigida, imò & omnes qvi aderant, ipſam agonizantem autumabant. Precibus mariti, liberorum & adſtantium commotus cum prognoſtico curationem aggredior. Horâ qvartâ pomeridianâ ſtatim ipſi propino cochlear unum Syrupi violar. purpur. cum gr. ij. Laudani mei ſolaris artificiosè commixtum. Jubeo illam qvietam ſervari. Octavam circiter veſpertinam iterum dictum medicamentum offero, qvo ſumpto, totâ nocte qvieta fuit, probè dormivit, blandè ſudavit, ad mentem rediit, doloribus pectoris & punctionibus omnibus ſopitis, viribusqve non parum refectis. Imò manè cum ſurgerem, omnia in melius verſa deprehendi, ut ab orco qvaſi in vitam reducta videretur, non citra meam, & omnium qvi aderant, magnam admirationem. Præſcriptis poſtea alterantibus, bechicis & confortantibus externis & internis, cum honore ac fœnore, bona omnium cum gratiâ dimiſſus fui. Vivit adhuc proſperè & integrè, nuperqve feliciter peperit. Ita extremis extrema exactè debentur remedia, ut inde lippis & tonſoribus qvaſi notum ſit, qvantas vires Laudanum noſtrum præſtare poſſit, etiamſi ignaris artis oſoribus hoc medicamenti genus odioſum ac noxium eſſe videatur.

Ioh. Freitagius lib. d. Opio c. 8. Pleuriticus qvidam Satrapa provincialis, poſt univerſalia & ſpecificè morbo debita remedia uſurpata, cum tanta nihilominus dolorum ſævitia, inqvietudinis vigiliarum anxietatis aliorumque accidentium inceſſeret feritas, ut non niſi his celeriter cicuratis ſupervivere poſſet, paucorum Laudani Opiati granorum uſu ita ab omni moleſtia liberatus, ſibique reſtitutus eſt, ut levi negotio deinde ſit percuratus.

Laz. Riverius Obſervat. à Petr. Pachecvo communi-

cat.

at. 20. Puella atrabilaria sæviſſimo pleuritidis dore excarnificata, jam undam Letheam bibebat, à qva am retraximus sic.

℞. Ol. amygdal. dulc. ℥ij.
Laudan. Opiat. *Paracelſ.* gr. iij.
Miſce.

Paulò poſt qvievit dolor & melius habuit.

Franciſc. Deckerus in Not. & Obſervat. ad praxin Barettianam. Juvenis 25. annos natus, poſt ſolito maorem motum & exercitationem incaleſcens, frigo- ſe expoſuit, unde in dolorem lateris punctorim levem, tuſſiculam, febrim, difficilemqve reſpiationem incidit, qvem brevi ſeqventi mixturâ cuvimus.

℞. Aq: hyſſop. ℥ij.
Fœnicul. ℥j.
theriacal. ſimpl.
prophylactic. ãã ℥ß.
Ocul. cancr. pulveriſat.
Bezoartic. mineral. ãã ℈j.
Spir. ſalis armoniac. gt. xv.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Syr. ex ſucc. fl. papav.
rh. expreſſ. ℥j.

Miſc. Hujus ſingulis horis cochleare unum alterumve aſſumebat.

criniarius qvidam *Embdæ* cum praxin exercerem, inolerabili excruciabatur lateris dolore dextri, huic præhiſſa venæſectione cum ungvento qvodam pectorali eqventem præſcripſi Hauſtulum, qvo aſſumpto, dolor ſubitò evanuit, poſtmodum autem aliis gravioribus adfectus etiam adflictus mortuus eſt.

℞. Syr.

℞. Syr.papav, rh.
jujubin.
Ol.amygdal.dulc,ãã ʒiij.
Aq;Card.bened.
Mariæ
papav.rh.ãã ʒiiß.
Rasur.dent,apri
Mandibul.luc.pisc,
Ocul.cancri prep.
Corall.rubr.præp.
Spec.diamarg.frigid.
diajreos simpl.ãã ℈ß,
Laudan.Opiat,gr.iß.
Mixtur.simpl. gt. viij.
Misc. f. Haustulus.

Clariss.*Baldassar Timæus* von Güldenklee *lib. 2. Casuum Medicinal.* ad infringendam vigiliarum pertinaciam & conciliandum somnum in pleuritide cum febri maligna temporibus & fronti ægrotantis ungventum suum soporiferum Laudano Opiato *Quercetani* admixtum, alutæque inductum, imposuit nec sine successu; quievit enim eâ nocte ultra trihorium.

Adrianus Mynsichtus armament. Medico-Chymic. de *Extract. sect.* 3. nobilissima & virtuosissima in dolore pleuritico habet medicamenta, tàm haustulos qvàm pilulas & bolos, qvæ hîc conscribimus ac singulis philiatris & Medicinæ cultoribus maximè commendamus.

HAUSTUS.

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Aq fl.papav.erratic.ʒß.
Syr.Capill.vener.ʒij.
Extract.radic.glycyrrhiz.℈j.

Elæ-

Elæosacch.anisi ℈ß.
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

ALIVS

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Aq.Card.mar.℥iß.
Syr.de liqvirit.℥iij.
Essent.fl.papav.erratic.
Elæosacch.fœnicul ãã ℈ß.
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

PILULÆ

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Mandibul.luc.pisc.
Dent.aprugni ãã gr.iiij.
Misc. & cum Ol.benzoës q.s. f. Pilulæ parvæ inaurandæ, pro una dosi.

ALIÆ

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Fl.Sulphur.comp.
Succ.glycyrrhiz extr.ãã gr.iiij.
Misc. & cum Ol.hyssopi formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro una dosi.

BOLUS

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Conserv.fl.papav.erratic. ℥j.
Loch.san.& expert.℥ß.
Spec.pleuritic.nostr. ℈j.
Elæosacch.cymin. ℈ß.
Misc.& cum Rotul.diatragacanth.frigid. f. Bolus pro una dosi.

ALIUS

℞. Laudan.Opiat.q.s.
Conserv.violar.℥j.
Diacod,crocat.nostr.℥ß.

Pulv.

Pulv. pleuritic. noſtr. ſecret. ℈ſ.
Elæoſacch. chamomill. ℈ß.
Miſc. & cum Rotul. diajreos ſimpl.
f. Bolus pro una doſi.

Galenus lib. 7. de compoſit. Medicam. ſec. loc. cap. 5. : a pleuritides, laterum dolores & internas adfectiones ſeqventem mixturam uſurpat.

℞. Radic. panacis.
Sem. dauci ãã ʒß.
Caſtorei.
Sem. hyoſciami.
Opii ãã ʒij.

Cum Mellis q. ſ. f. Mixtura, doſis obuli cum aqvę cyatho.

CAPUT XII.

Laudani Opiati in hæmoptoſi ſive ſangvinis ſputo uſum præſtantiſſimum deducit.

FIt plerumqve hœmoptoë ſeu ſangvinis ſputum ruptionem vel anaſtomoſin vaſorum pulmonis; διαπήδησιν enim pauciſſimus ſaltem ſangvis effluit; eroſione verò fit vera phtiſis non ſimplex hæmopto Illius curatio autem methodicè perficitur revellen ſangvinem à pulmone, malam illius qvalitatem co gendo & venam apertam obturando, adſtringendo conglutinando. Verùm, cum interdum ejusmodi m dicamenta adſtringentia & conglutinantia nihil juve ad Laudanum Opiatum currente pede progredien eſt, qvod felicem nobis ſucceſſum præſtabit.

Felix Platerus tract. 3. cap. 8. de expuitione, Narcoti rum miſtione cum prædictis emplaſticis & adſtr gentibus remedia admodum efficacia pro hæmop

ca passione reddi autumat, cum tunc non solum e-narratos usus præstent, sed & sensum stupefacien-do, naturæqve motum sic compescendo, ut minus sangvis fluat, & tussis mitigetur & cesset, qvæ ali-is plurimum obest, efficiant. Ex opiatis usitatis præcipuè hîc conveniunt: Philonium Persicum & diacorallium *Galeni*, trochisci alkekeng. cum Opio, qvæ præter adstringentia & Opium & semen hyo-sciami recipiunt. Qvò & referri possunt trochi-sci de succino cum Opio. Quæ omnia cum li-quore aliquo decenti dissoluta exhibentur ʒj. pondere.

Athanasia *Nicolai* ex majoribus Opiatis etiam præ-æteris in ejusmodi fluxibus commendatur. Cùm-ætera ut theriaca & Mithridatium non adeò sint ccommodata. Pilulæ de Cynoglossa ad grana vij. ommodè etiam exhibentur, quæ præter Opium tiam semen hyosciami aliis permista recipiunt, san-vinemque uti & Catarrhos sistunt. Syrupus de apavere vel diacodium cum Syrupo, succo vel a-qvis convenientibus exhibitus similiter proderit.

Daniel Sennertus lib. 2. part. 3. prax. cap. 7. Deinde oc monendum, inqvit, si reliqva, quæ loco allega-o proposita sunt, medicamenta ad sangvinem sisten-um, non sufficiant, ad Opiata accedendum, & Philo-ium Romanum, reqvies *Nicolai*, Pilulæ de cynoglossa ut Laudanum Opiatum exhibendum cum aq. portu-c. vel plantaginis, aut horum Syrupis, qvorum usu san-vis ad motum torpidior redditur, somnusque concili-tur, ne perpetuâ tussi pulmones vehementer concuti-ntur. *Galenus* primâ mox die Medicamentum diaspar-naton dictum ante somnum exhibuit, aut theriacam ecentem quatuor mensium.

Lazarus Riverius lib. 2. cap. 5. praxeos Medic. narcotica

ut

ut Syrupum de papavere in hoc adfectu multùm præ
stare scribit, vel etiam interdum, ait, theriaca recem
qvatuor mensium, ut docet *Galenus lib. 5. meth. med. cap.*
13. Philonium Romanum aut Laudanum Opiatum u
surpari poterunt. Refert *Platerus*, se hæmoptoicum
curasse solâ exhibitione trochiscorum alkekengi cum
Opio in lacte, caprino dissolutorum per aliqvot noc
ctes.

Gverner. Rolfincius epitom. method. cognosc. & curand.
particul. corporis morb. lib. 1. part. 2. cap. 5. in omni Sputo
sangvinis, ubi hactenus enarrata remedia nihil aut pa
rum juvant (modò vires nondum planè sint prostratæ
imprimis si tussis urgeat, pervigiliumqve adsit, esse de
veniendum ad narcotica svadet. Omnibus palmam
præripit Laudanum Opiatum ad gr. i. ij. in pilulari for
ma cum aqva polygoni sumptum.

Et *lib. 5. consultat. Medic. 2.* in necessitatis casu adhi
bet narcotica.

℞. Laudan. Opiat. gr. ij.
Fiant Pilulæ No. ij. dentur in pixide
S. Stärck Pillen.
℞. Magister. Anodyn. *Rolfinc.* gr. ij.
Sperniol. compos. gr. v.
Magister. C. C. philosoph.
calcinat. gr. ij.
Misc. ad chartam
S. Nacht Pulver.
Detur eodem modo in cochleari cerevisiæ.

Clariss. Francisc. in *Notis & Observat. ad praxin Ba*
bettian. in hæmoptoe seu sangvinis sputo Mixturam s
qventem maximè laudat:

℞. Aq. plantag. ℥ij.
Cinamom. ℥vj.

Co

Confect.d.hyacinth. ʒiß.
Acet.ſtillatit ʒß.
Corall.rubr.præp. ʒß.
Fl. balauſt.
Sangv.dracon.pulveriſat. āā ℈ß.
Laudan.Opiat.gr.iij.
Syr.Myrtin.ʒj.
Miſce.

Theologiæ Doctoris & Profeſſ. cujusdam primarii
kor nuper ex Catarrho acri in pulmones delabente
um continua & vehementi tuſſi pulmonumque motu
rti in hæmoptosin incidebat,cui præmiſſâ venæſectio-
e hoc ordinavi ecclegma, qvô Deo benedicente ſpu-
im iſtud ſangvinis planè ceſſavit, qvamvis verò ab
cri ejuſmodi Catarrho non planê libera evaſerit.

℞. Syr.è Symphyto
d. alth.
papav.erratic.
Corallor.
ex roſis ſicc.
myrtin.
portulac.
Loch.d.papav. āā ʒiij.
Radic.Symphyt.Condit.
Conſerv.roſar.antiq. āā ʒiß.
Pulv. anonym.
Haly ad phtiſin.
Spec.diatrag.frigid. āā ℈j.
Trochiſc.alkekeng.
d.Carabe
terr.ſigillat.
Gumm.tragacanth.alb.
arabic.

Corall.rubri.præp.
Lapid.Hęmatit.præp.āā gr.xv.
Lact.ſulphuris ℈ß.
Tinctur.Corallor.℈j.
Laudan.opiat. ſ. a. & m. gr. iiij.

Miſc. f. Lambile.
Detur ad fictile.
S. Bruſt-Safft.

Medicamenta veterum ex opio & Narcoticis ad hæmoptoſin uſitata hîc non immeritò notamus *Galeni num lib. VII. de compoſit. Medicam. ſec. loc. cap.* 4. compo nere ex adſtringentibus, & citra mordacitatem reſicc cantibus, ac glutinoſum qvippiam habentibus. Qvi bus convenienter miſcentur Opium, hyoſciamus aut cicutæ ſemen, qvod tuſſim ſedent & omnibu qvomodocunqve ſangvinem rejicientibus proſint Quocirca miſcere licet tum in iis, tum qvi ex nu tritionis organis ſangvinem ſurſum educunt, tum qvi bus ex ſpiritualibus organis idem contingit. Hiſc omnibus correctionis, penetrationis & diſtributio nis gratiâ aliqva tenuium partium calida (qvamvis ad verſa) miſcere fas eſt, iis præſertim, cum ad pulmoni organa dirigendum pharmacum.

℞. Balauſt.
Acaciæ āā ℥ij.
Tragacanth.
Succ. hypociſtid.
Roſar. āā ℥iiij.
Opii ℥ij.
Thur. ℥iij.
Myrrh. ℥j.
Sem. hyoſciam. obol. iij.

Excipe ſucco polygoni, f. Paſtilli.

℞. Ter

℞. Terr. Samiæ ʒiiß.
Corallor. ʒiiij.
Rubric. synopic. ʒij.
Balauſt. obol. iij.
Opii ʒiiij.
Amyli ʒxij.
Thur. ʒviij.
Sem. hyoſciam. obol. vii.

Cum ſucc. polygoni f. Paſtilli, exhibendi cum vitello ovi aſſo & aqua plantag.

℞. Succ. hypociſtid.
Balauſt.
Opii ãã ʒiij.

Excipe vino Myrtite, & fac catapotia. Doſis obol. iij.

℞. Amyli
Balauſt.
Terr. Samiæ
Succ. hypociſtid.
Gummi
Croci
Opii ãã ʒij.

Cum ſucc. plantag. f. Catapotia, Doſis ʒj.

Clariſſ. *Rondeletius* ad catarrhum acrem, ſputum ſanvinis & pulmonis, renum veſicæqve ulcera, ſeqventem piatam in freqventi habuit uſu.

℞. Succ. Liqvirit.
Styrac.
Gumm. tragacanth.
arabic.
Amyli ãã ʒiij.
Boli armen. ʒij.
Opii ʒiß.

Misc. cum Syrupo jujubar. & f. Opiata, detur ʒj. longè à somno.

Ejusdem ad sangvinis sputum.

℞. Conserv. rosar. antiq.
symphyti āā ʒß.
Gelatin. Cydonior. sacchar.
condit. ʒj.
Trochisc. d. carab. (hi Opium continent) ʒij.
Cum Syrupo myrtillor. f.
Lohoh.

Ad sangvinis sputum Serapionis tractat. VII. d. antidot. cap. XVIII.

℞. Acaciæ ʒiij.
Sem. Citrull. excortic.
Gummi āā ʒiij.
Opii
Croci āā ʒij.
Amyli ʒiiij.
Balaust.
Lapid. hæmatit.
Succ. barbæ hirci.
Lycii āā ʒiij.
Terr. sigillat. ʒiiij.
Cimar. rosar. ʒiij.
Spicæ ʒij.
Carabes ʒiiij.
Anisi ʒj.
Fiant Trochisci cum aqva.

Gvarenonius peripneumonicis passim exhibitas effi
pilulas de cynogloſſa theriacamque recentem scribit, &
ipse *Consil.* 177. Sereniſſimæ *Galliarum* Reginæ Eliſa
beth

bethæ Auſtriacæ peripneumoniâ laboranti præſcribit heriacam recentem.

Ad hæmoptoicos & ſuppuratos à veteribus ſeqvens quoqve medicamentum præſcriptum legimus.

℞. Galbani
Styrac.
Iridis illyric.
Cortic. pini ãã ʒij.
Enul.
Opii ãã ʒj.

Cum melle cocto prębe, ciceris magnitudine ex aqua meliſſ. cyathos qvatuor.

CAPUT XIII.

Laudani Opiati uſum in aſthmate & phtiſi nobiliſſimum declarat.

LAudanum Opiatum multum in aſthmate & phtiſi confert, qvatenus catarrhos à capite in pulmones deſtillantes ſiſtat, humorum acrimoniam temperet, aſt parciſſimâ manu exhibitum. Fruſtra enim, ut etiam Clariſſ. *Freitagius* vult, ac ex *Fabricio Hildano* qvoqve & *Cratone* conſtare poteſt, phtiſeos curationem aggredimur, catarrhis primò non ſublatis.

Ad Catarrhi ergò ſublationem acrimoniamqve temperandam, ſine qva catarrhi ſublatione fruſtra phtiſeos curatio erit aggredienda, ſeqvens convenit Maſſa pilularis;

℞. Maſſ. pil. de cynogloſſ. ʒj.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Croci opt. ℈ß.
Succ. glycyrrhiz. in aq.
hyſſopi diſſolut. & filtrat: blandoq;
igne ad cõſiſtent. mellis redact. ʒij

Misc. f. Pilulæ N.LX. Qvotidiè post cœnam sumantur ij. iij vel iv.

Ioh. Petrus Lotichius lib. 2. cap. 6. Observat. Medic. 1. in asthmate hunece Haustulum Asthmaticum & Expectorantem præscribit, qvo antehac usus eratæger, ac denuò ob effectus suos felicissimos petiit.

℞. Oxymell. Sqvillitic. ℥iij.
Elix. vitæ descript. *Augustan.*
Aq. vitæ opt. rectific. ãã ℥iß.
Spec. diajreos *Salom.* ℥ß.
Ol. still. anisi gt. v.
Laudan. Opiat. gr. j.
Sacchar. Cand. dulcis. ℥iij.
Moschi elect. gr. j.
Misc. diligenter: Colatura detur ad vitrum.
S. Kräfftiges Tränclein auff einmahl.

Sic *lib. 3. cap. 2. Observat. 1.* Capitaneo cuidam tussi cum asthmate veteri gravissima & pertinaci, circa ver recidivante, laboranti seqventem qvoqve mixturam ordinavit:

℞. Oxymell. Sqvillitic. ℥ij.
Julap. violar.
Syr. jujubin.
de farfar.
Loch de pino ãã ℥ß.
Elix. vitæ *Aug.*
Aq: hyssop.
tussilag.
veronic. ãã ℥ ß.
Spec. diajreos *Salom.* ℥i.
Ol. still. anis. gt. v.

Croc

Croci orient. ℈ß.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Sacchar. Cand. ℥ij.
Miſc. ad vitrum.

S. Sonderliche Bruſt-Mixtur.

Joh. Freitagius Tractat. de phtiſi hîc maximè diſpicien-
lum putat, an ſit Catarrhus tenuis, acris, an verò ſi-
ne acrimonia ſubtilis, ſi non magnoperè acris & ſalſus,
ed ſubtilis, exhiberem, inqvit, veſperi ituro cubitum
Electuarium ex Myrrha, thure, bolo armeno, amylo,
em. papaveris, fl. ſulphuris cum diacodio, ſyrupo ju-
ubino, ſaccharo roſato veteri, reqvie *Nicolai*, & ſi
eceſſitas foret, adjecto opio correcto, vel aliqvo O-
iato, ut tenuis ſuccus influens interciperetur, incras-
aretur, ſiccaretur, moleſta noctu tuſſis inhibere-
ur.

Adrianus Mynſichtus armament. Medico-chymic.
ect. 3. In aſthmate & phtiſi multum commendat Lau-
danum Opiatum, variasqve habet Medicamentorum
ormulas, qvas idipſum ingreditur.

HAUSTUS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Syr. d. glycyrrhiz.
praſſ. ãã ℥iß.
Aq. Loch. ſan.
hyſſop.
fœnicul. ãã ℥j.
Elæoſacch. aniſi ℈ß.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Aq: marrub.

tussilag.
veronic, āā ʒiß.
Syr. d. hyssop.
jujub. āā ʒj.
Rob nucum ʒß.
Elæosacch. fœnicul. ℈ß.
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

PILULÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Fl. sulphur. comp.
benzoes āā gr. iiij.
Misc. & cum oleo salviæ f. Pilulæ deaurandæ pro una dosi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Lact. sulphur.
Tragacanth. alb. āā gr. iiij.
Misc. & cum olei chamomill. stillatit. q. s. formentur Pilulæ parvæ, qvæ deaurentur pro una dosi.

BOLUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Confect. pectoral. nostr. ʒj.
Loch. san. & expert. ʒß.
Succ. glycyrrhiz. extract.
Elæosacch. fœnicul. āā. ℈ß.
Extract. croci gr. iij.
Misc. & cum Rotul. diajreos simpl.
f. Bolus pro una dosi.

ALIUS

℞. Laudan. opiat. q. s.
Conserv. violar. cum Spir.
sulphuris tinct. ʒj.

Loch.

Loch. de pino ʒß.
Spec. diasulph. nostr. ϑj.
Extract. enul. camp.
Elæosacch. anisi ãã ϑß.
Misc. & cum Man. Christi simpl. q. s.
f. Bolus pro una dosi.

Reliqva qvę seqvuntur Medicamenta, qvæ Laudanum Opiatum qvoqve sibi permixtum habent, in asthmate & phtisi sunt glorioſa, mirabiliſqve planè operationis, ideò usum quoqve eorum semper magnifeci, ac in praxi pro expertis ea habui.

℞. Conserv. fl. hyssopi cum
spir. sulph. tinct. ʒj.
Extract. jreos Florentin.
enucl. camp. ãã ϑß.
Confect. pectoral. *Mynſ.* ϑj.
Laudan. Opiat. q. s.
Ol. still. anisi
fœnicul. ãã gt. j.
Misc. & cum Rotul. man. Christi perlat. cum ol. Cinamom. parat. f. Bolus.

A L I U D.

℞. Aq. antiphtisic. *Mynſ.* ʒix.
Sacchar. cand. albiss. ʒiß.
Lact. sulphuris ʒj.
Fl. sulphur. ϑij.
Magister. perlar. orient.
Corall. rub. ãã ʒß.
Laudan. opiat. q. s.
Fiat Mixtura.

Dosis est manè & vesperi à cochl. j. ad ij. Et homo ex hujus liqvoris usu fit valdè pingvis: qvia humectat, lenit, nutrit, confortat, somnum svaviter conciliat, humi-

miditatem radicalem reſtaurat & tuſſim ſedat. Extenuatis, conſumptis & hecticis maximum ſolatium eſt; illos enim priſtinæ ſanitati reſtituit, morbumqve planè expellit, ſed priuſquam ad uſum medicum adhibeatur diligenter moveatur.

A L I V D.

℞. Aq: Cinamom. bugloſſat.
Capon. *Myrſ.* āā ʒij.
Pulmon. vituli *Ejuſd.*
hederæ terreſtr.
veronic.
farfar. āā ʒiß.
Lact. ſulphuris ʒiß.
Fl. ſulphuris ℈ij.
Magiſter Corallor. rub.
perlar. orient. āā ʒß.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Miſc. & cum Rotul. Man. Chr. perlat. ʒiß.
Edulcora, & ad uſum reſerva.

Qvæ mixtura ſanè glorioſa eſt, divinumqve auxilium præſtat, qvâ multorum phtiſicorum jam in agone jacentium vitam interdum à mortis faucibus liberavi, interdum etiam ad multos dies produxi. Mirabiliter enim aſthmaticos, peripneumonicos, phtiſicos & hecticos juvat; Cor confortat: periculosè ſeu graviter tuſſientes non ſine admiratione liberat ac priſtinæ ſanitati reſtituit. Doſis ejus erit manê, meridie, & veſperi cochl. j. ad ij. & priusqvam ad uſum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

A L I V D

℞. Sacchar. cand. in ſyrup. violar. concret. ʒij.
Lact. ſulphur. ʒj.

F

Fl. ſulphur. compoſ.
Confect. Alcherm. ãã ʒß.
Laudan. Opiat. gr. vj.
Magiſter. perlar. orient.
Corall. rub.
Saturni ãã gr. xv.
Miſc. f. Pulvis ſubtiliſſimus,
cujus doſis eſt à ℈j ad ʒß.

Vires reficiendo, cor & totam naturam confortando niræ operationis eſt, multumqvoqve nutrit & impinvat; fluxus capitis exiccat, cerebrum roborat, tuſſim ſeat; aſthma tandem phtiſin & tabem Curat.

ALIVD.

℞. Succ. glycyrrhiz. purgat.
Lact. ſulphur.
Fl. ſulphuris ãã ʒj.
Cardamom. min.
Terr. ſigillat. ãã ℈ij.
Sem. Cydon.
urtic. Roman.
Macis
Piper. long.
Croci oriental.
Nuc. moſchat.
Zingiber, alb.
Cinamom. acut. ãã ℈j.
Laudan. Opiat. gr. xv.
Tragacanth. alb.
Radic. Ireos Flor.
Fl. papav. erratic.
Maſtich. elect.

Crem.

Crem. Tartari ãã ℈ß.
Miſc. & f. Pulvis, cui add.
Ol. ſtill. hyſſopi.
fœnicul.
ſalviæ
aniſi
chamomill. Rom. ãã gt. iij.
& ad uſum repone.

Mirabilis planè virtutis eſt hic pulvis; tuſſi enim diu uturnæ, difficultati ſpiritus & aſthmati chronico medetur; humores in pectore diverſos & craſſos incidit & extenuat: præſervat & curat abſqve omni alia medicina phtiſin, tabem, pleuritidem, omnesqve putrefactiones & apoſtemata, & in adfectibus thoracis miranda præſtat, vocisqve jacturam ſemper reſarcit. Conſumit etiam & exiccat fluxus capitis & pravos humores in corpore exiſtentes, è quibus podagra, iſchiada ac arthritici dolores exiſtere ſolent; prophylacticon eſt in epilepſia, apoplexia, lepra, lue venerea convulſione nervorum, colica, hydrope, cæterisqve adfectibus. Doſis ejus eſt à ℈j & ʒß ad ʒj manè & veſperi in vehiculo convenienti.

In hydrope autem offertur cum ãã Mag. Croci Martis, corpore prius evacuato, & neminem fallet. In adfectibus thoracis exhiberi poteſt in forma trageæ, addito ſaccharo cando albo, vel cum Syrupis pectoralibus mixtis, in forma electuarii ſeu ecclegmatis.

Juris Doctoris cujusdam uxor *Embdæ* cum praxin exerceret phtiſica erat, tuſſi moleſtâ admodum adfligebatur, reſpirationem qve interdum patiebatur difficilem; huic ad eam vocatus præſcripſi ſeqventem pulverem, ex cujus uſu benè ſe per longum temporis ſpatium habuit, ac ſemper à me, cum de novo eâ adfligere

rec

tur, hunc pulverem, ut iterum ordinarem, petiit.

℞. Magiſter. Saturni ℥j.
Succ. glycyrrhiz. benè purgat.
Lact. ſulphuris.
Radic. Chim. elect. ãã ℈ij.
Salis margaritar.
Corall. rub.
panis triticei, ãã ℈j.
Boli rubri orient. præp.
Fl. benzoës,
Oliban.
Laudan. opiat. ãã ℈ß.
Croci orient.
Caſſ. lign. ãã gr. vj.

Miſc. & f. Omnium pulvis ſubtiliſſimus, cui add. ſacchar. cand. alb. ℥iij. & pulverem benè mixtum ad uſum reſerva. Cujus doſis manè & veſperi à ℥ß ad ℥j. in vehiculis apropriatis.

Neſcio ſanè, qvibus verbis in phtiſi incomparabilem hanc compoſitionem extollam. Multos per ſingularem Dei gratiam eâ curavi phtiſicos planè deſperatos; & phtiſis, qvæ aliàs humanâ arte curari non poteſt, curatur ſæpè hac medicina.

Clariſſimus *Barbette in praxi Medic.* feliciter præter cætera Laudanum qvoque Opiatum Phtiſico cuidam præſcripſit, qvod ex ſeqventibus eluceſcit. D. *Haſenbeck*, ovium Dei Paſtor, melancholicus, macer, tuſſiculoſus, febricitans, nec noctu, nec de die ferè poterat dormire, dolebat caput, appetitus, ut & totius corporis vires erant proſtratæ. Juvenis eſt circiter 30. annorum. Præſcripſi illi primò decoctum laxans, deinde hanc electuram cochleatim aſſumendam;

℞. Aq.

℞. Aq: ſcabioſ.
Card. bened. āā ℥ij.
prophylactic. ℥ß.
Ocul. Cancri præp. āā ℈iß.
Syr. papav. rh. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. j.
Miſc. ad vitrum. Optimè inde habuit.

CAPUT XIV.

De *Glorioſiſſimo Laudani Opiati effectu, qvem in Cordis adfectibus præſtat.*

Laudanum noſtrum Opiatum, qvod *cap. 3. part. 2 libri noſtri* deſcripſimus, cardiacum jure merito meretur appellari; Id enim ita correctum & temperatum ac præſtantiſſimis remediis cor ac ſpiritus vitales corroborantibus permixtum eſt, ut cordis potiſſimum ſymmetriam & robur fulciat, muniat & confirmet. Nec ſolùm noſtrum, ſed aliorum quoqve graviſſimorum ac doctiſſimorum Medicorum, ut *Mynſichti*, *Fretagii*, *Sennerti*, *Rolfincii* &c. Laudana qvoqve Opiata id præſtant. Ideò uſus qvoqve eorum in omnibus cordis adfectibus illuſtris eſt. De noſtro pollicemur poſſumus, qvod cardiacis & præter rationem tribulantis proſit. Palpitationem, tremorem & ſyncopen vapores potiſſimum in aſcenſu inhibendo & ſpiritum reſolutionem impediendo curat. Spiritum clarificat, animumqve exhilarat, debiles & langventes recreat; cor in genere confortat, illudque à peſte & aliis malis qvàm plurimis præſervat, ſi in modum ſeqventem cum aliis pharmacis cardiacis etiam permiſceatur.

℞. A

℞. Aq: Cordial. frigid. & calid. *Mynſ.*
āā ℥iiij.
Cinamom.bugloſſat.
C.C Citrat.āā ℥j.
Confect.alcherm.℥ij.
Sal.perlar.orient.
Corall.rub.āā.ℑj.
Syr.d.Cinamom:
papav:rh.āā ℥vj.
Laudan.noſtr.Opiat.q.ſ.
Rotul.man.Chr.perlat.℥ij.
F. l. a. Mixtura.
S. Hertzſtärckende Mixtur.
Cujus doſis eſt à cochl. j.ad ij.

A L I V D.

℞. Aq:borragin.è floríb.deſtillat.℥v.
Cinamom.cum vino ℥ß.
Syr.de ſucc.borragin.℥j.
Julap.roſac.℥ß.
Margaritar.diſſolut.℥ij.
Auri diſſolut.℥j.
Laudan.Opiat.q.ſ.
Fiat l. a Mixtura.
S. Hertzſtärckende Mixtur.
Cujus doſis eſt à cochl.j.ad ij.

A L I V D

℞. Conſerv. fl. tunic. rub. Spir. ſulphuris
tinct.
roſar.vitriolat.āā ℥ ß.
Nucis moſchat.in India Condit.℥ij.
Elæoſacchar.Citri ℥iij.
Tinctur.Corall.ver.
Magiſter.perlar.orient.āā ℥j.

Gran.

Gran.tinct.
Corn.alc.spagyric.calc.ãã ℈ij.
Mastiches elect.
Lign.aloës
Galang.min.
Cardamom.min.ãã ʒß.
Lapid.S.pretiosior præp.
Ambræ.
Extract.croci orient.ãã ℈j.
Moschi *Alexandr.*
Oss.de corde cervi ℈ß.
Auri potabil.ʒij.
Laudan.Opiat.cum a.& m.℈j.
Ol.still.Cinamom:
macis ãã ℈ß.
Cariophyll.
rosar.ver. ãã gt.v.

Misc. & cum Syrup. granorum chermes q. f. l. a. Electuarium.

Hoc est Electuarium nostrum pretiosum, qvod co Laudani Opiati admistionem, Electuarium Opiatu nobile qvoqve dici potest. Cordiale enim est illustri simum contra tremorem & pulsationem cordis; itee contra animi deliqvia medicamentum mirabilius, pr stantius & efficacius in tota Republica Medica non hi betur. Datur magno juvamine senibus, debilibus ægris convalescentibus, qvoniam spiritus vitales, an males,& (ut nonnulli volunt) naturales in omnib membris recreat atqve fortificat,humidum radicale r novat,voluptatem parit somnum jucundum ac svave graviter ex morbo decumbentibus conciliat, ipsosq sæpè è mortis faucibus eripit. Nec solùm hanc sua majestatem in corde corroborando ac ejus adfectib

te

llendis illustrat, ast vertiginis etiam, epilepsiæ, apople-
æ, leprę, podagræ, scorbuti & hydropis. Verum &
ertum prophylacticon ac glorioſum auxilium evadit.
oſis ejus à ʒß ad ʒj. per ſe. vel in vehiculis adpropria-
s haberi poteſt.

Excellentiſſimus *Gverner. Rolfincius lib. 4. conſultat. Medic. 2.* in virgine, ſyncope ex menſium ſuppreſſione borante ſuo quoque uſus eſt Laudano Opiato ſo-ri.

℞. Confect. alcherm.
d. hyacinth. ãã ϑj.
Magiſter. corallor.
Perlar. ãã gr. vj.
Lapid. bezoar. orient.
Laudan. Opiat. ſolar. ãã gr. j. vel ij.
Miſc. & f. cum q. ſ. ſacchar. Bolus.

Clariſſimus *Banniſterus* Anodynum ſeu Opiatum ordiale habet, qvod in omnibus cordis adfectibus mmè prędicat; illud autem deſcribitur nobis à *Joh. reitagio Tractat. d. Opio cap.* 18.

℞. Theriac. Andr. ʒß.
Laudan. cordial. ſeu
Opiat. *Banniſteri* ʒvj.
Extract. Croci ϑij.
Pulv. cordial. proximè deſcript. ʒiij.
Imbibantur oleo cinamom. q. ſ.
Pulv. radic. angelic.
Zedoar. ãã ʒj.
Qvæ imbibantur olei aniſi q. ſ.
Extract. radic. vel ſucc. hyoſciami ʒij.
Moſchi opt. ʒj.

Ambræ gryſ. ʒiß.
Corn. unicornu ℈ij.
Lapid bezoar. ℈iiij.

Fiat Maſſa pro pilulis, doſis à gr. vj. ad xij.

Adrianus Mynſichtus armament. Medico chymic. ſect. ; *d. extract.* in cordis adfectibus graviſſimis ſimilitce Laudanum ſuum Opiatum miris extollit laudibus, i ludqve in iis ſtupendum iudicat Medicamentum; idciir cò etiam elegantiſſimas nobis Medicamentorum fo mulas, quas Laudanum Opiatum ingreditur ſuum, re liqvit.

HAUSTUS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Syr. limon. ʒij.
Aq: borragin.
Cinamom.
roſar.
nymph. āā ʒj.
Confect. alcherm.
Tinctur. Corallor. āā ℈ß.
Sal. Perlar. orientat. gr. iij.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Syr. acetoſ. Citri
rub. Idæi āā ʒij.
Aq: Meliſſ.
bugloſſ. āā ʒiß.
Confect. pretioſ. noſtr. ℈j.
Tinctur. Rubin. ver. ℈ß.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

PILULÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Margarit. trochiſcat. noſtr.
Oſſ. d. cord. cervi ãã gr. iij.
Miſc. & cum ol. maceris q. ſ. f. Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Lapid. S. pretioſ. præp.
Bezoar. Orient. ãã gr. j.
Miſc. & cum ol. Cinamom. f. Pilulæ parvæ, qvæ deaurentur pro una doſi.

BOLUS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. borragin. vitriolat. ℥j.
Confect. alcherm. ℈j.
Spec. diamarg. frigid. ℈ß.
Man. Chriſti perlat. q. ſ.
ut f. Bolus pro una doſi.

ALIUS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. fl. tunic. vitriolat. ℥j.
Confect. Citri noſtr. ℈j.
Spec. diarrhod. abb. ℈ß.
Elæoſacchar. Cinamom. q. ſ.
ut f. Bolus pro una doſi.

CAPUT XV.

Qvos illuſtriſſimos uſus Laudanum Opiatum in omnium febrium genere præſtet, expendit.

QVoniam cordis adfectibus ſimul febres adnumerantur, ideò nobis qvoqve in capite hoc ſeqvens paucis contemplari, qvos uſus ſcilicet illuſtriſſimos

in omnium febrium genere Laudanum Opiatum prr
ſtet, conſultum fuit. Conducere ergò multum in hi
ce febribus Opiata, *Felix Platerus in conſil. à D. Brendel*
collectis *fol.* 369. his teſtatur verbis: Et mirificè prr
deſt Laudanum Opiatum, cujus beneficio non modò
febribus illis ardentibus & malignis plurimos deſperr
tos vidi liberatos, ſed & non ita diu furioſum qvendar
vinctum, paucis præmiſſis præmittendis priſtinæ ſaniti
ti eſſe reſtitutum, certè affirmare poſſum.

Excellentiſſimus *Gverner Rolfinçius lib.* 4. *ſect.* 3. *ca*
VI. Chym. in artis form. redact. Laudanum Opiatum con
venire omni febrium generi qvoqve exiſtimat. Febr
um paroxiſmis inqvit, etiam Opiatum hoc Laudanu
frenum injicit, & ne revertantur, prohibet. Soporee
inducentia in febribus locum habuiſſe antiqvitus con
ſtat ex divino Sene *de morb. lib.* 2. *ſect.* 2. cum ad qvarr
nas commendat. Medicamentum compoſitum ex ſem
ne hyoſciami, radice mandragoræ, ſilphio & trifolio
Trallianus lib. 12. *cap.* 8. antidotos magnas ad qvartan
commendat, qvæ opium recipiunt & hyoſciamum
Galenus 1. *de febres curandi ratione ad Glauconem cap.* 1
& *lib. d. theriac. ad Piſon. cap.* 15. Φάρμακον δὲ ἐχιδν
theriacam qvartanæ febri adverſari, & paroxiſmum in
pedire ſcribit, qvod melancholiæ bellum inducat. *pe*
item 250. de hiſce iudicium ſuum ita exponit: in febr
bus eadem motus humorum διάχυσις diffuſio impedi
habet locum. Qvieſcentibus aliqvo modo humo
bus, eorum disgregatio & fermentatio non conſeqv
tur, inde paroxiſmis frenum injicitur.

Antonius Deüſingius Diſputat. 5. *de Febrib. interm*
tent. theſ. 21. *p. m.* 107. quò obviam paroxiſmo eatu
(præmiſſis præmittendis bihorio vel trihorio ante pp
roxiſmum cum nempe fermentum agitari incipiet,

nn

turæ conatus in idipsum intendi, multum convenire
nset, qvod exhibeantur sudorifera, diascordium, Mi-
ridatium, lapis bezoar &c. instratisqve corpori tegu-
entis diaphoresis promoveatur. Addenda item præ-
ctis, aut seorsim exhibenda putat febrifuga specifica,
e fermentalem qvalitatem coërceant vel emendent,
t fermentum ipsum qvasi absorbeant, vel præcipitent,
li subsidere faciant: qvalia sunt C. C. præp. oculi can-
præp., pelliculæ interiores stomachi gallinæ pulve-
atæ, cochlearum testæ ustæ ac in pulverem redactæ,
nchæ margaritiferæ (qvæ perlarummatres dicuntur)
cinatæ &c. Huc item Opiata & narcotica refert, qvi-
s tamen circumspectè utendum est.

Ob has igitur rationes Medici practici celeberrimi
omnium febrium genere Laudani Opiati usum sem-
r maximi fecerunt, cum tales præstiterint effectus, qvi
ullis aliis remediis essent exspectandi.

Adrianus Mynsichtus ergò *armamentar. Medico-Chy-*
c. sect. 3. varias medicamentorum antifebrilium for-
ulas, qvæ Laudanum Opiatum recipiunt, posteritati
oqve Medicæ reliqvit, qvas ob effectum eorum ex-
lentissimum hîc silentio non præterimus.

HAUSTUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Aq: Card. bened. ℥j.
Syr. d. centaur. min. ℥ij.
Sal. febril. nostr. ℈j.
Extract. Zedoar ℈ß.
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

ALIUS

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Aq: febrifug. nostr. ℥j.
Syr. d. absinth ℥ij.

Elix.febril.noſtr.℈j.
Extract.cariophyll.℈ß.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

PILULÆ.

℞. Laudan.Opiat.q.ſ.
Sal.febril.noſtr.℈ß.
Miſc. & cum ol.abſinth. f. Pilulæ parvæ ddeaurandæ,pro una doſi.

ALIÆ.

℞. Laudan.Opiat.q.ſ.
Nitri Vitriolat.℈ß.
Miſc. & cum oleo Camphorę f. Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

BOLUS.

℞. Laudan.Opiat.q.ſ.
Theriac.febril.noſtr.℥j.
Zingiber Condit.℥ß.
Spec.febrifug.noſtr.℈j.
Elæoſacchar.Myrrh.℈ß.
Miſc. & cum ſacchar.cand.alb. q. ſ. f. Bolus pro una doſi.

ALIUS.

℞. Laudan.Opiat q.ſ.
Theriac.febril.noſtr.℥j.
Calam.aromatic.condit.℥ß.
Sal.febril.noſtr.℈j.
Elæoſacch.rutæ ℈ß.
Miſc. & cum Rotul. diarrhod. abb. f. Bolus pro una doſi.

Extant qvoqve Pilulæ antifebriles virtute prȩſtantes qvæ aliàs Clariſſimo *Luchtenio* adſcribuntur, ac in omni febrium genere utiliter præmiſſis præmittendis uſui pari poterunt.

℞. Ex

℞. Extract. Gentian.
Centaur. min.
Card. bened. āā ℈j.
Laudan. Opiat. gr. v.

Misc. & f. l. a. Pilulæ, cujus dosis brevi ante paroxismum tempore est ℈j.

Mirabilis planè ac stupendę operationis est seqvens lvis, cuius beneficio innumerabiles ferè febres inrmittentes, adnuente Dei gratiâ curavimus, ac pro o Lector benevolus mihi aget gratias.

℞. Pulv. fol. & fl. centaur. min. ℥ij.
C. C. ust. & præp. ℥iß.
Sal. absinth.
Card. benedict.
Laudan Opiat. āā ℈j.
Man. Christi perlat. ℥ii.

Misc. f. Pulvis.
S. Fieber Pulver.

Cuius dosis est ℥i. brevi ante paroxismum tempore.

Nec solum internè sumptum, sed exterius qvoqve plicatnm Laudanum Opiatum mirificè febris, paroxism inhibet ac planè tollit, Sic

℞. Herb. urtic. M. j.
Tel. aranear. ℥ß.
Sal. comm. cochl. i.
Aceti tantundem.
Laudan. Opiat. gr. x.

Misc. f. Cataplasma; applicetur pulsibus per 2. horas ante accessionem.

ALIUD.

℞. Vng. popul. ℥ii.
Herb. plantag. Mi.

Sal. comm.
Fuligin Camin.
Tel. aranear.
Sem. Urtic. āā p. j.
Laudani Opiat. cum ſucc.
citri præp. gr. x.
Aceti roſar. q. ſ.
Miſc. f. Cataplaſma pro pulſibus.

ALIUD.

℞. Puly. pyrii pulveriſat.
Sal. Comm. fuſi āā ℥j.
Tel. aranear.
Nuc. moſchat.
Oliban. elect. āā ℥ij.
Herb. abſinth.
burſæ paſtor.
urtic min.
rutæ āā Mj.
Laudan. Opiat. cum ſucc. citri præp.
gr. xv.
Terebinthin. alb. q. ſ. ut fiat Cataplasma
pro pulſibus.

Hocce comprehenſum duobus linteolis & ſuper pulſus utriusqve manus duabus horis ante paroxiſmum positum febres puerorum qvàm plurimas, præſertim autem tertianam notham ſeu ſpuriam curat, & mirabiliter ſæpè paroxiſmum ſedat.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 1. cap. 3. Obſerv. Medic. 1. in fe bri continua puellæ pro pulſibus & temporibus he ungventum præſcribit:

℞. Ung. popul.
roſat āā ℥ ß.
Tel. aranear. ℥ij.

Opp

Opii Thebaic. gr. iiij.
Misc. f. Ungventum.
S Sälblein zum Pulsen.

Licèt autem hæcce remedia tàm interna qvàm externa empirica potius ac amethodica apud Medicos audiant rationales, tamen *Riverio*, *Th. à VVillis*, *Schrödero*, *Crollio*, mihi aliisqve comperta sunt, febres hoc modo haud penumerò curari; cum pharmaca alia omninò nihil prodessent. Hoc tamen attendendum, horum usum post pharmaca & venæsectionem, (si opus fuerit) esse maximè proficuum; quandoqve verò absqve aliqva prævia præparatione, aut evacuatione, sed primo principio.

In febribus autem non continuis solùm, sed intermittentibus qvoqve, hecticis, malignis & pestilentialibus Laudanum Opiatum feliciſſimo semper cum successu usurpari potest.

Gregorius Horstius Lib. X. de pharmaceutic. observat. 3. in febribus continuis, ait, pervigilia & inqvietudine, diribus ferè dissipatis ad usum Laudani Opiati, rectè me sæpius accessisse memini; qvod vel maximè testatur *Observatio 22. lib. 1. de Febrib.* de nobili juvene, qvi anno 1610. *Coloniæ* desperatus ob lapsum virium, hoc modo somno provocato, pristinam sanitatem recupebabat, dissipatis impetum faciendo spiritibus viciſſim recollectis.

Sic in febri quoque ardente continua Clariſſ. *Fr. Pitius Tractat. special. de Febrib. p. m. 150.* huncce præscribit solum.

℞. Sal. Tartar. ℈ß.
Margarit. præp.
Lapid. Bezoar. orient. ãã gr. viij.
occident.

Confect.alcherm.ãã ℈ß.
Diascord.*Fracastor*.gr.v.
Laudan.Opiat.gr.i.
Syr.papav.ertatic.q.s.
Fiat Bolus.

Prætereunte vere Studiosus qvidam Theologiæ & Ministerii Candidatus febri continua tertianâ scorbuticâ laborans gravissimâ,semper tertio die horis vespertinis circa horam forsan decimam, paroxismum cum vehementi febrili æstu (ac si planè igneus esset) capitis dolore ac virium defectione sentiebat fortissimum. Huic, cæteris pharmacis, qvæ depellendo huic hosttii infensissimo necessaria erant, non neglectis, ordinavi seqventem mixturam, de qva horâ unâ ante paroxissmum duo cochlearia sumens se sudori dedit, qvâ per Dei summam gratiam paxoxismus planè cohibitus & infractus est, ægerqve paucis diebus convaluit, qvamvis virium iactura pedetentim medicamentis corroborantibus ac diæta refocillanti restitueretur.

℞. Confect.Mithridat.*Damocr*.
diascord.*Frac*.
alcherm. s. a. & m. ãã ℈i.
Ocul.Cancri præp.gr.xv.
C. C. Spagyric. calcinat.
Lapid. prunell. ãã ʒß.
Corall.rubr.præp.
Matris perlar.præp.
Tartar.nitrat.ãã ℈i.
Salis absinth.gr.xv.
Antimon.diaphoretic.gr.viii.
Laudan. Opiat, cum succ. Citri præp.
gr.v.
Syr.

Syr.papav.rh.℥vj.
Aq:Card.bened.
fumar.
papav.rh.
borragin.ãã ℥ß.
Cinamom.cum vin.deſtill.℥ij.
Spir.vitrioli gt.x.
Fiat l. a. Mixtura.

Clariſſ. *Ioh. Freitagius Lib. d. Opio & Medicam. Opiat. ep.26.* ad febres intermittentes peculiaria habet arcana, qvæ ob Laudani Opiati admixtionem magnifacit, & mirabilis ea eſſe virtutis aſſerit.

Arcanum ad *febrem tertianam veram & notham.*

℞. Laudan.febrifug.pecul.noſtr.deſcript. gr.iiij.
Extract.Centaur.min.
Card.bened.
gentian.
abſinth.ãã gr.v.
Eſſent.terrar.trium ãã gr.iij.
Pulv.colatur. terræ ʒß.
Natalit.gleb.Cypriæ ʒij.
Tartar.vitriolat. ʒß.
Aceti ſambuc.℥ß.
Aq: centaur.min.
Syr.acetoſ.citri ãã ℥j.
Spir.vitrioli gt.iij.
Miſce.

Arcanum Ejusdem ad febres quotidianas.

℞. Aq:theriacal.n.d.℥iij.

Qvint.

Qvint. essent, trium terrar. ãã gr. iiij.
Aceti Bezoartici
Oxymell. squillitic. ãã ʒß.
Pulv. piper. ϑß. gr. vij.
Extract. asari ʒß.
Pulv. Colatur, terr. ϑß.
Aq. Calaminth.
Card. bened.
Syr. Cortic. citri
acetos. citri ãã ʒß.

Misce.

Francisc. Deckerus in Not. & observat. ad praxin Barbettianam lib. 3. cap. 3. Laudani Opiati usum in febri qvotidiana ac tertiana magni qvoqve æstimat. Mulier qvædam, inqvit, qvadraginta annos nata primò febri quotidianâ, postea tertianâ intermittente à sesqvi annco circiter adflicta; paroxismus cum horrore, pandiculatione, & aliqvando totius corporis qvasi concussione, invadit, leviqve cum calore & subinde sudore recessit: dolorem interim in scapulis & regione lumbari observavit, appetitu jam aucto, jam diminuto, imò nonnunqvam depravato existente, unde admodum melancholica fuit reddita; cui hæc præscripsimus:

℞. Aq. Menth. ʒij.
cortic. citri
fœniculi
theriacal. simpl. ãã ʒj.
Sal. absinth. ʒß.
Bezoartic. Mineral. ϑj.
Spir. salis armoniac. gt. xxv.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Ol. still. menth. gt. ij.
Syr. Carduibened ʒj.

Mi-

Miſce. Subinde hujus cochleare unum atqvè alterum ſumpſit, cujus beneficio ſymptomate indies mitiora redd bantur (cæteris etiam non neglectis medicamentis).

Lazar. Riverius lect. 2. cap. 5. Heurnii Trochiſcos ad febrem quartanam ſibi uſitatos, qui opium ſibi ſimiliter permixtum habent, mirificè adducit, iisque etiam hyemis tempore unicâ exhibitione multos à febre qvartana fuiſſe liberatos aſſerit.

℞. Sem. rutæ
Petroſelin.
Myrrh.
Theriac. tec. ãã ℈j.
Opii Thebaic. ℈ß.
Fiant Trochiſci parvi.
Dabis unum cum aqua adpropriata ante paroxiſmum.

Narcotica eqvidem, porrò ait, eximiam vim habent, d cohibendum paroxiſmum. Sed niſi major humoris morbifici portio antea evacuata ſit, & obſtructiones plurimum imminutæ, noxam inferre poſſunt, cum umores vitioſos in corpore retineant, & obſtructiones alios qve morbos grauiores generent. Attamen n exigua qvantitate exhibita & aperientibus incidentiuſqve permixta, ut in hiſce trochiſcis, minus nocere oſſunt.

De theriacę, qvæ opium ſimiliter recipit, uſu *p. m. 82 ect. & cap. jam citat.* ita differit: Diſcutientia & diaphoetica in declinatione morbi ad illius reliqvias diſcutiendas, apparentibus concoctionis ſignis, utiliſſima unt. Non ſolùm enim dictas morbi reliqvias diſcuunt, ſed etiam intemperiem longo morbo contractam orrigunt, habitum corporis malum emendant, ac ventri-

triculum, hepar, aliaqve viscera diuturnitate morbi debilitata, corroborant. Ex his primum locum obtinet theriaca, ab antiqvis & neotericis ad hunc usum commendata. Exhibetur horâ unâ ante paroxismum ʒß pondere cum vino aut decocto chamędr. ; vel si nimia caliditas timeatur, cum decocto agrimoniæ, succo vel aqva plantag. Reiterandum est medicamentum per plures paroxismos. Potest autem exhiberi manè extra paroxismum, per aliqvot dies. Sed paulò ante paroxismi felicius operatur, qvia augmentum frigoris prohibet humoremqve febris causam jam effervescere incipientem commodius discutit, & hoc modo paroxismum vel imminuit, vel si materia paucior sit, prorsus tollit. Hîc tamen summa cautio adhibenda est, ne theriaca vel similia medicamenta calidiora cruditatis temporibus exhibeantur; fundunt enim humores putridos, unde confusio & febris incrementum, ita ut qvartana simplex in duplicem & triplicem imò verò continuam aliqvando degeneret. Qvemadmodum contigit *Eudemo* peripathetico, ut refert *Galenus lib. d. præcogn. ad posth. cap. 2. &* ʒ in qvo qvartana simplex exhibitâ à Romanis Medici intempestivè theriacâ, in triplicem versa est. Postmodum tamen apparentibus concoctionis signis, exhibitâ eâdem theriacâ, à *Galeno* curatus est.

Arcanum Clariss. *Freitagii* ad qvartanas intermittentes glorioſum ac efficaciſſimum qvoq; medicamentum est; describitur autem ita:

℞. Laudan. febrifug. nostr. descript. gr. vj
Confect. alcherm. ʒß.
Mixtur. Tartar. vitriolat. ℈j.
Qvint. essent. trium terrar.
ãã gr. iiij.
roris indurat.
& ce

& ceſpit. marin.
āā gr.v.
Extract. bulbi cavi
alari āā ʒß.
Pollin.cœli microcoſmic. ℈j.
Oxymell.ſqvillitic.
Aceti bezoartic.āā ʒß.
Syr.è ſucc.violar.
borrag.āā ʒj.

Miſc.

In febri hectica ad tuſſim & ſitim contemperandum ariſſ. *Franciſcus Piëns Tract. ſpecial. de Febrib. cap. 4. p. m.* . ſeqvens præſcribit electuarium.

℞. Conſerv.roſar.rub.
Sacchar.roſar.
altheæ āā ʒß.
Magiſter.perlar.
Fl.ſulphur.āā ʒß.
Balſam.ſulph.*Ruland.* ℈ß.
Spec.diatragacanth.frigid. ℈j.
Laudan.Opiat. gr.iij.
Syr.papav.rh.q.ſ.

Miſc. f. Conditum de qvo caſtaneæ qvantitate utebatur æger.

In febribus item malignis efficacia qvoqve Laudani iati præſtantiſſima eſt; hînc in iis à Medicis Practi- multum uſurpatur, ac tanqvam ſecretum qvoddam etur. Et ſic *Lazarus Riverius* mentionem facit enis cujusdam bilioſi, qvi mediâ ætate incidit ebrem tertianam malignam, quæ quidem in duaprimis acceſſionibus ſatis mitis apparuit, ſedin ia acceſſione tanta fuit humoris bilioſi malignitas erocia, ut concitato vomitu atq; alvi flûxu freqventi

cum

cum maxima virium jactura, summum ægro periculum impenderet. In tali casu cum fructu propinavit *Rivierius* qvatuor grana Laudani Opiati, & rectè qvidem cum hujusmodi morbi sint oppidò acuti & in secundo vel tertia accessione interimant. Si methodum igitur in talibus vellemus accuratè observare, certè secundum methodum, ut ille ait, æger interiret.

Doctissimus *Hermannus Grube Artic. 3. sect. 7. d. medicam. simpl. cognosc.* se ante triennium *Jenæ* cum fructu Laudanum Opiatum adhibuisse in Studioso qvodam Oldeburgensi scribit. Hic, ait, febre correptus erat maligná, & qvamvis vena huic incideretur, enemata etiam jam semel atque iterum traherentur in usum, nec non ad malignitatem oppugnandam alexipharmaca: tamen supererat materiæ ferocientis malignitas, ut ceu pers vigiliarum, summè delirans, & fermè nudus se contuliset in publicum, nisi industriâ cautum esset custodientium. Ipse cum ferocientem ac maximè turgentem materiam observarem, duo ipsi grana Laudani Opiati propinavi cum fructu quidem tanto, ut & somnum concesceret satlongum, & viribus recollectis brevi ipsi redderetur ipsi. Narravit mihi jam tum (ut porrò conferit) Amplissimus Vir Dn. *Casparus Posnerus* Physicus Professor celeberrimus, cujus ædibus utebatur ager idem contigisse in lectissima sua uxore. Qvæ & ipsa febre correpta maligná cum olim esset, Magnus *Rolfincius*, cum symptomatum vehementiam & morbi, citrà mè ad vigorem properantis observasset, non cunctandum ratus, sed in ipso jam tum temporis articulo pilulas ex Laudano Opiato confectas tanto propinâvit cum fructu, ut brevi fuerit Dei gratiâ restituta, in hunc usque diem superstes.

Excellentissimus Gverner. Rolfincius lib. 4. consultat.

c.9. in febri maligna nec à Laudani Opiati usu abhor-
et. Emulsiones, inqvit, fieri possunt ad humorum
atredinem sistendum & fervorem extingvendum, si
agis ægro arrideant; ex seminibus refrigerantibus,
vibus semina cordialia citri, malorum armeniacorum
isceri possunt, & addi succi supra recensiti, vel Syru-
acetos. citri, & si vigiliæ adeò urgent, Opiati Laudati
edicamenti granum unum aut alterum. Item *pag. seq.*
febri maligna, cum vigiliæ maximè urgent & dolor
pitis, interius exhibendæ sunt emulsiones amygdal.
lc. sem. papav. alb. 4. frigid. maj. Additur Laudanum
piatum de tribus ingredientibus descriptum in *Chym. artis formam redact.* ad gr. iij. vel

℞. Magister. Laudan. Opiat. gr. iij.
Fiant Pilulæ ij. vel iij.
S. Nachtpillen.

Et *Ioh. Petr. Lotichius lib. 1. cap. 7. observat. Medic. 2.* febri maligna contra insomniam ac inqvietudinem oleſcenti cuidam seqventem præscripsit Haustulum, ò inde totâ fermè nocte dormivit.

℞. Syr. de papav. ℥ij.
Confect. alcherm. ℈j.
Laudan. Opiat. gr. ß.
Ol. still. carvi gt. ij.
Aq. bugloss.
borragin. ãã ℥j.
Cinamom. ℥j.
Misc. diligenter & f. Haustulus.
S. Ruhetränckle in auff einmahl.

Qvales autem vires Laudanum Opiatum in peste ac ribus pestilentialibus curandis exserat, ac qvalem fe-
m sæpenumerò successum nobis largiatur, qvilibet, opii naturam, qvod ἱδρωτικὸν sudoriferum est, &

& medicamentorum cardiacorum ac alexipharmaco-
rum ingredientium cum eo permistionem, ac deinc
Laudani Opiati qvoqve cum cæteris alexipharmacis v
in pilulis vel in bolo &c. combinationem intuetur, fac
lè credit.

Hocce refragantes ac abnuentes ablegamus salter
ad *Lazar. Riverium* & *Laurentium Gieselerum*, viros cla
rissimos ac in arte Medica experientissimos. *Ille meth. cu
rand. febr. sect. 3. cap. 1.* effato se digno ita pronunciat: "S
magna sit vehementia symptomatum, recens therr
ca magis conveniet, propter vires opii adhuc in e
vigentes, quarum ratione vehementia symptomatum
temperabitur, & humorum efferveſcentia coërceb
tur: imò verò interdum, qvando usus theriacæ no
videtur idoneus, præcipuè in morbi principio vel aug
mento. Laudanum Opiatum ad grana duo exhibitum
& alexipharmacis permixtum, multum prodest. Illius e
nim virtute narcoticâ & congelante, ferventes spiritu
cordi infestissimi figuntur qvasi; & materia morbific
(qvæ dum est in fluxu pernicioſissima est) sistitur ac po
nè immota manet. Unde contingit, ut natura à ma
lignis humoribus & spiritibus non lacessita, recollect
viribus, alexipharmacorum virtutem facilius sibi appl
cet. Hic verò *Observat. 36. de peste Brunsvicensi* ita di
serit: Medicamenta somnum conciliantia sistere vel f
gere spiritus & qvasi torpidos reddere stuporem qu
inducere in confesso est. Cùm verò sudorem inter
dum soleant movere, præsertim Opium, quod *ἱδρω-
τικὸν* est, cujusqve ratione potius fieri, si qvid singu
lariter præstet in peste theriaca, existimat *Zvvelferus i
Animadvers. p. 232.* qvàm ratione insignis virtutis alex
xipharmacæ, etiam initio turgente materiâ quandoqv
cum fructu administrantur, tunc scilicet, ubi rectâ me
denc

ndi methodo progredi non licet, ut in deliriis & vigi-
s efferis, verùm pauca qvantitate, & admixtis alexi-
armacis, uti egò non semel in peste hac sum exper-
s. Rem hanc exactè qvoqve considerans clariss.
eitagius lib. d. Opio cap. 26. varia enumerat ad f bres
alignas & pestilentes, Medicamenta laudatissima,
arcanum suum, *Phædronis* Paracelsitæ Opiatam an-
otum contra pestem, Diascordium *Fracstaor.*, the-
cam, Mithridatium aliasqve ejusdem farinæ anti-
tos, qvarum compositiones Laudanum Opiatum vel
bium ipsum ingreditur. Arcanum ergò Clarissim.
itagii ad febres malignas & pestilentes hoc erit:

℞. Laudan. nostr. febrifug. gr. vj.
Spec. b zoartic. vegetabil. gr. viij.
Bezoartic. mineral. gr. iij.
Confect. alcherm. ʒß.
Quint. essent. summæ antidot. ϑß.
Essent. stipitis marin. gr. viij.
Regul. nivis præp.
Lapid. castitat. ãã ϑß.
Essent. trium terrar. ãã gr. iiij.
Acet. bezoartic. gr. vi.
Syr. acetos. Citri
Card. hened. ãã ʒj.

Misce.

Phædronis Paracelsitæ Opiata antidotus contra pestem.

℞. Euphorb.
Myrrh. elect.
Thur. candid. ãã ʒj.
Tragacanth. puriss. ãã ʒj.

Pulverisata involvantur in massam panis farina-

ceam, qvæ coquatur in furno, donec panis sit pec
fectè coctus, hoc refrigerato, eximatur mas
compacta, & iterum in pulverem redigatur, ei
misceatur.

Pulv. tenuiss. Corall. rubr. præp.
succini præp. ãã ʒß.
Unicorn. ver. gr. vij.
Opii ϑiß.
Moschi gr. iij.
Croci ϑß.

Cum q. s. Syrupi de acetos. Citr
f. Massa electuarii, cuius dosis pueris i
fra decem annos ϑß., adultioribus ϑj
robustioribus ʒj. cum aq. Card. bened.
acetosæ.

Imprimis ergò, cum sævissima & urgentissima syn
ptomata, ut dolor capitis, vigiliæ, delirium ac alvi fl
xus adsunt eius usus proficuus esse potest, qvod admo
dum prudenter *Laz. Riverius* qvoqve *sect. & cap. iam*
tat. p. m. 141. & 144. innuit, ita dicens: in dolore capi
vigiliis & delirio emulsiones 4. seminum frigidor. usu
pari poterunt, à qvibus vapores frigidi & benigni
cerebrum transferri & dicta symptomata demulceri
lent. Quæ si non sufficiant, narcotica addentur, qv
acrium & malignorum vaporum ascensum ad cer
brum mirum in modum prohibent & somnum conci
ant. Ea tamen parvâ dosi usurpanda, ut Syrupi de p
pavere ʒß., vel urgente necessitate Laudani Opi
grana ij. cum conserva rosarum utiliter exhibebuntu
vel in Julepo aliqvo dissolventur; vel illius loco ther
aca recens ad ʒß. . Hæc tamen narcotica rarò &
parva dosi usurpanda, qvia venenum concentrann
qvamvis sudorifera à nonnullis habeantur. Item al
fl

xus in hoc morbo freqventissimus est, in eoqve Me-
i prudentia, valdè necessaria est. Si enim cohi-
atur præposterè, materia venenata intus retinetur.
verò non cohibeatur, vires dejicit, ægrumqve
n rarò ad interitum ducit. In illius curatione ita
ocedendum est. Si ita moderatus sit, ut vires
n dejiciat, cohibendus non est, sed clysteribus ro-
rantibus tantùm moderandus. Si verò immodicus
& vires admodum dejiciat, colliqvativus esse consve-
,& audacter coh bendus; qvod summâ efficaciâ præ-
bit theriaca recens ad ʒß. vel Laudanum Opiatum ad
na ij, vel iij. &c. Ego certè testari possum, me sem-
r ex usu ejus, cum paucis abhinc annis *Embdæ* pestis
a grassaretur, benè habuisse, ac mira eo præstitisse,
llumque fermè haustulum antipestilentialem, præ-
tim cùm æstus febrilis ingens, dolores capitis, vi-
iæ deliria, vomitus ac alvi fluxus admodum urge-
nt, licèt qvoqve bubones & carbunculi jam in con-
ctum venirent, à me esse præscriptum, qvem Lauda-
m Opiatum non sit ingressum. Hujus laudabilem ac
ticissimam efficaciam in febribus pestilentialibus cu-
ndis expertus etiam est *Ioh. Petr. Lotichius*; ideò *lib.* 1.
p. 8. *observ. medic.* 1. Puellæ cuidam peste laboranti se-
entem præscripsit Haustulum cordialem.

℞. Lapid Bezoar. orient. gr. viij.
Trochisc. de viper. gr. vj.
Spec. diamarg. fr. ʒß.
Sal. angelic. gr. v.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Ol. still. carvi gt. j.
Aq. perlar. præp.
Cinamom. ãã ʒj.
M sc. f. Haustulus Cordialis.

Item *Observat.* 7. Mercatori cuidam Francofurtenn carbunculo ad genu cum febri pestilenti correpto con tra insomniam, quâ per biduum torqvebatur, præscripsi potiunculam hanc hypnotico-cordialem:

℞. Lapid. Bezoar. orient. gr. vj.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Ol. still. carvi. gt. iiij.
Aq: perlar. præp.
Cinamom. āā ʒß.
Misc. f. potiuncula.
S. Krafft- und Ruhetränclein auff einmahl.

Et *Observat.* 8 Cuidam peste laboranti, cum contra insomniam remedium rogaret, potionem hanc somnifero-cordialem misit.

℞. Aq: bugloss:
lactuc.
borragin. āā ʒj.
cinamom. cum aq. cord. præp. ʒß
Off. d. cord. cervi.
Lapid. Bezoar. occident. āā ϑß.
Syr. d. papav. ʒj.
Laudan. Opiat. gr. iß.
Ol. still. citri gt. v.
Misc. f. Haustulus
S. Krafft- und Ruhetränclein auff einmahl.

Ac *Observat.* tandem 9. Mecatori cuidam gravitet peste correpto pro somno facilitando sic ordinavit:

℞. Lapid. Bezoar. occident. gr. iiij.
Confect. alcherm. ϑj.
Laudan. opiat. gr. iß.
Syr. d. papav. ʒiij.

Ol.ſtill.carvi gt.ij.
Aq.lactuc.
endiv. āā ʒj.
Miſc. f. Hauſtus.
S. Krafft- und Ruhetränckleín.

CAPUT XVI.

Laudani Opiati in ventriculi adfectibus, ejus nimirum imbecillitate, nauſea, ſingultu, vomitu, cholera, cardialgia, ulcere, cæliaca ac ardore uſum egregium exponit.

Audanum non ſolùm noſtrum Opiatum, ſed aliud quidvis etiam, ſi modò ritè præparatum, ac cũ corroborantibus ſuis permixtum ſit, ventriculum, partesve omnes naturales mirificè corroborat, ejus calorem ſitum conſervat, flatus & ſuperfluitates diſcutit, cruditesque omnes emendat, ideò in omni qvoqve ejus imbecillitate, nauſea, ſingultu, vomitu, cholera, cardialgia, cere, cæliaca ac ardore Laudanum Opiatum à Medis practicis prętſtantiſſimis ſummè prædicatur, ac cæris pharmacis jure merito præfertur. Et hoc benè conderarunt veteres Medici, ideò medicamenta quoque omachica ex opiatis confecerunt multa. *Galenus lib. 8. compoſit. medicament. ſec. loc. cap. 3.* Confectionem *Alepiadis* ad volvuloſam ſtomachi ſubverſionem, ejus ebilitatem, nauſeam, cæliacam, ardorem & vomitum bi recitat & examinat.

℞. Sem. apii
aniſi āā ʒvj.
Abſinth. ʒiiij.
Piper.
Myrrhæ āā ʒij.
Caſtorei
Opii āā ʒij.
Fiant Paſtilli. dotis ʒi.

Stomachicis cum protropo, cholericis cum frigida cæliacis & dysentericis cum decocto baccar. myrti, splee nicis cum aceto mulso datur. Semina apii & anisi ca lorem juvant, flatus & humorem consumunt & diu retica vi abigunt; cinamomum, qvia odoratum, stco machum confirmat, fœtidos, serosos & putredinco sos humores discutit & ventriculum corroborat. Abs sinthium extergit, purgat & subducit vitiatos humoo res, simulqve densat & constringit, roburqve parti acc fectæ addit. Opium hebetat sensum exqvisitioren & acrem, qvamobrem cæliacis utile reddit medica mentum; hujus corrector est castoreum, facultate æ qvali ipsi cum pipere contrapositum; Myrrha vitiato humores extergit & concoqvit.

Ejusdem ad stomachi ardorem, singultum & volvulosas adfectiones.

℞. Costi
Spicænardi
Chrysobalanor.
Rosar. virid.
Mastich. ãã ʒiiij.
Aloës
Asari ãã ʒii.
Opii ʒi.
Excipe succo Psyllii.

Aloë educit vitiatos humores, coqvit, roborat, co stus calefacit, adstringit, opium & succus psyllii mole stiam ex mordacitate serosorum humorum leniunt & molestiam abigunt, asarum pellit per urinas materi am.

Asclepiadis Aster inexsuperabilis à Galeno & Aëtio descriptus

℞. Myrrh.

Sty-

Styracis,
Nardi Indic,
Caſtorei,
Caſſiæ fiſtulæ
Terræ lemn.
Cortic, Mandragor,
Opii ãã ʒiiii,
Croci ʒvi.
Piper. ʒiiii,
Sem. dauci cretic.
ſeſel. Maſſilienſ,
aniſi
apii ãã ʒviii,

Myrrha, Styrax atqve opium vino odorato diſſolvuntur, arida teruntur & miſcentur, redigunturque in paſtillos ponderis ʒß.

Magnarum à *Galeno* prędicatur virium, qvod morbos ſtomachi mirabiliter ſanet, concoctionem iuvet, teſtinorum volvulos inflationesqve percuret. Profit ſentericis, cholericis, ſangvinem ſpuentibus cum ſuc- ſangvinariæ; ſuppuratis & phtiſicis cum decocto arrubii; fœminarum menſes citat ex ſucco artemiſiæ; articulorum dolores & podagram ex decocto gentiæ; ad veſicę adfectus ex vino mulſo faciat, febresqve r circuitum repetentes ſolvat, ſi ante inſultum aliqvot ris detur ex vini cyathis tribus.

Aſter Ejusdem Stomachicus ſic habet.

℞. Succ. mandragor.
Myrrh,
Balauſt,
Caſtorei.
Croci ãã ʒiiii,
Opii ʒvi.

Anisi.
Styrac. āā ʒviij.
Hyssopi Cretic. ʒxij.
Sem. hyosciami ʒxij.
Fiant Pastilli.

Prosunt iis, qvibus cibus in ventre acescit, ad tormina & destillationes capitisqve dolores, sangvinem spuentes, tabescentes, vesicę uteriqve adfectus.

Neoterici ab orbita veterum non desciverunt, sed ad Laudanum Opiatum semper tanqvam ad sacram anchoram in huiusmodi ventriculi adfectibus, aliis remediis incassum adhibitis, ultimò confugerunt.

Ita in nausea & vomitu *Felix Platerus lib.* 11. *de vitiis cap.* 9. narcotica antidota (inter quæ Laudanum Opiatum supremum occupat locum) summè prædicat, cum sensum ventriculi imminuendo, ut minus afficiatur, faciant, vomitumqve admodum tùm per se, necessitate urgente, exhibita, tùm aliis commista, compescant.

Clarissl. *Daniel Sennertus v. lib.* 3. *prax. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 12. sic scribit: plurima etiam Medicamenta ad vomitum utilia ex *Asclepiade* descripsit *Galenus* 3. *de compos. Medicam. sec. loc. cap.* 3. Inter quæ etiam sunt opiata qvædam, & licet in magno & vehementi vomitu, & ubi materia irritans admodum prava est & maligna: ac ventriculus valdè debilis, Opiatis confectionibus uti, ut theriacâ recenti, Philonio Romano & imprimis Laudano Opiato, aliis convenientibus medicamentis admixto.

Lazar. Riverius lib. 4. *prax. Medic. cap.* 7. In vomitu vehementissimo dari Laudani Opiati grana iij. cum pil. Coch. min. ℈iiß concedit. Sedabitur, inquit, vomitus & 5. post horas purgatio fiet per inferiora, augendo purgantium quantitatem, quia infringitur

tur à Laudano, quod miscendum est cum diagridiatis, Colocythiatis. Si restitat Medicamentum, clystere acriori evocandum. Item si vomitus vis valdè dejiciat, detur Laudanum cum myva Cydoniorum, vel Syrupo de rosis siccis; & illicò apponatur cucurbitula ventriculo, & Cataplasma ex ferento, pulv. absinthii & cortic. aurant. subactis cum succo menthæ.

Iohan. Costerus Tabul. Theoretico-practic. 47 p.m. 169. ubi, quæ præscripta sunt, nihil conferunt ad narcotica esse deveniendum svadet, ut sunt Philonium Romanum, & imprimis Laudanum Opiatum, convenientibus Medicamentis admixtum.

℞. Conserv. rosar. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iiij.
Confect. alcherm. ʒß.
Cum Syrup. d. papav. Misc. f. Electuarium.

Ioh Hartmannus prax. Chymiatric, lib. 2. cap. 140. Cæteris Medicamentis omnibus in vomitu nihil proficientibus confugit ad Laudanum Opiatum tanqvam ad principes auxilium.

Paulus Barbette lib. 4 c. 2. prax. Mixturam seqventem donum ventriculi restituere, pituitam viscidam incidere, flatusqve discutere, nec non humorum acrimoniam temperare asserit.

℞. Aq. menth. ℥iiß.
Spir. mastich. ℥j.
Tinctur. Cinamom. ℥ij.
Confect. d. hyacinth. ℥j.
Laudan Opiat. gr. ij.
Ol. still. menth. gt. iij.

Syr.

Syr. menth.
Myrtin. āā ʒiij

Fiat l. a. Mixtura cochleatim usurpanda.

Franciscus Deckerus in Not. & Observ. ad *praxin Barbettianam lib. 4. cap. 2.* sequenti casu hoc confirmat. Vir annos circiter 42. natus, ait, pituitosûs per viginti quidem annos jam inappetentiâ, jam anxietate præcordiorum, jam nauseâ & quandoque omnium assumptorum vomitu, imprimis post cerevisiam frigidam haustam vexatus; multa usurpavit remedia, ast non tantûm frustraneo eventu, verum etiam majori cum detrimento; nam indies magis magisque ad vomendum, medicamentorum maleficio reddebatur pronus, ita ut vix aliquid assumptorum retinere amplius posset. Ad curam vocatus, sequentia (interdictis frigidis, omnibus, crudis) præscripsi.

℞. Aq. menth. ʒij.
fœnicul. ʒj.
Vitæ *Matthioli* ʒß.
Tinctur. Cinamom. ʒij.
Spir. Mastich. ʒj.
Diascord. Fracastor. ʒiß.
Ol. still. menth. gt. vj.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Syr. Menth. ʒj.

Misce. Subinde hujus cochleare unum alterumve assumatur.

Singulis vespertinis usurpavit unam ex sequentibus tabellis:

℞. Spec. diarrhod. abb.
Aromatic. rosat. āā ʒij.
Cinamom. acut.
Cornic. aurant. āā ʒj.

Laudan.

Laudan. Opiat. gr. v.
Sacchar. albiſſ. ʒiv.
Cum q. ſ. aquæ Cinamom. f. l. a. Morſuli No. xvi.

Vir quidam Clariſſimus, cujus nomen honoris ergò ilentio prætereo, naturâ bilioſus, phtiſicus, ſpleneticus, epaticus ac nephriticus, retroacto vere, jam inappe-entiâ, jam præcordiorum anguſtiâ jam nauſeâ, & uandoque omnium aſſumptorum vomitu laborabat, am flatibus & ructibus turgeſcebat noctes totas in-omnes ducens; ad curam vocatus ſequentem præſcri-ſi pulverem, qui in 4. partes diviſus, & poſt horas 6. elapſas unus ab eo in cereviſia Mindenſi calida aſſum-tus eſt.

℞. Crem. Tartar. albis. & Spir. Vitrioli aliquoties irrorat. & iterum exſiccat. ʒ ß.
C. C. Spagyric. Calcin. ʒß.
Sal. Lapid. percar. piſc.
Ocul. Cancri. ää ℈j.
Magiſter. perlar. orient.
Corall. rub. ää ℈ß.
Laudan. Opiat. gr. vj.
Ol. ſtill. Cinamom.
Cariophyll. ää gt. iiij.
Sacchar. Cand. alb. ʒj.

Miſc. f. pulvis ſubtiliſſimus, divid. in 4. part. æqual. & detur ad chartam.

Hic pulvis, uti nobilis, ita quoque cor, ventriculum e reliqua nutritionis membra nobiliter confortat, ſto-machi cruditatem & mollitiem corrigit, vomitum ſiſtit, ituitaque putredinem prohibet, nephriticis, lienoſis, ibumque vomentibus ſummoperè ſuccurrit. Præterea

illos

illos quoque, qui ex diuturno aliquo morbo, penitus extenuati sunt, plurimamque inde imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat.

Nec in nausea solùm & vomitu, sed singultu quoque ejus usus illustris ac glorioſus est; hanc quoque ob causam in singultu vehementissimo ac contumaciſſimo Medici practici ad id tanquam asylum confugiunt, nec spe quoque frustra lactantur, sed feliciſſimè sæpè effectum percipiunt.

Clariſſ. Daniel Sennertus. lib. 3. prax. part. 1. sect. 2. cap. 10. quantum ad ipsum singultum, inquit, si ita vehemens sit, ut curationem ad se trahat, ea exhibenda, quæ sensum ventriculi nonnihil hebetant, & doloris vehementiam obtundunt, nisi vomitu materiam rejicere liceat. Faciendum autem est initium à lenioribus. *Aëtius* offert succum endiviæ vel portulacæ, semen excortic. cucumeris vel lactucæ tritum, vel decoctum Sebesten, imprimis lac recens mulsum, aut portulacam mandere jubet. Vel detur Syrupus violarum, de papavere, vel decoctum fl. chamæmeli & sem. anethi. Fortiora sunt, Philonium Romanum, cujus dosis ℈j. non facilè excedat, quod granis duobus Croci vel Cinamomi corrigi potest, theriaca recens ad ℈j. data, Laudanum Opiatum.

Lazar. Riverius lib. 4. *prax. medic. c.* 6. in singultu morboso summoperè laudat pilulas ex aloës ℥j. Laudani Opiat. gr. ij. vel. iij. Si animus sit magis purgare, ait, addi possunt, diagridii grana iij. vel iiij. Quàm insignes vires habeant in hoc affectu medicamenta ex aloë parata, testatur *Duretus* his verbis: permulti cum singultiendo frangerentur, ductâ alvo per quinque dies, hiera glutinosis & nigris humoribus ejectis singultiendi finem fecit. Narcotica v. pertinacem singultum & aliis

remediis

remediis minimè cedentem sola facilè compescunt, sensum partis obtundendo nimis exquisitum.

Jul. Cæsar Claudinus consultat. medic. 18. *p.* 235. valdè commendat diaphœnicum cum Philonio Romano, ubi causa & symptoma valdè urgent.

Guerner. Rolfincius lib. 3 *epitom. cognosc. & curand. particul. corp. adfect. meth. cap.* 4. urgente malo, Laudani Opiati ad grana ij. non esse seponendum in pilulari forma ipsum pronunciat.

Joh. Ionstonus id. medicin. practic. lib. 10. *artic.* 7. Curationem singultûs respicere symptoma ipsum perhibet, quod cohibetur stuporem inducentibus, ut Philonii Roman. ℈j. Croci, Cinamom. ãã gr. ij. Laudan. Opiat. gr. j. cum Ol. salviæ q. s. Et *Gualt. Bruel in prax. sua medic.* ad singultum hasce commendat pilulas:

℞. Pil. de Cynogloss. ℈iß.
Philon. Roman. ℈j.
Fiant Pilulæ No. viij. detur una sub noctem.

Paulus Barbette lib. 4. *c.* 2. *prax. med.* de molestissimo singultu ex Olei vitrioli usu contracto sequentem narrat historiam. *David* de Pötter, Mercator est Antistes, quinquagenarius, assumpserat loco balsami sulphuris Oleum vitrioli, unde Oësophagus & Ventriculus cum suo orificio excoriatus in causa fuit, ut dies noctesque exaretur molestissimo singultu perfectissimè tamen, adque brevi est curatus suprascriptis medicamentis tàm laxantibus quàm alterantibus. Optimè quoque habuit sub hac mixtura:

℞. Succ. sempervivi maj. depurat. ℥j.
Aq. rosar.
plantag. ãã ℥ij.

Vitell.

Vitell. ovor. N. j.
Syr. d. portulac. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Miſce, bibat cochlearim.

Nauta quidam Bremenſis nomine Henrich Schröd paucis abhinc menſibus, pertinaci & perpetuò ferè ce nimis matura febris tertianæ cum vino aduſto & pipe re, ut vulgus facere aſſolet, præcipitatione ſingultu ad fligebatur, ad quem multis uſus erat remediis, ſed om nia fruſtra ſucceſſerunt. Vocatus ad curam, præmiſſ aliquo laxante medicamento, optimè ab his ſequenti bus ſe habuit & perfectiſſimè ac brevi tempore contu maciſſimo ſuos ingultu liberatus eſt.

℞. Conſerv. roſar.
Condit. carn. Cydonior. ää ℥j.
Theriac. *Androm.* ℥iß.
Philon. Rom. ℥ß.
Spec. aromatic. roſat.
diarrhod. abb.
diamarg. fr. ää ℈j.
Laudan. Opiat. gr. viij.
Ol. ſtill. Chamæmel. Rom.
anethi.
fœnicul.
aniſi ää gt. iij.
Miſc. & cum Syr. corallor. & menth. criſp. ää q. ſ. f. Electuarium.

S. Lattwergh.

℞. Ferment. ℥ij.
Bacc. juniper.
Fl. roſar. rub.
Herb. menth. criſp. ää ℥j.
Cariophyll.

Nucc

Nuc mosch.
Macis ãã ʒß.
Aceti vini fortiss. q.s.
Misc. f. Cataplasma, cui immisc.
Ol. still. cymini
Carvi ãã ϑß.

Quod maximè in singultu calidè stomacho duobus linteis comprehensum & sæpius applicatum valet, & est singulare experimentum.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 1. cap. 7. observat. 1. in singultu cum febri maligna conjuncto, qvod aliàs lethale, sevens præscribit electuarium, qvod contra molestum illud accidens pugnat.

℞. Theriac. elect.
Conserv. rosar. ãã ʒj.
Spec. diamarg. frigid. ϑß.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Ol. still. aniſi gt. iij.
Misc. S. Mixtur auff einmahl.

Adrianus Mynsichtus armament. Medico-chymic. sect. 3. de Extract. in vomitu, singultu & ventriculo debilitato seqventia præscribit pharmaca, qvæ Laudanum Opiatum recipiunt, felicissima qve sunt operationis:

HAVSTVS

℞. Laudan. Opiat. q.s.
Syr. d. menth. ʒiij.
Aq. stomachal. ʒj.
Extract. calam. arom.
Sal. Zing ber. ãã gr. iiij.
Ol. still. nuc. mosch.
mastich. ãã gt. j.
Elix. vitrioli nostr. q.s. ad gratiam.
Misc. f. Haustus pro una dosi.

Syr. Cydonior.
Aq. calam. arom. āā ʒiij.
Extract. galang.
Nitri vitriolat. āā gr. iiij.
Ol. ſtill. Cariophyll.
menth. criſp. āā gt j.
Elix. ſulph. noſtr. q.ſ. ad gratiam.
Miſc. f. Hauſtus pro una doſi.

PILULÆ

℞. Laudan. opiat. q.ſ.
Spec. aromatic. Cariophyllat. ℈ß.
Miſc. & cum oleo abſinth. f. Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q.ſ.
Spec. diagalang. ℈ß.
Miſce & cum oleo ſalviæ f. Pilulæ parvæ pro una vice, quæ deaurentur.

BOLUS.

℞. Laudan. Opiat. ſ.
Zingiber condit. ʒj.
Acori condit. ʒß.
Ol. ſtill. Maſtich.
Zedoar. āā gt. j.
Miſc. & cum Rotul. diagalang. f. Bolus pro una doſi.

ALIUS.

℞. Laudan. Opiat. q.ſ.
Conſerv. menth. criſp. ʒj.
Diacydon. arom. ʒß.
Ol. ſtill. Cinamom.
Calam. arom. āā gt. j.

Miſce

Misc. & cum Rotulis aromatic. cariopyllat.
f. Bolus pro una dosi.

Quantum uirtutis ac laudis in cholera humida Laudanum nostrum Opiatum obtineat, quilibet Medicus Practicus sæpè summo cum successu experitur.

Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 1. s. 2. cap. 13. ad Narcotica ait, confugiendum est, si medicamenta supra enumerata (in cholera humida) & quæ symptomatibus occurrere debent, nihil proficiant, viresqve prosternant. Quo in casu ℈j aut ʒß Philonii Persici aut Romani vel Laudani Opiati grana ij vel iij. exhibere convenit.

Ioh. Hartmannus prax. Chymiatric. lib. 2. cap. 141. non vult, ut cholera cohibeatur, nisi sit immodica, valent autem eadem hîc qvæ in vomitu: imprimis verò aqua menthæ semen, rosarum, Magisterium perlarum & Corallorum, ut & tinctura Corallorum, & essentia Smaragdi, iisqve nihil efficientibus, Laudanum Opiatum &c.

Lazarus Riverius lib. 4. Medicin practicæ cap. 9. Vomitum esse cohibendum iis medicamentis tàm internis qvàm externis scribit, quæ pro vomitu bilioso fuerunt descripta. Inter quç narcotica principem locum obtinent, ac præcipuè theriaca recens, quæ ad ʒj exhibita vehementes illas evacuationes velut in momento cohibet. Idem præstat Laudanum Opiatum ad grana 4. exhibitum.

Ioh. Costerus Tabul. Theoretico-practic. 49. p. m. 178. Choleram cohiberi tandem Medicamentis Narcoticis fatetur, inter quæ non ultimum locum tenet theriaca recens, imprimis si malignitas adfuerit, ad ʒj. exhibita, quæ vehementes illas evacuationes mirum quantum sistere valet, ut anno 1653. in dysente-

ria maligna & epidemica, inqvit, in praxi mea obſervavi. Laudanum Opiatum ad unum, duo vel tria grana habitâ ratione ſubjecti, datum, majoris eſt efficaciæ.

In Cardialgia reliqvis Medicaminibus palmam qvoqve præripit Laudanum Opiatum. Hinc rectè loqvitur *Felix Platerus tom. 2. cap. 10. p. m. 513. 514.* Opiatæ aliiqvæ exhibitæ dolores ventriculi admodum compeſcunt, etiam à frigida cauſa inductos, cum eum uti creditur, ratione opii minimè refrigerent, ſed propter multa calida, qvæ ingrediuntur, potius calefaciant, uti fæpè oſtenſum. Qvapropter etiam in hiſce cauſis, cum dolor urget, theriaca, mithridatium, aſyncriton, Philonium à ʒj ad ʒiß. exhibita juvant, per ſe ſumpta vel cum aliis. Poſt qvorum uſum vinum generoſum ſuperbibitum operationem illorum accelerat. Horum loco & alia narcotica exhiberi poſſunt, additis aromatibus ſimilibusqve. Sunt qvi ejusmodi opiatas purgantibus miſtas qvoqve exhibent; Laudaturqve Philonium cum diaphænico exhibitum: idqve cum ab excrementis ventriculus gravatus dolet.

Si dolores etiam ex inflammatione ventriculi ſint, Laudanum Opiatum, ſed in minima qvantitate aſſumptum, convenit, quod egregiè admodum *Ludovicus Septalius lib. 7. animadverſ. Medic. v. 3.* hiſce teſtatur verbis: Opium & Opiata licèt in omnibus ventriculi affectibus fugienda ſint: urgente tamen dolore inflammatorio cum lenientibus ea admiſceri in pauca qvantitate poſſunt, ſic enim neqve actionem impedient, dolori ſuccurrent, & intemperiem imminuent: Etenim ſic *Galenus d. compoſit. Medicam. ſec. loca circa medium* examinans medicamentum qvoddam *Aſclepiadis* ad ſtomachicos, qvod recipit plura medicamenta, & inter hæc aloëm & opium, reddensqve utriuſqve rationem inqvit, aloëm vi-

itiatos humores expurgare & infernè per alvum evacuare ; Opium verò ſenſum obſtupefaciendo mitigare moleſtiam ortam ex acrimonia humorum : erat tamen opii ad reliqua medicamenta doſis unius ad 24. qvam etiam non improbat.

Et Clariſſ. *Sennertus, lib. 3. prax. ſect. 2. cap. 15.* in dolore ex inflammatione ventriculi lenientibus Opiatorum aliquid, ſed in minima qvantitate admiſcere interdum utile judicat, ut ſenſum ſtupefaciant, & moleſtiam ex acrimonia humorum calidorum mitigent.

In Conſilio 114. *Scholtziano à D. Ioh. Nævio* Opiata purgans præſcribitur, qvam pro ſecreto habuit ipſius qvondam præceptor *Ludovic. de Leonibus* Profeſſor Bononienſis, qvæ materiam, doloris cauſam educit, ſimulque ipſum dolorem ſopit, mitigat, ſomnumque conciliat,

℞. Electuar. de dactyl. ʒiiß.
Philon. Rom. ℈j.
Miſc. f. Bolus.

Alvo faciente officium

℞. Decoct. ex Zedoar.
Galang ãã ʒij.
Bacc. Lauri ʒj.
fact. ʒiß vel ʒiij.
Philon. Rom. ʒß.
Miſc. diſſolvendo & propinetur ægro calidè.

Gvaltherius Bruel in dolore ſtomachi exhibet diaphænic. ʒvj., Philon. Roman. ʒj. Decoct. Chamomillæ, fœniculi, aniſi ãã ʒiij pro Hauſtu.

Ad dolorem ſtomachi intolerabilem *Langius lib. 3. epiſt. medic. cap. 5.* præſcribit ſeqventem Hauſtulum.

 ℞. Con-

℞. Conserv. rosar. veter. ℥j.
Opii Thebaic. gr. ij.
Croci orient. gr. iij.
Dissolv. in aq: Chamomillæ & f. Colatura, qua bibatur tribus à cœna horis.

Extingvit ardorem hic Haustulus, doloremqve stomachi & coli sine damno, & somnum conciliat, præcipuè si fuerit à causa calida. Ad dolorem stomachi cum anxietate seu cardialgiam ex calido mordaci humore *Ranchinus tractat. de morb. subitan. cap.* 30. Cæteris mihi conferentibus, primò injici jubet Clysterem ex decocto utriusque malvæ & ℥ij Philonii Romani. Secundò exhiberi pilulam unam Laudani ritè præparatæ. Tertiò exhibet ℥j Syrupi de papavere cum decocto lactucæ & ℈j pulveris diamargar. frig. Quartò pilulas requiei *Nicolai*, & conservam rosarum ad ℥ij. Quintò ℥j Theriacæ recentis, si adsit suspicio veneni. Ex aliis laudat sequens:

℞. Opii gr. v.; bulliant cum pauco vino generoso, deinde incorporentur cum ℥ij Conservæ rosarum & ℥ß Confect. alcherm. Detur ℥j Confectionis hujus pectoso aut cum jusculo.

Lazar. Riverius lib. 4. prax. Medic. cap. 10. in cardialgia aliquando, ubi ex doloris vehementia periculum imminet ad narcotica esse confugiendum, fideliter monet. Quibus prudenter exhibitis, admirandus non rarò subsequitur effectus. Nonnulli etiam cum purgantibus narcotica permiscent, ut simul & dolor sedetur, & materia peccans educatur, qvale est medicamentum *Hælidei* à *Forestо* laudatum, qvod sic habet:

℞. Diaphænic. ℥ß.
Philon. Rom. ℈ij.

Cum

Cum aqua vel decocto chamomillæ f. Potio.

Et *in observatione* 34. *à Petro Pachequo* communicata ita differit: Biliosi macri ruffi, raræ texturæ homines, neunte æstate, dolore ventriculi exercentur, quia cum orificium illorum præditum sit acerrimo sensu, à biliosis humoribus (antea à veris & hyemis temperie aliqvo modo frænatis) vellicatur, medela est purgatio ex rhabarbaro, tum dare bis aut ter manè Laudani opiati *Paracelsi* grana iij aut iv.; certè obtuso ventriculi sensu multò melius degunt. In ardore stomachi (quem ebullientem vocamus) Sodtà nostris appellato, imprimis utilia sunt, quæ istam ebullitionem tollunt, humorem quasi imbibendo & præcipitando, vel ut facilius deferveat, faciendo, aut ejus qvalitatem tollendo. In quem finem præcipuè commendantur, creta alba, quam vulgus etiam inter ευπόριςα numerat, nux moschata, bolus armenus, oculi cancri, cornu cervi, lapides carpionum, grana thuris. Majorem præ his omnibus efficaciam præstat Laudanũ opiatum. Hînc *Felix Platerus* qvoqve *tract. 2. prax. c.* 11. *fol.* 478. opii granum unum Syrupo cuipiam leni ebullitioni miscet, & cum jure pulli exhibet, qvod in ardore stomachi singulariter prædicat.

Varia contra stomachi ardorem medicamina à multis describuntur ac circumferuntur, nos saltem selectiora, quæque Laudanum Opiatum recipiunt, nobisque in usu sunt, frequentiori Dn. Medicinæ Candidatis hâc vice communicare libenter voluimus.

℞. Cretæ alb. cum aq. rosar. præp. ʒiß.
Nucis moschat. ℈ij.
Radic. liqvirit.
Sem. Cydonior. ãã ʒß.
Boli rubr. orient. præp.
Corall. rubr. præp.

Laudan. Opiat. āā ℈j.
Lapid. Carpion. cum aq. plantag. præp.
Macis parùm toſt.
Maſtich. elect.
Croci orient. āā ℈ß.
Sacchar. albiſſ. ℥ ß.
Miſc. & f. Pulvis ſubtiliſſimus.

Doſis hujus pulveris eſt à ℥ß ad ℥j. in paroxismo. Medicamenta enim in hoc caſu ſunt adhibenda, quandocunque orexis uret, tamdiu donec ceſſet. Medicamentum quoque catholicon eſt hic pulvis in orexi ſeu ardore ventriculi; hanc enim dynamin habet, ut adverſetur ebullitioni flavæ bilis & ſublimato in orificium ventriculi tartaro, qvem efficaciter reſolvit & præcipitat.

ALIVD.

℞. Conſerv. roſar. veter. ℥ij.
Oxyl. cancri præp.
Boli armen. præp. āā ℥j.
Laudan. Opiat. gr. x.
Miſc. & cum Syr. conſerv. nucis moſchat. q. ſ.
f. Electuarium.

ALIVD.

℞. Cretæ alb cum aq roſar. præp. ℥j.
Boli armen. præp. ℈j.
Fl. roſar. rubr.
Margaritar. præp. āā ℥ß.
Macis ℈j.
Laudan. Opiat. gr. xij.
Sacchar. alb. in aq. portulac. diſſolut. q. ſ.
Fiant l. a. Morſuli.

ALI-

ALIUD.

℞. Cretæ albiſſ. cum aq. violar. præp. ʒß.
Ocul. Cancri præp. ʒ j.
Nuc moſchat.
Boli armen. præp. āā ʒj.
Corall. rubr. præp. ʒß.
Margarit. præp.
Cinamom. inciſ.
Laudan. Opiat. āā ℈j.
Lap Carpion. præp.
Macis torrefact.
Croci orient. āā ℈ß.
Sacchar. albiſſ. in aq. roſar. diſſolut. ʒviij.

Miſc. f. l. a. Confectio in morſulis.
Doſis eorum eſt à ʒj. ad ʒij.

Valent egregiè ac feliciter contra hunc adfectum ejuſmodi morſuli, qui aliàs non periculoſus, ſed valdè moleſtus, & aliquando etiam ſanis ſæpè familiaris eſt, cum cibo ſumpto tùm jejunis, & imprimis cum eructare volunt, intercluſo quaſi flatu igneo & erumpere non valente. Hunc ebullientem humorem ſiſtunt, cauſamque hujus mali tollunt.

In ulcere ventriculi, ubi aliàs medicamenta detergentia, exiccantia & glutinantia cicatricemque inducentia requiruntur. Clariſſ. *Franciſcus Deckerus in Not. & Obſervat. ad praxin Barbettian. lib. 4. cap. 2.* Laudanum Opiatum etiam commendat. Puella quædam, inquit, 18. circiter annorum pus aliquando vomitu excrevit, cum ſumma anxietate atque dolore circa præcordia, nauſeâ ferè continuò laboravit, imò aliquando ſingultu, menſtrua ipſi ante tres circiter menſes fuerunt ſuppreſſa; unde macilentia reddita, quia parum

aut vix aliquid alimenti assumebat; & sæpissimè assumpta statim iterum vomitu rejiciebat, vocatus ulcus ipsius ventriculi judicavi; atque sequentem ipsi dedi mixturam:

℞. Aq: menth. ℥ij.
Cinamom. ℥v.
Antimon. diaphoretic.
Ocul. Cancri præp. ãã ℈j.
Aceti destillat. ℥iij.
Tinctur. fl. hyperic, ad Syrupi liquidioris consistent evaporat. ℥ß.
Sang. dracon. ℈ß.
Laudan. Opiat gr. iij.
Syr. è symphit. *Fernel.* ℥j.

Misce; subinde mixturæ tepidæ cochleare unum atque alterum usurpavit.

CAPUT XVII.

Laudani Opiati in Colicis, Iliacis, ac cæteris Ventris doloribus eminentiam ac summam efficaciam ostendit.

LAudabiles admirationeque sanè dignæ in passionibus Colicis sunt Laudani Opiati virtutes, ac quamvis alia quoq; habeantur medicamenta anticolica præstantissima, Laudanum tamen Opiatum cætera virtute sua mirabili in illis compescendis sedandisque longè superat, statimque id, quod cætera nequeunt, neque in facultate semper habent, & quod maximè desideramus, efficit; dolores nempe ejusmodi intolerabiles demulcet, lenit atque sopit. Vis autem ejusmodi in Opio primariò latet; hinc antiquiores quoque Medici varia ex Opio in colicis doloribus concinnârunt remedia, quæ egregia

egregia admodum ſunt, ac nonnunquam mirabiles præſtant operationes. Malum autem eſt & ſanè dolendum, quòd Medicorum vulgus promiſcuè ferè Opiata arteriaca & pectoralia in dolore colico & colica in arteriacis affectibus uſurpet. *Galenus* cumque ad unguem imitatus *Rondeletius* verum iis utendi modum docent.

Arteriacis ac pectoralibus opiatis utimur in his qui ſanguinem rejiciunt, & tabeſcere incipientes, non tamen perfectè tabidi tenuibus infeſtantur deſtillationibus, & ad dolores alioſque adfectus, qui circa pulmones, & aſperam arteriam, & thoracem aliasque quasdam partes conſiſtunt. Proinde hîc miſcentur talia, quæ, præterquam quod opium corrigant, ſimul ac detergendi & concoquendi facultatem poſſident, qualia ſunt, Crocus, Myrrha, Styrax, itemque inſpiſſantia & lævigantia acresque fluxiones mitigantia, cujus generis ſunt, Syrupus jujubinus, violatus, papaverinus, amylum, tragacantha, & quæ ſiccando ulcera conſolident, ut terra ſigillata, bolus armenus, thus, maſtiche lapis hæmatit. præp. Quæ pectoris ægrimoniis conveniunt, ea plerumque etiam renum & veſicæ affectibus gratificantur, & ſæpè uteri malis, cumprimis ſi partes ulceratæ ſint, medentur. Atque uti in pectoris adfectibus colica opiata non ritè uſurpantur, ita etiam renum, veſicæ & uteri malis non adeò convenienter adhibentur.

Opiata colica dolorem ſedant ex cauſa calida vel frigida natum. Ubi calor in vitio eſt, rectius & ſecurius utimur opiatis, neque tam ſymptoma quàm morbum oppugnamus, minusque calefacientibus pro Opii correctione indigemus remediis. Unde *Galenus lib. 12. meth. medend. cap. 8.* inquit, cum mordens humor eſt

qui

qui affligit, adversissima sunt, quæ calefaicunt & extenuant, frustraque usurpatis vacuantibus torporem inferentia remedia adhibentur, quæ quamvis reliquorum sint communia, minus tamen hos quàm illos lædunt, siquidem vehementer calorem refrigerant, humorum tenuitatem cogunt, sensumque stupefaciunt. Ubi autem frigiditas aut humor frigidus dolorem causatur, non usque adeò securè, nec nisi symptomatis magnitudine flagitante usurpatur opiatum. Ait enim *Galenus loc. jam citat.* ubi crassi glutinosique humores habentur, alieniissima sunt, quæ torporem inducunt, cavendusque magnoperè est in ejusmodi adfectibus eorum usus. Quod clarè admodum Clariss. *Sennertus lib. 3. prax. part. 2. sect. 2. cap. 2.* hisce testatur verbis: Si anodyna nihil proficiant, & dolor vehemens admodum sit, ut syncope vel vitæ periculum immineat, ad narcotica accedendum, & usurpantur commodius in mordaci & acri humore, non quòd refrigerent, ut vulgo creditur, sed quòd humoris acrimoniam mitigandi, eum incrassandi, morsumque & motum ejus inhibendi etiam vim habent. Et quamvis aliqua intemperies vel stupor inducatur, tamen melius est, intemperiem ex narcoticis relictam longiore tempore curare, quàm brevi dejectis viribus ægrum mori. In frigidis autem & crassis ac lentis humoribus narcotica & opiata ita commoda non sunt, cùm causam morbificam deteriorem & curatu difficiliorem reddant. Et quamvis, qui à frigidis humoribus colicam patiuntur, initio aliquid commodi è narcoticis percipere & dolores leniri videantur, tamen postea majores fiunt, humore ipso crassiore, & ad motum magis inepto reddito, tunicisque intestinorum magis addensatis.

Nititur autem aurea hæc Sennerti sententia fundamento

mento maximè *Alexandri Tralliani lib.* 10. *cap.* 1. *p.m.* 572. *ita scribentis*: Propter hæc omnia, ut dixi, medicamenta torporem facientia temere colicis ex frigida intemperie infestatis offerre properandum non est, nisi magnus quidam dolor & vehemens, qui syncopes periculum minetur, id nos facere compellat. Si igitur tibi vires robustæ appareant, & dolor grandis admodum urgensque, tunc solum exhibere, idque semel oportet. Nam calidiore temperaturâ præditis, & ob tenuem acremque humorem dolentibus, torporem excitantia medicamenta, præterquam quòd nihil nocent, adhuc magis etiam opitulantur, dum tenuem, acrem & biliosum humorem crassum reddunt, ad concoctionem perducunt, ad bonamque temperiem convertunt. Verum ejusmodi succos frigidos & pituitosos, non comitatur, modò soli sint, dolor vehemens, nisi halituosus spiritus interveniat, resoluto humore frigido per calorem in flatibus, exitum non habentes.

Quod cum accidit humori intra intestinorum geminas tunicas crasso frigidoque contento, maxima sequitur distensio & cruciatus, divulsis invicem refrigeratisque vehementer tunicis. Quo in casu si dentur opiata redduntur indolentes ad tempus, redeunte, ubi remedii cessaverit effectus, dolore atrociore, & intemperie frigidâ mirificè auctâ, humoreque crassiore, & ad motum ineptiore, tunicisque densioribus & flatui transmittendo inhabilioribus factis.

Quocirca Opiata à veteribus talia sunt excogitata, quæ dolorificam adfectionem mitigare, humores eandem efficientes discutere, viscosos extergere, secare, attenuare, & juxta totam substantiam alterare queant, quæque ita sint comparata, ut nullum circa affectam particulam detrimentum relinquant.

Hâc

Hâc ratione & intentione *Philo* antidotum suam compoſuit ex hyoſciamo & opio ſtupefacientibus, adjiciendo pyrethrum, euphorbium & piper, quæ nocentes humores diſcutere, viſcoſos extergere, craſſos ſecare & ventoſos flatus attenuare & diſcutere, nardum & crocum, quæ cruda concoquere, ſimulque narcoticorum vim noxiam temperare & inhibere poſſint. Hiis jactis fundamentts alii in eandem intentionem appoſuerunt myrrham & caſtoreum, & præter hæc alii non minore fructu quàm gratiâ ſemen apii, dauci, petroſelini, aniſi, ut totum ad diſtributionem & urinæ propulſum flatuumque diſcuſſionem inſtigarent, miſcuerunt.

Varia hînc facta ab imitatoribus ſunt philonia, quemadmodum hoc ſeculo Laudana, multis ad varios diverſosque affectus horum opiatorum virtutem dirigentibus, vulgo in uſu ſunt Tharſenſe, quod primùm ab inventore compoſitum deinde Perſicum, Romanum & *Meſuæ* ad varios uſum commendatum.

Ex his maximè liquet & patet, cur illa qui ad dolorem colicum ex cauſis frigidis formata ſunt philonia minus conveniant affectibus aſpetæ arteriæ ac pulmonum, renibus, veſicâ & utero ulceratis. Continent enim nimiis acria, vehementer calida, & iſtis partibus earumque cumprimis ulceribus evidenter noxia, quæque tenuibus & acribus deſtillationibus, hæmoptoſi, aſperæ arteriæ, inflammationi & aſperitati adverſiſſima, tantumque utilia, ubi craſſus & frigidus humor dominatur.

Veteres ergò Medici, licet Laudani Opiati inſci adhuc fuerint, attamen contra colicam ejuſmodi prae parârunt ex opio decenter miſto remedia, quæ Laudano Opiato noſtro vix cedunt, ac virtutibus facillim

ei po

ei possunt comparari ; etsi decenti quantitate dentur, innoxiè, magnoque sæpè cum successu (ut toties expertus sum) usurpantur. Præparârunt enim remedia sua colica ex Opio, sem. hyosciami, succo mali vel rad. mandragoræ & cicutæ, quibus miscuerunt pyrethrum, piper, euphorbium, castoreum, juncum odoratum, opobalsamum, meon, asarum, iridem, sem. brassic. sylv., phu ponticum, stoëchadem, acorum, sem. cumini, dauci cretici, anisi, sesel., petroselini Macedonic. fœniculi, crocum, myrrham, opopanacem, galbanum, cinamomum, absinthium, (commendant autem præcipuè mistum ex C. C. teneriorib̃s & mollibus ustis cum pipere & myrrha) zingiber, polium, scordium, succum centaurii, gentianam, zedoariam, rutam, verbenacam, abrotanum, succum cyreniacúm, astragolos, trago origanum, cinerem intestinorum gallinarum, squillam assatam. Ex his antiqui sua colica composuerunt remedia, ita ut æstimationem facerent, num quantitas & potentia stupefacientium major sit in pharmaco, an verò calefacientium & corrigentium exsuperet, æqualis vel minor sit, si potentior illa, præsentius juvabit, sin hæc excedat, tardior fuerit operatio, sed minor metuenda noxa juxta *Galen. lib.* 12. *meth. med. cap.* 1. *& lib.* 8. *d. compos. medicam. sec. loc. c.* 3. Hoc modo pertexta est confectio, quæ extat *lib.* 9. *de compos. medicam. sec. loc.*

℞. Croci.
Opii.
Opopanac.

Myrrh.

Myrrh.
Iridis.
Asari.
Costi.
Nardi indic.
Dauci Creti.
Mei ãã ʒvj.
Piper alb.
long.
Gentian.
Stœchad.
Cassiæ.
Phu pontic, ãã ʒviij.

Excipe melle.

Antidotus colica *Nicostrati* Isotheos appellata ducobus empta talentis ad dolores colicos & subversionestomachi, & vexationes torminaque matricis; dattucum hydro melite decoctionis rutæ.

℞. Croci ʒiß.
Myrrh. ʒij.
Spic. nard. ʒij.
Costi.
Piper alb.
longi.
Galbani ãã ʒj.
Cinamom.
Succ. mandragor.
Castorei ãã ʒij.
Sem. dauci ʒiß.
Opobalsam. ʒiij.
Sagapeni ʒij.
Cassiæ ʒiiß

Excipe melle despumato, & præbe fabæ magnitudin

Opiatu

Opiatum Clysmaticum, ex qvo honorem se assecutum esse, gloriatur *Aëtius Tetrab. 3. Serm. 1. cap. 33.*

℞. Castorei ʒiiij.
Succ. rutæ ʒij.
Nitri rubri. ʒij. vel hujus loco spicam
Opii trient.
Myrrhæ ʒiiij.
Croci sextant.
Allii ʒij.

Excipe melle despumato cocto, Hujus avellanæ quantitas solvatur in vini & olei rutac. ãã part. æqual. & infundatur.

Antiquitatis vestigia non infeliciter legunt posteri. *Felix Platerus tract. prax. 2. cap. 13. p. m.* 618. narcotica in doloribus colicis mirificè prædicat, eorumque usum maximè ita loquendo commendat. Narcotica in gravibus intestinorum laboribus, cum subitò levamen adferant, præcipuè locum habent; ob eamqve causam, tum hi vehementer excruciant ægrum, aliaque non juvant, nullo pacto sunt negligenda. Nec semel tantum exhibenda, & cum dolor redit, repetenda, cùm si dexrè iis utamur, minimê lædant, sed dolores compescendo, somnumque inducendo, viresque sic conservando, magnum ægro solatium utilitatemque, medico verò ob id existimationem summam adferant: ad hæc sudores movendo, de causa morbifica sæpè multum detrahunt.

Antidota venenis alioquin destinata, quia Opium recipiunt unde opiatæ dicuntur; id præstant, duplicique nomine juvant, si pravus venenatusque subsit humor, ut theriaca, Mithridatium, tryphera magna similiaque: in quibus vis Opii se magis exserit, meliusque dolorem sedant, si bonâ quantitate ad ʒj vel amplius exhibeantur, vel si recenter parata dentur: vel addito

grano uno aut duobus Opii ad dosin unam, efficaciora fiant. Imprimis verò Antidotus *Philonii* ad hos dolores sedandos composita est: Utimur *Philonii* Antidoto, cum dolor potissimum sedandus, Philonii verò Romano, quando majore calore flatuum dissipatione opus est à ℈ij ad ʒj. Requies dicta Antidotus propriè dicata est dolori sedando. Ad horum similitudinem multa alia ex opio narcotica, vel trochisci vel Pilulæ, si ingrata, ut castoreum recipiant; formari possunt, sicuti multa ejusmodi passim describuntur, & Chymici sua Laudana dicta componunt & præ cæteris extollunt. In qvibus omnibus componendis id unicè agendum, ut diligentissimâ mixtura Opium corrigentibus sic misceatur, ut æqualiter per universæ compositionis massam diffundatur, omnesque portiones viribus ejus æqualiter afficiantur, ne una dosis altera sit magis minusque efficax, unde certa adhibendi quantitas reperiri nequeat.

Ex Opio ergò, iis saltem, quæ odorem tetrum & sapporem amarum illius emendant, additis Clariss. Platerus contra dolores colicos utilissima format remedia. *Sect. tractat. & cap. jam citat. fol. m. 620.* Pilulæ ejus Narcoticæ loco Philonii sunt.

℞. Opii ℈j.
Sem. hyosciam. alb. ℈ij.
Piper. ʒß.
Croci ℈ß.

Dissolvatur Opium in vino malvatico, & f. Massa exsiccetur, rursusque pulverisata syrupo papaverino redigatur in massam, de qua in forma pilular. detur ℈ß. experiundo primùm, quid operetur, & secundum illud augenda minuendave dosis.

Electuarium Opiatum *Ejusdem* contra dolores Colicos

cos, additis stomachicis & cordialibus, *fol.* 621. sequens est.

℞. Spec. diambr. vel
diamosch. dulc. vel
aromatic. rosat. ʒij.
Cinamom., ʒiß.
Santal. rubr ʒß.
Sacchar. ʒiiij.
Opii in vin. Malvatic. dissolut. ʒij.
Ol. Cinamom. vel Cariophillor. ʒij.

Misc. diligenter, additaque syrupi conservat: Zingiber. q. s. f. Electuarium. Ex his etiam tabulas cùm gumm: tragacanth. in vino malvatic. solut. parare poteris.

Tabulæ gratæ *Plateri* ex Opio.

℞. Opii ʒij.
Infund. in vini Malvatici vel aquæ aut liquoris vini ʒiiij. dissolutum cum sæpius agitatum resederit, liquor clarus à fecibus effundatur, & filtretur cui add.
Sacchari ʒij.
Cinamom. ʒj.
Moschi ℈ß.
Infus. gummi tragacanth.
fact. in aq. rosar. q. s.

Misceantur instar pastæ, quę siccetur, donec in tabulas formari queat. Datur experiundi gratia ℈ß. Cui compositioni & alia tùm ad gratiam, tùm odoris & & coloris quoque causa addi possunt.

Guilielm. Rondoletius lib. 1. *de Medicam intern p. m.* 605. 1006. ad dolorem colicum talem præscribit oriatam.

℞. Opii ʒij.
Castorei.
Euphorbii.
Styrac.
Myrrh.
Piper long. & nigr. ãã ℈j.
Sem. apii
petroselin.
Cumini
Cinamom. ãã ℈ij.

Misc. & cum melle despumato f. opiata, quæ m
gnâ quantitate usurpanda, nec ante sex mensiu
fermentationem usurpanda.

Ubi pro rei necessitate extempore paranda & usu
panda fuerit, opium vino malvatico antiquo diluitur,
in mortario calido diu cum castoreo, euphorbio, croc
& myrrha agitatur & permiscetur. Vel ex *Eo*

℞. Spec. diambr.
diamosch. dulc. ãã ʒß.
Opii in vino malvatic. vel
aq. vitæ solut. ʒj.
Croci.
Castorei ãã ℈j.

Cum Syrupo de stœchade f. Opiata, cujus jux
Autorem dosis sit ʒj.
cum vino vel aq. absinth. fl. Citri aut hyssopi.

Idem in method. curand. cap. 25. ad doloris colici
dationem sequentes tradit Pilulas:

℞. Spec. diagalang.
aromatic. rosat. ãã ʒij.
Castorei ʒß.
Euphorb. gr. x.

Op

Opii diligenter contuſ. cum piſtillo ferreo calido & vino Malvatic. ſolut ʒß.

Piper,
Myrrh.
Croci ãã ϑß.

Formentur Pilulæ No. x ex ʒj. dentur quatuor vel quinque.

ſignis harum eſt facultas & præſens utilitas.

Idem ſimiliter *Rondeletius cap.* 26. *p.m.* 484. 485. narcoticorum, cæteris nihil juvantibus, vel dolore non ceſſante, uſum duplicem facit, aut enim ſola dantur, inuit, cut cum cathartico, ut

℞. Philom. Rom. vel Theriac. rec. ʒj.
Scammon. præp. ϑj.
Miſce.

vel ℞. Electuar. benedict. laxativ.
aut diaphænic. aut
Indi maj. ãã ʒß.
Opii.
Caſtorei ãã gr. iiij. plus minusve.
Fiat Bolus.

Pilulæ, quæ ex ſpeciebus hierę, aut ex gummi pantur ſunt utiliores. Hâc methodo cauſam morbi bſcindimus & ſimul dolorem tollimus. Et hanc meici etiam præſtantiſſimi methodum ſequuntur. *Felix laterus loc. proximè citat.* de hac Methodo ita loquitur: urgantibus electuariis vel etiam potionibus, uti & piulis ex hiera aliisve narcotica electuaria opiumve perniſcentur, ut in cordis & nephritico dolore ſæpè exhibentur, ut alvus laxetur, & dolor interim compeſcatur, um unum alterius operationem, ſicut nec theriaca, etſi Galenus hoc aſſerat, catharticorum vim retundat. Ob

quam causam & *Rhases* Philonio suo diagridium, cum simul illud purgare & dolorem lenire vult, miscet.

Gualter. Brüel in praxi sua Medic. ad Colicum dolorem laxantia itidem narcoticis miscet:

℞. Philon. Rom. ʒj.
Diagalang. ʒ ß.
Electuar. Eleschoph. ʒivs.
Cum vino generoso f. Haustus.

vel ℞. Hier. picr. *Galen.* ʒj.
Opii gr. j.
Croci orient lgr. iiij.
Syrup d. 5. radic. q. s.
Fiant Pilulæ, dantur maximè sæviente malo.

Vel ℞. Electuar. d. bacc. lauri
Philon. Rom. ãã ʒij.
Diagalang. ʒj.
Electuar. Eleschoph ʒivs

F. Pilulæ. Dentur pro tempore usus ʒiß cum haustu vini potentis.

Lazar. Riverius lib. 5. prax. Medic. cap. 1. qui maxime in doloris atrocitate ad narcotica esse confugiendum monet, similiter Laudanum Opiatum purgantibus in dolore colico admiscet.

℞. Aloes opt. ʒj.
Laudan. Opiat. g. iiij.
Diagrid. gr. vj.
Formentur Pilulæ vj. deauratæ.

Capiat æger horâ commodâ; dolorem post horas sedant; & postea humores noxios evacuant. His etiam pilulis substitui potest medicamentum ex diaphœnico & Philonio Romano in dolore ventriculi descriptum. *Hippocratis lib. de intern. affectib.* purgationem ex pepone & meconio proponit.

Ide

Ioh. Freitagius lib. d. Opio & Medicam. Opiat. cap. 19. ad dolorem colicum ex crassa vitreaque pituita pilulas tradit egregias, quas ipsemet in proprio corpore frequenter cum magna utilitate expertus est.

℞. Serapin. in vino malvatic. solut. ʒiij.
Galban. ʒij.
Myrrh. ʒiß.
Piper ʒi.
Styrac. calamit.
Eupborb. āā ʒß.
Castorei ʒi.
Extract. panchii magog. *Crollii*
Diagrid.
Trochisc. alhand.
Opii parùm torrefact. āā ʒii.
Ol. nuc. moschat. express. ʒß.
Spir. nitri gt. v.
Ol. still. cortic. citri gt. vj.
Fiant Pilulæ ex ʒi. No. xv. detur ʒß. vel ʒii. & subsumatur vini malvatici caletacti haustus.

Et quemadmodum per os, ut succurramus dolore adflictis, dantur medicamenta narcotica catharticis permista, sic & ea cum electuariis benedictæ laxativæ, diaphænic. hieræ picræ & similibus purgantibus per clysteres quoque infunduntur. Minori autem adhuc qvàm si per os exhibeantur, periculo, clysteribus adduntur. Sic enim pro ratione causæ, parato enemati, vel anodyno præcipuè qvod ob dolorem iniicitur, adhuc folia hyosciami vel mandragoræ incoquuntur: vel Philonii Romani, vel reqviei *Galeni* ʒii: vel alia alia antidota, ut theriaca, Mithridatium āā ʒß,

permiſcentur. Sic ſi Laudani Opiati cum ſucco Citri præp. grana vj. in vino malvatico vel aqva vitæ diſſoluta Clyſteri colico addamus, efficaciſſimè operabitur.

Neoterici in ejuſmodi doloribus colicis demulcendis ac placandis non opium ſimplex ſemper, neqve eti jam quoddam medicamentum Opiatum, ut theriacam Mithridatium, Philonium Romanum vel ſimile, verum potius Laudanum Opiatum chymicè ac ritè pręparatum reſpiciunt, illudque ad huncce adfectum intolerabilem miris in cœlum extollunt laudibus. Hinc Clariſſ. *Sennertus lib. 3. prax. part. 2. ſect. 2 cap. 2.* Ubi neceſſitas requirit, maximè in hoc dolore atrociſſimo ad narcotica potiſſimumque Laudanum Opiatum tanquam ad aſylum confugit. Verba ejus luculentiſſima ſic ſe habent: inter interna narcotica, ubi neceſſitas exigit, exhiberi poſſunt, requies magna, Philonium Romanum, aut Athanaſia, ℈j. pondere cum decoct. fl. chamæmel. ℥iij., & Syrup. papav. ℥ß. Et quidem antiquis uſitatiſſimum & laudatiſſimum Medicamentum eſt Philonium. Hodie in uſu eſt Laudanum Opiatum, quod ij vel iij gr. pondere exhibetur. Hoc tamen etiam circa narcoticorum uſum, tùm in hoc, tùm in aliis morbis, in quibus uſurpanda, monendum, ut, cum iis opus eſt, adhibeantur, dum vires adhuc conſtant. Nam ſi viribus jam proſtratis, & ubi ferè morti vicinus eſt æger, uſurpentur, non ſolùm non proſunt, ſed ægro etiam interitum accelerant, & cum ſenſu vitam auferunt, dum ſpiritus jam antea languentes aut deficientes ſopiunt, quaſi, & calori nativo obſunt.

Gregorius Horſtius lib. X. de pharmaceutic. obſervat. 3. pag. m. 482. in colicis doloribus vehementiſſimis, evacuatione per clyſterem præmiſſâ, nihil uſu Laudani opiati præſentius exiſtimat, quâ ratione Generoſum *Rudolphum*,

phum Comitẽ ab *Helfenſtein*, Familiæ iſtiusantiquiſſimæ ultimum ante ſexennium circiter, per ſe granis quatuor exhibitis, à vehementiſſimis doloribus ita liberatum fuiſſe meminit, ut, ſuperveniente ſomno, cauſa doloris etiam penitius expugnata videretur.

Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatric. cap. 146. exhibendum Laudanum Opiatum, ſi dolor aliis medicamentis non cedat, præprimis ſvadet. Hoc enim quiete naturæ conciliatâ facit, ut recrudeſcentes ſubitò dolores felicius hæc comprimat, ſomnoqve leniat humores acres.

Excell. *Guerner, Rolfincius lib. 7. conſult. Medic. 4.* in dolore colico laudat quidem Pilulas narcoticas *Plateri*, qnòd conducant. His autem omnibus palmam præripere Laudanum Opiatum cum ſuccis acidis aut ſpiritu vini paratum, ad grana ij. vel iij. datum, ſcribit.

Ioh. Coſterus Tabul. Theoretico practic. L. p. m. 185. cum dolor non rarò tàm acerbus ſit, ut neglectâ cauſâ, omnem curationem ad ſe trahat, qui clyſteribus ex lacte paratis demulceri ſolet, additis Caſſia, liliorum & violar; oleis. His parum autem conferentibus ad narcotica prudenter tranſeundum monet. Formam *tabul.* 47. quæ talis eſt, nobis quoque præſcribit:

℞. Conſerv. roſar. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Confect. alcherm. ʒß.
Miſc. & cum Syrup. de papav.
f. Electuarium.

Clariſſ. *Franciſcus Deckerus in Not. & obſervat. ad praxin Barbettian.* in dolore colico poſt clyſterem emollientem & carminantem optimo ſemper cum ſucceſſu ſequentem uſurpavit mixturam (ſed notandum, poſt uni-

us alteriusve cochlearis huius mixturæ usum plerumque dolorem augeri, postmodum verò sisti)

℞. Aq: menth.
cortic. citri ãã ℥iß.
vitæ *Matthioli* ℥j.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Sperm. ceti ℈ß.
Ol. still. cortic. aurant.
macis ãã gt. iij.
Spir nitri dulc. gt. xv.
Syrup. fœniculi ℥j.
misce.

Lazarus Riverius, ut *lib. 5. prax. Medic. cap.* 1. Laudani opiati usum in dolore colico magni æstimat, ita eumque quoque porrò in observationibus suis variis exemplis eorum, qui solo Laudani opiati beneficio ab atrocissimo hoc dolore, percurati sunt, egregiè illustrat. Sic *centur.* 1. *observat. Medicam.* 12. sequentem narrat historiam: *Stephanus Varandæus*, doctissimi olim Viri D. *Davidis Varandæi* Juris Consulti celeberrimi, & in Monspeliensi Universitate J. U. Professoris filius, 18. annos natus Colico dolore acerbissimo torquebatur ab aliquot diebus. Ipsum invisens, statim præscribo ad immanem dolorem coërcendum, qvem vix sustinere poterat, Laudani opiati gr. vi. quibus intra duas horas dolor omnino sedatus est, lautè cœnavit, & tota nocte dormivit, qvi plures antea insomnes transegerat.

Idem Centur. 1. *observat.* 86. In principio mensis Novembr. anni 1633. Domina de *Varanda* doloribus colicis acerbissimis conflictabatur, & post duos clysteres iniectos sumpsit intestini lupi pulverati ℥i cum

vino

vino, quod ipsi mense prægresso exhibitum fuerat pro eodem dolore, & statim dolor evanuit. Post decem aut duodecim dies, licèt per apozemata purgata fuisset, dolor rediit acerbior, quàm antea, ac licèt in clystere Philonii ʒj dissolutæ fuissent, dolor non quievit, prædictus pulvis iterum fuit exhibitus, & dolor imminutus est, ac post trium horarum spatium omninò ferè sublatus. Sed postridiè rediit acerbior quàm antea; exhibita fuerunt Laudani grana v., & dolor omninò sublatus est, nec amplius rediit.

Idem Observat. Medic. 1. *Centur.* 2. Die primâ Iulii anni 1635. D. *Sarretus*, salinarum visitor generalis, quadragenarius, correptus est gravissimo dolore colico, qui neque clysteribus laxantibus & carminantibus, etiam cum aqua benedicta; neque fomentis aut semicupiis intra viginti quatuor horas usurpatis, sedari potuit. Eoque continuo sçviente, sequentes pilulas præscripsi.

℞. Aloës opt. ʒj.
Diagrid. gr. viij.
Laudan. Opiat. gr. v.
Fiant Pilulæ vi. deauratæ.

Has pilulas sumpsit mediâ nocte, manè horâ quarta, dolor protinus quievit, & per diei decursum purgatus est quinquies, si que omninò liberatus.

Et tandem *Observat. Medic.* 12. *Centur. ejusd.* vigesimâ secunda Martii 1636. Vidua Dn. *Dortes* summa duritie & tensione totius abdominis à multis annis laborans, unde per intervalla dolores atrociissimos, Colicorum instar patiebatur, dolore eodem corripitur, multò atrociori quàm antea circa noctem. Vocatus pharmacopæus duos clysteres injicit sine ullo fructu, quamvis eorum vi multum purgata fuisset. Vocatus ego manè præscribo Pilulam ex Laudan. gran. v. con-

conflatam, & inter horam dolor penitus quievit, nec amplius rediit.

Memini hodie, me *Embdæ* sub cura habuisse civem quendam vulgarem, qui atrocissimis conflictabatur, ex humoribus crassis & viscidis, doloribus. Hunc invisens, evacuatione aliqvâ præmissâ statim præscripsi ad humores ejusmodi crassos ac viscidos incidendos ac attenuandos doloremque immanem coërcendum qvem vix diutius sustinere poterat sequentem mixturam:

℞. Elix. propr. *Paracels.*
Tinctur. Chalyb.
Opii nostr,
Mixtur. simplic,
Ol. still, juniperi
terebinthin. ãã ℈j
Carvi.
Chamomill. Rom. ãã ℈ß.

Misce ad vitrum.

De hac mixtura sumebat per diem tribus vicibus guttulas xij. in spiritu vini anisato, cujus beneficio dolor, Dei gratia, prorsus evanuit, ægerque ab immanissimo ac intensissimo hoc hoste planè liberatus est.

Extant ad hæc exempla non pauca eorum, qui sævissimis umbilici ac ingentibus doloribus & torminibus ventris correpti solo Laudano Opiato, vel etiam crudo saltem opio sanati sunt, quorum duo saltem brevitatis ergo sumus hâc vice ex *Fabricio Hildano, & Zacuto Lusitano* enarraturi. *Gulielmus Fabricius Hildan. centur. 5. observat. Chirurg. 60.* sic scribit. Cum anno 1607. *Paterniaci* Medicinam facerem, & decimestri puero insignem herniam intestinalem feliciter secuissem, vulnus qvin etiam ad cicatricem ferè perduxissem, ecce subitò ingentibus doloribus & torminibus ventris corripitur in-

infans, ita ut noctes diesque ejularet. Ego ignorans causam tàm subitam & insperatam (parentes enim & adstantes eam summo studio celabant) hujus mali anxius fui, interim tamen, quæ in hujusmodi adfectibus adhiberi solent, sedulò per dies aliquot adhibui, sed pauco cum fructu. Tandem cum vires paulatim imminui viderem, ad granum j. Laudani parumque Confectionis alchermes cum lacte materno post cœnam exhibui. Quievit satis benè eâ nocte, sequenti die ecchymosis in ingvine sano erumpere cœpit, quę paulatim coxam ad genu pedemque usqve occupavit. Ab eo tamen tempore dolores & tormina ventris imminuti fuerunt, & cùm triduo post eandem potiunculam ex Laudano exhibuissem, omninò remiserunt, sed ecchymosis illa sive sangvis extravenatus alternm quoque crus, lumbos & os sacrum occupavit. Verùm adhibitis remediis convenientibus, in integrum brevi restitutus fuit infans.

Zacutus Lusitanus verò *Medic. princip. Histor. lib.* 1. *observat.* 45. hanc memoriæ prodidit historiam. Fœmina bilioſa & fortis, in fœdum Gallicum incidit uteri profluvium, quo cum esset afflicta, ad putridi humoris exsiccationem, mulierum consilio, imprudens, aquâ aluminosâ muliebres partes inguinaque multoties abluit, post lotionem, restrictâ fluxione, in tam dirum incurrit umbilici dolorem, ut plures noctes insomnes ducens in horas moritura speraretur. Illicò sectæ saphenæ, hirundines ano impositæ; cucurbitulæ sacrificatæ sæpius femoribus applicitæ, in cruribus vesicantia admota, clysteres omnis generis imperati, unguenta, fotus, emplastra varia adhibita. Supra umbilicum hirudines, ustiones & scarificationes admotæ, purgatio diversis medicamentis celebrata, tandem in semicupium ex me-

di-

dicamentis anodynis constructum ingressa, assumptoque ter per intervalla phlonio, nullo modo levata est. Demum cum in agone esset, & dolor ferocius invalesceret, opium incorrectum quantitate 12 gran. hordeii in jure pulli potandum offero, assumpto eo, in veternum mox incidit, & unius diei spatio obdormiscit, expergefacta sine dolore salva remansit.

In Iliaca quoque passione, quàm alias miserere mei vocant, Laudanum Opiatum non rarò nobilissimas exserit operationes, ac miserrimè hac correptos à carnificina quasi liberat. Rectè ergo scribit Clariss. *Ioh. Hartmannus lib. 2. prax. chymiatric. cap. 147.* Dolorii huic sedando efficax remedium est, si post pilulam Laudani Opiati sumptam, etiam Olei saturni, quod è sale per deliquium fit, guttæ 5. aut 6. ex vino albo bibuntur, & simul venter inungitur ejusdem balsamo, parato ex Olei illius partibus duabus & rosacei parte una simul mixtis in marmore. Quod cui non conveniat, vix ulla inflammatio est.

Excell. *Guerner. Rolfincius lib. 7. consult. medic. 4.* pariter hisce verbis in passione Iliaca Laudani Opiata usum mirificè, sequentem recensendo historiam, extollit. Fœmina 30. circiter annorum herniâ inguinali leviter tumente per biennium laborans, post inordinatum corporis motum vomitibus corripitur crebris. Fit etiam merdivoma: excretaque fœtore & ægræ & adstantibus molestiam præbent. Hæc quinque antimoniatis clysteribus liberata, subsequente aliquot dierum diarrhæâ, quæ excedens tandem laudatorum Opii beneficiorum opem implorabat, & propitiam experiebatur. Eadem fortuna nuper contigerat viro umbilicali herniâ laboranti. Similia χειρεγήματα tentari possunt, si virium

i virium jactura & inflammat onis desperata salus non bstent.

Laudani hujus Opiati summam quoque in passionibus iliacis demulcendis planeque abigendis efficaciam Comitissæ cujusdam solius hujus beneficio percuratæ xemplo notatu digno demonstrat Clariss. *Freitagius lib. de Opio & Medicament. Opiatis cap.* 8. Cujus igitur erba hîc adducere me non pœnitebit. Illustrissima Conitissa cum iliacis adeò excarnificata esset doloribus, t, de vita conclamatione factâ, convocarentur ad onclave omnes aulæ ministri, & pro piè & salutariter estituenda Deo anima enixè orarent, in medio preum nisu, cum tria hujus nostræ confectionis anodynæ rana sumpsisset, cessantibus continuò doloribus, suai somno recreata, ad miraculum respiravit, adeò ut cuationis feliciter postea pertexendæ spatio sufficere poerit. Cujus rei luculentum perhibere queat testimoium Clariss. *D. Ioannes VVestenbergius* Athenæi Steinurtensis Professor, qui unâ operâ mecum hanc curaionem administrabat.

Adrianus Mynsichtus armament. Medico-Chymic. ct. 3. de Extract. ac alii etiam Neoterici ad colicam & iacam passionem varia præscribunt remedia, quæ Lauanum Opiatum recipiunt, quæque felici semper cum uccessu usurpari possunt.

HAUSTUS *Mynsi:*

℞. Conserv. rosar. rub. ℥j.
Radic. zedoar. ℥ß.
Aq: Chamomill. ℥iiij.
Coq: & in colatur. ℥ij. solve.
Laudan. Opiat. gr. vj.
Syr. aurant, ℥iij.

Specific.

Specific. Colici noſtr. ℈ß.
Elæoſacch. Carminativ. noſtr. ℈ß.
Miſc. f. Hauſts pro una doſi.

ALIVS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Aq: ſerpill. noſtr. benedict. ℥ß.
Syr. d. menth. ℥ij.
Extract. Colic. noſtr. ℈j.
Ol. ſtill. Cortic. aurant.
angelic. ãã gt. j.
Spir. Salis gt. vj.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ.
Aq. Carminativ. vel contra Colic. ℥ij
Syr. d. menth. ℥iij.
Spefic. Colic. ℈ß.
Elæoſacch. angelic. gr. xij,
Spir. ſalis nitri q. ſ. ad gratiam.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

PILVLÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Solut. lapid Carpion.
Tal. leporin. Calcin. ãã gr. iiij.
Miſ. & cum oleo ſuccini albi formentur Pilulæ deaurandę pro una doſi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat q. ſ.
Lapid. Bezoar. orient.
Tal. ſuill. Calcinat. ãã gr. iv.
Miſce & cum oleo Cymini ſtill. formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

BOLVS.

℞. Conserv.menth.crisp.℥j.
Secific.Colic.nostr.ʒß.
Laudan.Opiat. q.s.
Ol.still.Cinamom.gt.j.
Misc. & cum Rotul. diacymini f. Bolus pro una dosi.

ALIVS.

℞. Conserv.fl.papav.rh ℥j.
Elæosacch.Chamomill. ʒj.
Nitri vitriolati gr. iiij.
Laudan.Opiat q. s.
Misc. & cum Rotulis diacymini f. Bolus pro una dosi.

ALIVS.

℞. Conserv.rosar.rubr.cum spir. salis-nitri tinct.℥j.
Laudan.Opiat.q.s.
Ol. still.Chamomill.Rom. ãã gt.j.
Misc. & cum Rotulis dianisi f. Bolus pro una dosi.

Narcotica etiam, ut jam superius dictum, Clysteri-
us absque omni periculo ac utiliter in Colica ac Iliaca
assione miscentur. Hinc etiam Opii vel Laudani o-
iati grana vj. in vino Malvatico soluta iis commodè ad-
untur.

℞. Ol.rutac.vel anethi ℔j.
Opii ʒß
Castorei ℥ß.
Misc. & injice.
Vel ℞. Opii ʒj.
Castorei ℥ß.

Ol. anethi ʒj.

Mista lanaque excepta in anum immittam-
tur.

Ranchinus Opii ℈ß. vel ℈j. cum Castorei ℈j. & croc
gran. v. mista per clysterem iniicit.

CAPUT XVIII.

Laudani Opiati in diarrhæa ac dysenteria mirabilem usum exponit.

IN diarrhæa ac dysenteria requiruntur aliàs Medica-
menta adstringentia ac ventriculum intestinaque co
roborantia ac dolorem sedantia ; quibus intentico
nibus satisfaciendis egregia quoque ac selectissima i
officinis pharmaceuticis reperiuntur pharmaca tam
simplicia qvàm composita , quæ omnia hîc recens
re temporis ac instituti quoque ratio non patitur. Ac
cidit autem nonnunquam , ut jam recensita pharmac
intentioni nostræ minus respondeant, nec ullum com
modum ægrotantibus adferant, ut indè ad aliud auxili
um, quod Laudanum Opiatum est , confugere cog
mur. Cujus igitur usus in hisce adfectibus tàm splen
didus & proficuus est , ut nunquam sine solatio ab e
dimittamur. Quod etiam viri in Medicina Excel
lentissimi omni tempore libenter agnoverunt , illud
que in hisce adfectibus tollendis magni æstima
runt.

Felix Platerus tract. 3. lib. 2. cap. 11. fol. m. 933. : nam
cotica inquit , in diarrhæa , si dolor aliquis accedat
ut in colicis usurpata , eum mitigant , & facultatem
expultricem sopiendo , fluxum sistunt , eoqve mo
do, ut in dysenteria ostensum, additis plerumque val
dius adhuc adstringentibus, cum necessitas reqvirit, u
surpari possunt.

Cl

Clariſſ: *Sennertus lib. 3. prax. part. 2 ſect. 2. cap. 7.* Si fluxus non ceſſet, ad opiata confugiendum, & propterea exhibenda theriaca recens, Laudanum opiatum. Cibi & potus quoque facultatem adſtringendi habeant.

Lazar. Riverius lib. 5. prax. Medic. cap. 5. Ubi verò ex fluxu frequentiori & acriori periculum eſt, ne vires deficiant, Laudanum Opiatum cum maſtiche & terra ſigillata utiliter exhibetur.

Excell. *Gverner. Rolfincius epitom. Meth. cognoſc. & curand. particular. corp. adfect. lib. 3. cap. 16.* Compeſcunt immodicum alvi fluxum mirifica virtute theriaca recens; imò laudatum opii Medicamentum omnibus palmam præripit, exhibitum pondere gr. ij.

Ioh. Ionſtonus lib. 10. artic. 4. punct. 2. in diarrhæa, ſi fluxus ſit nimis vehemens, Philonium Romanum & Laudanum opiatum commendat.

Ioh. Petr Lotichius lib. 4. cap. 4. obſervat. Medic. 6. contra diarrhæam nimiam viriumque languorem ſequentia Adoleſcenti phtiſico præſcribit pharmaca.

℞. Spec. diamarg. frigid. ℈j.
Lapid. Bezoar. occidental. ℈ß.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.
Magiſter. Corall. g. v.
Aq. cinamom. cum aq. cordial. præp. ℥iij.
Perlar. ℥j.
Man. Chriſti perlat. ℥iij.
Miſc. f. Hauſtulus.
S. Krafftträncklein für zweymahl.

℞. Ol. menth.

Cydon.
Coſtin.ãã ℥ß.
Nuc.moſchat.expreſſ.℈j.
Miſc. & cum ceræ q.ſ. fl. Linimentum.
S. Magen Salb.

Factâ inunctione Emplaſtrum ſequens calidè ſuper impoſitum eſt:

℞. Empl. de Cruſt. panis ℥j.
Cerat. ſtomachal ℥ß.
Malax. ol. nardin. q.ſ. f. Emplaſtrum quod extendatur ſuper alutam ſcutiformem.
S. Magenpflaſter.

Duobus abhinc Menſibus opifex qvidam viliorris conditionis diarrhæa ſcorbutica laborabat vehementiſſimâ, cui opem meam imploranti ex miſericordia commotus præſcripſi prius pulverem ex rhabarb. ℥j Ila xantem, deinde hocce Electuarium & Emplaſtrum qvorum Medicamentorum beneficio poſtea diarrhaea ſedata ac penitus ſublata eſt; ipſeque æger adhuc bonâ fruitur valetudine, mihique gratias pro tanto beneficio præſtito egit maximas.

℞. Conſerv. roſar. antiq.
menth. Criſp.
meliſſ. ãã ℥ß.
Condit. carn. Cydon. ℥j.
radic. enul. camp.
calam. arom.
cichor. ãã ℥iij.
Lapid. hæmatit, præp.
Boli armen. præp.
Sem. acetoſ.
plantag. ãã ℈j.

Spec

Spec. aromatic. roſat.
diarrhod. abb.
Trochiſc. de Carab.
Terra ſigillat. ãã ℈ß.
Elect. diaſcord. *Fracaſtor.* ʒß.
Laudan. Opiat. cum ſucc. Citri præp.
gr. vj.
Miſc. & cum Syr. de menth. & Myrtin. ãã q. ſ.
f. Electuarium, cui admiſc.
Tinctur. Chalyb.
Elix. propr. *Paracelſ.*
Spir. ſalis ãã gt. xv.
Detur ad fictile.

S. Stopffen- und Stärckende Lattwergh.

℞. Emplaſtr. ſtomachal. *Zvvelf.* q. ſ.
Malax. Ol. ſtillatit. Menth.
Criſp.
Maſtich.
Majoran.
anthos.
ſalviæ
macis
cariophyll.
nucis moſchat
ãã gr. iij.

Fiat Emplaſtrum, quod extendatur ſuper alutam ſcuti formem.

S. Magenpflaſter.

In dyſenteria verò licèt Clariſſ. *Platerus tract. 3. lib. 2. cap. 11. fol. 912.* Laudani Opiati uſum non ita clarè exprimat, cum ita loquitur, narcotica tamen ſummè in ea prædicat, cum ita loqvitur: Narcotica, cum dolorem compeſcant, & fluxum alvi ſimul ſiſtant, ut in Clyſteri-

bus dictum, melìusque exhibita quàm injecta id præstent, atque insuper somnum, qui propter inquietudinem, ob continuam dejectionem impeditur, concilient, & sic viribus quoque admodum prosint; ob multa hæc commoda non sunt negligenda: aliquotiesque, si præsertim dolor vigiliæque urgeant, repetenda, cum nihil adeò facultatem expultricem sopiendo, fluorem indesinentem, uti hæc compescant.

Imprimis autem in hoc casu Philonium Persicum utile judicat doctissimus *Platerus*, quod fluoribus diversis sistendis, cum plura adstringentia recipiat, simul accommodatum est, illius ʒj, vel paulò plus exhibendo. Deinde nec pilulas de Cynoglossa, Trochiscos de succino cum opio, theriacam, Mithridatium, Athanasiam, aliasque confectiones narcoticas, imò nec opium ipsum, si pulveribus vel electuariis adstringentibus & corroborantibus, contemnit.

Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 2. sect. 2. cap. 7. in hoc adfecta tandem ad opiata, nimirum ad Philonium, Pilulas de cynoglossa, Laudanum Opiatum veniendum vadet, quæ ut ait, rectè exhibita sæpè magnam utilitatem adferunt, cùm non solum dolorem leniant & somnum provocent, sed & fluxum sistant, ut

℞ Philonii Persic. ʒß.
Theriac. rec. ℈j.
Spec. diamarg. frigid. ℈ß.
Syr. Cydonior.
rosar āā ʒß.
Lapid. Bezoar orient. gr. iij. vel pro pauperibus C. C. ust. & præp. ℈j.

Misce.

Vel ℞. Laudani Opiati gr. iij.

Den-

Dentur cum syrupo Cydonior., vel formentur inde Pilulæ tres.

Si in crassis intestinis dolor sit; clysteres fiant ex lactucæ, nympheæ decoctis, capitib. papaver. præsertim nigr. mandragor. additis opii gr. v. vel vi., ut

℞. Radic. plantag.
consolid. mai. āā ʒi.
Fl. verbasc.
melilot āā Mi.
rosar. rubr. Mß.
Sem. papav. alb. ʒvi.
hyosciam, ʒiii.
Coq. in lacte.

Colatur, ℞. ʒviii. vel x.
Philon. Rom. ʒi.
vel ʒiß.
Ol. rosar. vel amygdal. dulc. ʒii.
Misc. f. Clyster. qui dolores lenit simulque consolidat.

Commendantur etiam, ut in sanguinis deiectione, ita in dysenteria quoque, pro doloris lenitione & fluxus adstrictione, pastilli quidam *Andromachi*, quibus *Galenus* ipse usus est & Pastilli de succino, & confectio Clysterium appellata, & quæ Paulina dicitur: quorum Medicamentorum aliorumque hûc facientium descriptio videatur *7. de compos. Medicam. sec. loc. c.* 4. *&* 5. & in *9. eiusdem oper. cap.* 5.

Inter narcotica etiam nonnulli commemorant suppositorium *Rhasis* de lycio, quod *is lib.* 9. ad *Almansor.* describit. Verùm monent, ultra d midiam horam in ano relinquendum non esse, & propterea à filo alligari de-

bere, ut ad libitum extrahi possit. Monet præterea etiam *Gvainerius de fluxu tract.5.cap.2.* nimiam Opii quantitatem in eo suppositorio esse, & *tractat.4.de fluxu capp.* 7. narrat, quendam tenesmo laborantem ex usu suppositorii Opiati mortuum fuisse. Post Opiatorum usum intestina vino infuso, vel decocto aliqvo abluantur, ut noxa ex opio corrigatur. Semper autem hoc notandum Opiatis non utendum esse, nisi dolor valdè urgeat, ut vult *Alexander Trallianus lib 8 cap.8.de dysent.* & in corpore delicato raræ texturæ sensusqve exqvisitoris. Diu tamen in Opiatorum usu non persistendum, neqve iis nimis fidendum. Etsi enim somnus ab iis concilietur, fluxus sistatur, dolor minuatur, & hoc modo morbus jam victus videatur; tamen nisi malignitas expugnata, ulcusqve sanatum sit, morbus recrudescit, & novo dolore superveniente, nova fluxio excitatur, qvod prudenter admodum innuit Clariss. *Ludovicus Septalius lib.7. animadvers. Medic.§.99.10.* Tanta est, inqvit, doloris in hoc morbo vehementia, ut nullo tentato alio remedio, narcoticis statim sit utendum, non solùm per os assumptis, sed etiam per infernà injectis. In iis tamen diutius non est perseverandum, qvoniam sæpè imponunt; Cùm enim somnum conciliârint, & proinde fluxiones stiterint, & refrigerando & incrassando humorum & acrimoniam, & fluxitatem imminuerint, dolore imminuto, morbus curatus videbitur, nisi tamen glutinantibus & & siccantibus ulcus sanemus, recrudescet morbus, & novo dolore superveniente, nova fluxio excitabitur, & ulcere non curato difficultas intestinorum denuò fiet.

Gregorius Horstius lib.X.de pharmaceutic. observat. 3. p.m.482.in dysenteria Laudani Opiati usum mirificè commendat, cum in hæc incidit verba; Quæ tormina nòn tan-

antum, sed etiam dejectiones excedentes sanguinis unquam non etiam laudabilis dysenteriæ generent, otum est, quibus plures naturæ debitum solverent, isi per opiatorum usum eisdem succurreretur, qvod nno superiori nobilis aliqva fœmina Welseriana confirmavit, quæ judicio adstantium ad extrema redacta er grana iij vel iv. Laudani nostri sic refecta fuit, ut revi post sanitati pristinæ restituere tur.

Et in *Consilio suo dysenterico cap.* 30. ita disserit: Nonunquam autem, licet Medicamenta supra commemorata ritè exhibeantur, dejectio cruenta, frequens & dolorifica adhuc durat. In quo casu sæpissimè maximo um ægrotantium commodo sequenti modo exhibui Laudanum Opiatum, cujus exhibitionem mox subsecuta fuit quies, & sanguinis affluentis restrictio.

℞. Conserv. rosar. antiq. ℥ij.
Laudan. Opiat. gr iij.
Confect. alcherm. ℈ß.
Syr. papav. rh. q. s.
Fiat Mixtura.

Joh. Hartmannus lib. 2. prax. Chymiatric. cap. 151. fluxioni cohibendæ, inquit, per os exhibeatur dosis mei Laudani Opiati, qvod ut tutò dari, ita & magno cum fructu solet.

Lazarus Riverius lib. 5. prax Medic. cap. 6. Narcotica in hoc adfectu per os aliquoties exhibita miranda præstare scribit; dolorem enim, ut ait, sedant, fluxum cohibent, somnum conciliant, & sic qvoqve vires reficiunt. At multò erunt utiliora, si adstringentibus & roborantibus permisceantur. Exempli gratiâ

℞. Conserv. rosar. antiq ℥ij.
Laudan. Opiat. gr. iij.

Confect. alcherm. ℈ß.

Fiat Bolus.

Item dolore admodum urgente, narcotica interdum Clysteribus admiscenda sunt, ut philon. Persic. ʒj vel ʒij Pil. de cynogloss. ℈j. vel ℈ij, Syrup. d. papav: ʒiß., Laudani opiati gr. v. vel. vi.

Idem centur. 2. observat. Medic. 44. Laudani opiati usum in dysenteria extirpanda mirabilem adhuc magis magisque illustrat, cum sequentem dysentericæ cujusdam Matronæ solius Laudani Opiati beneficio percuratæ historiam hoc modo enarrat. *Iohanna de Parvisotl* octodecim annos nata, laboravit gravissimâ dysenteria cum febre acuta, per septem dies fuit in manibus alterius Medici senioris, qui nihil aliud præscripserat, quàm clysteres detergentes & rhabarbarum, quo febris aucta, dysenteria deterior evaserat. Eo absente vocatus ego, exhibeo primùm Laudanum ad gr. iij., quo fluxus valdè imminutus est ea nocte & per tres aut quatuor horas dormivit, manè secatur vena, & sanguis educitur fervidissimus. Deinde exhibetur extractum Corallorum ad ʒj cum aq. plantag. bis eâdem die, sed sine fructu; noctem enim habuit acerbissimam tùm ratione febris, tùm ratione fluxus ejusque sanguînei, qui ad aliquod tempus fuerat cohibitus usu Laudani. Sequenti die manè exhibeo iterum Laudanum, & fluxus cohibitus est.

Item *centur. 3. observat. 4.* recenset historiam filii sui, similiter dysenteria graviter correpti, quem Dei gratiâ Laudani Opiati præsertim usu ad integram sanitatem perduxit.

Excellentiss. Guerner. Rolfincius lib. 3. epitom. cognos. & curand. particular. corp. adfect. cap. 17. accidentia in hoc ad-

dfectu, ut teneſmum, tormina & dolorem compeſce-
e quidem anodyna & narcotica ſcribit; ſacram verùm
nchoram eſſe Laudanum opiatum ad grana ij. ſum-
tum, teſtatur. Quod *lib.7.conſultat. Medic.* 1. *ma-
is hisce verbis* confirmat: Symptomatum, ut doloris,
ormínum, teneſmi, vigiliarum, nimii fluxus etiam ra-
io habenda. Interius omnibus his obviam it Laudatum
pii Medicamentum ad grana iij in pilulari forma ex-
ibitum.

℞. Magiſter. anodyn. Rolfincian. gr. iiij.
Exhib. in cochleari cereviſiæ frigidæ, vel vini rhe-
nani.

Iohann. Freitagius lib. de Opio cap. 8. Generoſa, inquit,
quędam Domina delicatæ conſtitutionis & tenerrimæ
exqviſiti ſenſus texturæ, cum ex acrium humorum di-
arrhæa in dyſenteriam & teneſmum incidiſſet penè le-
thalem, nullâque ratione fluxûs & dolor ad methodi-
cam curationem ſopiri poſſet, hoc ſolo Laudano Opi-
ato ita eſt adjuta, ut uno vel altero ejus grano deguſtato,
omnia accidentia inſolentiora remitterent, & ipſa ad
novas vires erigeretur, curationiſqve legitimæ metho-
dum admittere poſſet. In hac & ferè omnibus, qui no-
ſtro conſilio hoc pharmaco ſunt perfruiti, obſervavi-
mus, paucioribus ſaltem granis adhibitis, acqvieviſſe
dolores, nullo inſuper inducto vel ſubſecuto ſomno,
auctо pondere ſomnum quidem non verò ſoporem
moleſtum bonis ægrorum rebus coortum.

*Franciſcus Deckerus in Not. & Obſervat. ad praxin Bar-
bettianam lib.* 4. *cap.* 5. de muliere dyſenterica priori non
abſimilem recenſet hiſtoriam; Cui quoque Lauda-
ni Opiati uſus non parum attulit utilitatis. Muli-
er, ait, quinquagenaria, melancholica, nephritica, in-
cidit in dyſenteriam, continuò propemodum al-
vum

vum deponebat excrementa pure sanguineqve quarto die jam mixta erant, summis afficiebatur ventris doloribus, vigiliis nimiis, febri, præscripsimus hunc in finem Mixturam seqventem, humorum acrimoniam temperantem, dolorem sedantem, leviteṙqve adstringentem.

℞. Aq; plantag. ℥iiß.
Cinamom. ℥vj.
Confect. d. hyacinth. ℥j.
Diascord. Fracastor. ℥iß.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Syr. Myrtin. ℥j.
Misce.

Hujus singulis horis Cochleare unum alterumve assumebat, sed pauco cum levamine. Clystere autem injecto, diuqve in corpore retento, multùm dolores fuêre diminuti; singulis vespertinis assumpsit Laudanii Opiati gr. j. Clyster erat talis:

℞. Lact. bubul. chalybeat. ℥iiij.
Terebinthinæ Venet. in ovi vitello dissolut. ℥ß.
Mel. rosat. ℥j.
Balsam. sulphuris terebinthinat. ʒß.
Misc. f. Clyster.

Joh Costerus Tabul. Theoretico-practic. 54. dolorem in dysenteria tanquam symptoma urgens mitigari asserit anodynis; ubi tentatis omnibus dolor nescit cedere, sequens Medicamentum in usum vocetur:

℞. Conserv. rosar. ℥j.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Confect. alcherm. ʒj.
Syr. d. papav. q. s.
Misc. f. Electuarium.

Joh.

Ioh. Petr. Lotichius lib. 4. cap. 9. observ. 3. in dysenteria, concurrente febri quotidianâ intermittente, contra insomniam vigiliasque molestas sequentem ordinat Haustulum Hypnoticon:

℞. Philon. Rom. ℈j.
Syr. d. papav. ℥ß.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.
Aq: bugloss.
rosar.
lactuc. ãã ℥vj.
Misc. diligenter & f. Haustulus.
S. Tränclein gegen Nachts auff einmahl.

Rusticus quidam primarius in *Frisia* Orientali cum Embdę praxin facerem, dysenteriâ malignâ graviter corripiebatur, cujus soror opem meam inqvirebat, huic Medicamentum aliqvod ex rhabarbaro & aliis laxans, simulqve tres pulveres, qvorum unus singulis diebus in cerevisia ftigida ipsi esset offerendus, missi, qvorum usu æger integrè convaluit ac pristinam sanitatem recuperavit.

℞. Corall. rubr. præp.
C. C. ust. & præp.
Terr. sigillat. ver.
Spod: præp.
Smaragd. præp.
Trochisc. d. Carabe ãã ℥ß.
Laudan. Opiat. gr. viij.
Misc. f. pulvis, divid. in 3. part. æqual. & dentur ad chartam.

Electuaria duo quæ sequuntur mirabilis qvoqve in dysenteria operationis sunt, qvorum felicem effectum sæpius sumus experti; ideò ea hic qvoqve adducere nobis consultum fuit. Primum igitur erit.

℞. Con-

℞. Conserv. fl. papav. rh.
rosar. antiq. āā ʒiß.
Laudan. opiat. ʒß.
Theriac. Venet. recent. ʒj.
Tinctur. Corall.
Lapid. hæmatit.
Essent. Croci Martis āā ʒj.
Trochisc. de Carabe
terr. sigillat.
spodio āā ʒß.
Ol. nucis moschat.
cariophyllor. āā ℈ß.
Misc. & cum syr. papaver. erratic. q. s.
f. l. a. Electuarium.

Hoc ad omnia dolorifica ventris profluvia sistendum, sanguinem undecunque fluentem, menstrua, sputum, fluxumque sanguineum & hæmorrhoidalem restringendum, somnum conciliandum, ulcera pectoris, pulmonis & vesicæ consolidandum, Medicamentum est specificum. Dosis ejus est à ʒj ad ʒij mane vel vesperi in vehiculis appropriatis, vel etiam per se.

Alterum hoc est:

℞. Condit. Carn. Cydonior. ʒiij.
radic. symphyt.
cichor, āā ʒj.
Pulv. radic, tormentill. ʒij.
Laudan. Opiat. ʒiß.
Magister. corallor. rosat.
Extract. sang. dracon.
C. C. ust. & præp. āā ʒj.
Croci Martis per reverberat. fact.
Smaragd. præp.

Terr

Terr.sigillat.ãã ℈ij.
Boli rubr.oriental.
Nuc.moschat.
Sem.plantag.
Anther.rosar.ãã ℈iß.
Cass.lign.
Cariophyll.ãã gr.xv.
Croci oriental.
Ol.macis express.ãã gr.x.
Misc. & cum syrup.Myrtin.& Corallor. ãã q.s.
f. Electuarium.

Antiquatum alvi profluvium mirabiliter compescit Electuarium; hinc dysentericis & cœliacis mirum in modum auxiliatur: Mensium quoque & hæmorrhoidum fluorem immoderatiorem, atque omnem humoris à capite ad partes infernas defluxum mirificè cohibet. Dosis eius est à ℥i ad ℥ii, vel per se, vel in vehiculis appropriatis.

Antiqui etiam ad dysenteriam & quoscunque ventris fluxus, cùm Laudani opiati exactam cognitionem nondum habuerint, medicamenta opiata talia usurpârunt, qualia posteri etiam fideliter acceperunt & auxerunt.

℞. Fl.rosar.
Opii.
Acaciæ.
Gummi.
Balaust.
Succ.hypocistid.ãã ℥iij.
Gallar.
Sem.plantag.& succ. eiusdem ãã ℥ii.
Lycii Indic. ℥i.
Succ.rosar. ℈iiii.
Fac pastillos pondere unius drachmæ.

℞. Succ.

℞. Succ.acac. ℥xxv.
Succ.papav. ℥xij.
Sem.hyoſciam. ℥vj.
Baccar.myrti tuſar. ℥CLX.
Rhois Syriaci ℥Lxx.
Succ.ejus ℥iiß.
Thuris ℥Lxxv.

Omnia torrefacta terito, & vino nigro excipito datur ℥j.

℞. Sem.fœnicul.
aniſi
apii
Malicorii ãã ℥iij.
Opii ℥ij.

Fiant trochiſci fabæ Ægyptiæ magnitudine, da tur unus cum aqua.

Mirificum antiquitatis ad dyſenteriam remedium.

℞. Cochlear.uſt. ℥xij.
C. C. uſt. ℥xx.
Baccar.myrti nigr. ℥xv.
Opii torrefact. ℥v.
Gallar.toſt. ℥v.
Succ.rhoïs.
Terr.aſteris ãã ℥xij.
Rhois culinar. ℥xxiiij.
Malicorii toſt. ℥vij.
Thuris ℥viii.
Cortic.pin.torrefact. ℥vi.
Sem.apii ℥xiiii.
Hyoſciam.toſt. ℥x.
Rhois Coriarii ſextar. duos.
Acac.toſt ℥.v.

Vin

Vini nigri, in quo thus coq: donec fiat succus crassissimus, quo reliqua in pastillos redigantur.

Trochisci Serapionis ad tenesmum & diarrhœam.

℞. Sem. sumach. ʒiiij.
Sang. dracon. ʒij.
Gallar. ʒiiij.
Croci ʒj.
Gummi ʒiiij.
Sem. hyosciam. ʒj.
Capit. granator. balaust.
Acaciæ ãã ʒij.
Opii ʒß.

Terantur & conficiantur cum succo barbæ hirci Trochisci.

Pilulæ Nicolai contra fluxum ventris, lienteriam & dysenteriam:

℞. Myrtillor.
Balaustior.
Psidiæ
Symphyt.
Sang. dracon.
Boli.
Acaciæ.
Hypocistid.
Rosarum.
Tartari.
Sumach.
Croci.
Gallæ moschat.
Cinamom.
Spodii.

Mastich.
Gumm. arabic. āā ʒj.
Opii Thebaic. ʒß.

Cum succo Cymarum Myrti, fac pilulas in mo
dum orobi, dentur ix vel x.

℞. Acaciæ.
Balaustior.
Hypocistid.
Rhois rub.
Opii.
Thur.
Myrrh.
Croci.
Gallar.
Lycii.
Sarcocoll. lot. (vel aloës)
Raphontic.
Baccar. myrti nigr.
Malicorii āā ʒiiij.

Guilielmus Rondeletius lib. 1. *de medicam. intern. p.* n
1007. 1008. ad dolorem & fluxum ventris dysenteri
cum ex reficcantibus, constringentibus & narcoticis c
stigatis hancce para topiatam:

℞. Acaciæ.
Hypocistid.
Carn Cydonior.
Sum. ach.
Gallar. āā ʒj.
Corall. rub. ustor. & lot. aquâ rosa
ʒiß.
Opii. ʒj.
Cinamom. cras.

Cy

Cyperi ãã ʒß.
Terr. sigillat. vel Boli armen. ãã ʒiß.
Cum syrupo de rosis s. Opiata.

Neoterici autem, quibus Laudani Opiati usus splendidissimus satis cognitus est, ac imprimis *Adrianus Myntus armament. Medico-Chymic. sect.* 3. *de extract.* ad omnes intestinorum fluxus ejusmodi opiata conformant

HAVSTVS *Mynſ.*

℞. Aq. tormentill. ʒj.
Syr. styptic. nostr. ʒiij.
Laudan. Opiat. q. s.
Extract. radic. bistort.
Zedoar. ãã ℈ß.
Essent. fl. rub. urtic. mort. ℈j.
Ol. still. nucis moschat.
salviæ ãã gt. j.
Misc. f. Haustus pro una dosi.

ALIVS.

℞. Aq. plantag. ʒj.
Syr. Cydonior. ʒiij.
Extract. radic. tormentill.
Chinæ ãã ℈ß.
Laudan. opiat. q. s.
Ol. still. cariophyll.
mastich. ãã gt. j.
Misc. f. Haustulus pro una dosi.

PILVLÆ.

℞. Laudan. opiat. q. s.
Magister. Corall. rub.
Croci Martis ãã gr. iiij.
Misc. & cum oleo mastich. f. pilulæ parvæ deaurandæ pro una dosi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Magiſter. gumm. arabic.
C. C. ſine ign. calcin. ãã gr. iv.

Miſc. & cum oleo ſalviæ f. pilulæ parvæ, q[uæ] inaurentur pro una doſi.

BOLVS.

℞. Conſerv. roſar. antiq. ℥j.
Confect. Narcotic. *Mynſ.*
Spec. diamart. *Ejusd.*
Laudan. Opiat. q. ſ.
Elæoſacch. aurant. ℈ß.

Miſc. & cum Rotul. diarrhod. abb. q. ſ. f. Bolus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Conſerv. fl. ſymphyt. ℥j.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Spec. diaplantag. *Mynſ.*
Confect ſtiptic. ãã ℈j.
Elæoſacch. Citri ℈ß.

Miſc. & cum Rotul. diamarg. fr. f. Bolus p[ro] una doſi.

CAPUT XIX.

Laudani Opiati uſum mirificum in teneſmo, hæmorrhoidum nimio fluxu earumq; dolore oſtendit.

CUratio teneſmi certè non eſt negligenda, quia a neglecto ulcus ſordidum ſæpè relinquitur, qu[od] interdum in fiſtulam tranſit. Curatio autem ejus p[ro]tiſſimum reſpicit, cauſas & dolorem, qui mitigandu[s] Hic ſæpè adeò graviter urget, ut Medicus neceſſariò aliquam methodum extraordinariam tranſire cogatu[r] quo

nod etiam candidè fatetur *Lazarus Riverius lib. 5. prax. edic. cap. 7.* in graviori adfectu ad Narcotica saltem on admota solùm, sed etiam assumpta esse confugien- im admonens. Cęteris autem præstare Laudanum piatum ad gr. iij vel iv. cum mastiche & terra sigillata hibitum, vel in clystere permixtum, ex decocto fl. amæmel, parato, perhibet.

Clariss. *Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 2. s. 2. cap. 12.* iam aliquid Laudani Opiati cum Syrupo de papavere dolor in tenesmo sit vehemens, vigiliæque ęgrum ve- nt, exhiberi jubet.

Excellentiss. *Thomas Bartholinus centur. 3. epistol. Me- c. 46.* In Sene *Selio Marselio* calculoso & tenesmo mise- excruciato felicem Laudani Opiati sui vidit efficaci- n. Unius enim medii grani pondere sumptum inhi- re tenesmum sensit, ut induciæ ægro quadrantis ho- spatio concederentur, unde nec die nec noctu, ingru- te tenesmo gravissimo, spe certi solaminis, istud re- edii genus neglectum.

Hæmorrhoidum fluxus nimii curatio suppressio- em indicat, quæ revulsione per venæsectionem & ad- ringentium externo & interno usu reficitur. Non rò autem ejusmodi adstringentia nimis debilia sunt, ec medici intentioni hac in parte satisfacere queunt, oi necessariò ad extrema remedia narcotica nimirum onfugiendum est.

Felix Platerus tract. 3. prax. lib. 2. cap. 5. p. 707. narco- ica in mensium fluoris cura enarrata expositaque, si ecessitas exigat, visque expultrix sit excitata, ad eam onsopiendam plurimum juvare scribit.

Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 2. sect. 2. cap. 13. Si uxus hæmorrhoidum sit nimius opiata quoque, ut

theriacam recentem, Philonium, requiem *Nicolai*: a Laudanum opiatum exhibet.

Excellentiſſ. *Guerner. Rolfincius lib. 3. epitom. meth. cognoſc. & curand. particul. corp. adfect. cap. 21.* in hęmorrhoidum fluxu nimio Laudani Opiati uſum magni quidem æſtimat, verùm illud cum cautione quadam etiam exhiberi jubet. Siſtentia nimium fluxum (hæmorrhoidum) ait, ſanguinemque immobilem reddentia cum lentore varia ſunt. Interna:

℞. Conſerv. roſar. antiq. ℥j.
Lactuc. Italic. condit. ℥ß.
Trochiſc. d. terr. lemn.
Spodio ãã ℈j.
Lapid. hæmatit. præp.
Sang. dracon. ãã ʒß.
Spec. diatrion ſantal. ℈ij.
Syr. Myrtillor. q. ſ.
Miſc. f. Electuarium,

Cum ſtupore craſſefaciunt ſanguinem theriaca recens & Laudatum Opii medicamentum. Illa ad ℈j. in aqua millefolii; hæc ad gr. j. ij. iij. in hauſtu vini, vel conſerva roſar. modica, formâ boli, hac cum cautione, ne doſi adauctâ vomitus & alvi dejectio proritetur, ſicque ſedales venæ turbentur & magis irritentur.

Cum *Embdæ* in *Friſia* orientali praxin medicam meam facerem, capitaneus quidam immodicum patiebatur cum dolore atrociſſimo hæmorrhoidum fluxum, ad hunc vocatus, præmiſſis præmittendis in brachio ſcilicet venæſectione ac leni alvi evacuatione, ſtatim ipſi præſcripſi Mixturam ſequentem ac Linimentum, quod exterius applicabatur.

℞. Philon. perſic. ʒij.

Tro-

Trochisc.d.terr.sigill.
Carabe
C.C.ust.& præp.
Corall.rubr. præp.
Lapid.hæmatit.subtiliss. pulverisat.
Sang.dracon.
Spec.diarrhod.abb.
Croci Mart.adstrictiv.āā ℈ß.
Laudan.Opiat.gr.v.
Syr.Corallor.
Myrtin.
d.rosis sicc.āā ʒß.
Aq.plantag.
portulac.
bursp.pastor.
Cichor.āā ʒj.
Tinctur.Corallor.℈j.
Fiat Mixtura,detur ad vitrum.

De hac pro lubitu Cochleare unum aut alterum sumpsit.

℞. Ung.popul.
Ol.violar.
ovor.
verbasci āā ʒij.
Ping.gallin.
Mucilag.sem. Cydonior. fœnigræc.
psyllii cum aq. plantag. extract.
āā ʒ ß.
Vitell.ovor.No.j.
Sang.dracon.
Boli armen.ver.
Thur.opt.

Mastich. elect.
Aloës hepatic.
Trochisc. d. carab.
Lapid. Calamin. aqvâ rosar. trit.
āā ℈ß.
Laudan. opiat. gr. viij.
Agitentur in mortario plumbeo & f. Linimentum.

Hisce fluxus ille nimius sedatus est, ac dolor omnis evanuit.

In dolore earum sedando Laudanum Opiatum tàm interius assumptum, qvam exterius adhibitum, si etiam tantummodo sit opium depuratum, reliquis omnibus pharmacis palmam præripit. Unde rectè quoqve *Felix Platerus tom. 2. prax. cap. xv.* in hisce, dolore summè urgente narcotica exhibere quandoque necessarium pronunciat. Et Clariss. *Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 2. sect. 2. cap. 13.* si dolor valde urgeat, hocce unguentum commendat.

℞. Ung. popul. ℥ß.
Ol. papav. ℥j.
Opii Thebaic. ℥j.
Croci ℈ß.
Misc. & cum ovo integro f. Unguentum.

Laz. *Riverius lib. 5. prax. Medic. cap. 11.* duo quoque habet unguenta, Opium quæ similiter recipiunt, multumque in ejusmodi dolore sedando valent.

℞. Ol. rosat. ℥iiij.
Cerus. ℥j.
Lithargyr. ℥ß.
Ceræ nov. ℥vj.
Opii gr. iv.
Misc. f. Unguentum.

Ve

Vel ℞. Thur.
Myrrh.
Croci orient. āā ʒj.
Opii gr. ij.
Vitell. ovor. No. j.
Ol. roſar.
Mucilag. ſem. pſyllii āā q. ſ.
Miſc. f. Unguentum.

Ioh. Coſterus Tabul. Theoretico-practic. LV. pag. m. 111. in dolore hæmorrhoidum, præmiſſis præmittendis, tàm in brachio ſcil. qvàm malleolo pedis venæſectione, alvi leni evacuatione humorumque acrimoniæ per emulſiones ex 4. ſem. frigid. paratas mitigatione, ſequentia linimenta admoveri jubet:

℞. Mucilag. ſem. lini, fœni græc. in aq: anethi fact. āā ʒiij:
Ung pomat. ʒij.
Empl. diachyl. ſimpl. ol. chamomill. mollificat. ʒß.
Miſc. f. Linimentum.
Vel ℞. Ol. violar. ʒij.
popul. ʒij.
Cum ovo integro f. Unguentum.

Quibus ſingulis ℈j opii admiſcere poteſt, ſi res urgeat.

Juris Utriuſque Licentiatus quidam Embdanus graviſſimo affligebatur hæmorrhoidum dolore, cui in conſilium vocatus hoc præſcripſi Linimentum, quo ab omni dolore protinus liberatus eſt, mihique ſummas egit gratias.

℞. Ung. popul.
Empl. diachyl. ſimpl.
Ol. chamæmel mollificat. āā ʒß

Ol. amygdal dulc.
verbasci
lumbricor.
lil.alb.ãã ℥j.
Lapid.prunell ℥ß.
Laudan.Opiat.gr.viij.
Misc. f. Linimentum.

Ioh. Hartmannus prax.chymiatric.l.2.cap. 160. suberis usti cineres, quòd cum pinguedine capi vel oleo myrtino cocti & ano applicati dolores hæmorrhoidum intensissimos sistant, maximè laudat. Qui verò huic non cedunt, cedunt, inquit, si unum alterumve granum Opii fuerit admixtum.

Unguentum ex Linaria in hæmorrhoidum dolore gloriosum quidem ac egregium medicamentum est. Hoc enim, si cum gossypio vel lana applicetur, dolores ejusmodi ad miraculum usque sistit. Efficacius autem adhuc est, si illi tantillum Laudani opiati vel opii saltem addatur. Hoc autem modo paretur.

℞. Herb.linar.cum flor. Manipul.
Contunde, & cum adipe porcina misce & parum refrigerato adde vitellum ovi, & fiet unguentum.

CAPUT XX.

An Laudani Opiati usus eximius hepatis ac lienis adfectibus quoq; conducat?

ETiamsi ad hepatis lienisque adfectus raro usurpantur Opiata, aliqui tamen, referente *Galeno lib.* 8. *de compos.it.medicam.sec loc.cap.*7. Opium & hyosciamum miscendo ad calidas intemperies utile pharmacum effecerunt, quamobrem *Philonis* Antidotus semel tantum exhibita, mirificè calidam intemperiem hepatis sanavit, id quod ejus architectus testatum reliquit.

Gui-

Guilielmus Rondeletius lib. 1. de medicam. intern. ad hepatis dolorem ex causa frigida Opium rectè dari cum spec. dialacc., diacurcumæ, ex causa calida cum pulvere aromatic. rosati, diatrion santal. ex Syrupo de absinthio, asserit.

Ad obstructiones hepatis, lienis, vesiculę fellis, & inde obortum hydropem ex *Archigene* annotat *Galenus l. 9. de composit. Medicam. sec. loc. cap. 3.* sequentem Opiam;

℞. Croci.
Opii.
Mandragor.
Opopanac.
Myrrh.
Iridis.
Asari.
Costi.
Nardi Indic.
Dauci Cretic.
Mei.
Piper. alb. & long.
Gentian.
Stæchadis.
Cassiæ.
Phu Pontic. āā ʒviij.

Excipe melle.

Apud *Scribon. Largum Composit.* 126. Opium itidem in hydrope, arqvato &c. in quibus opus est urinâ, admodum laudatur.

Hos è directo secuti sunt Neoterici, qui Opium non quidem, sed nobilissimum ac divinum illud medicamentum ex opio comparatũ, quod dicitur Laudanũ opiatũ, sumo ac felici cum successu in ejusmodi hepatis ac lie-

lienisadfectibus, ac in cahexia, hydrope dolore lienis, ac scorbuto usurpant; pro quo in æstimabili Dei beneficio meritò gratiæ sunt agendæ, ac illud semper in magno habendum est honore.

Clariss. *Petr. Kraus* Phil. & Medic. D. ac Reipubl. Numburgens. olim Physicus apud Excell. *Gregorium Horstium lib. 10. de pharmaceutic. observ. 3 pag. 481.* de hujus Laudani Opiati in affectu cachetico & scorbutico cum arthriticis simul nephriticisque doloribus conjuncto, usu mirifico ita disserit. Vocor anno 1620. 1. Maji ad sartoris cujusdam hujus urbis, *Gebhart Feighen*, conjugem, quæ longo tempore sævissimis & intolerabilibus fetè arthriticis nephriticisque doloribus, cum affectu simul scorbutico & cachexia totius corporis graviter laborabat. Corpore κατ' ἐπίκρασιν leniter evacuato, (alvus enim prædura erat) & alterantibus appropriatis variis adhibitis & repetitis, morbus nihilominus contumax permansit. Tandem cum ob dolorum & vigiliarum vehementiam extremum adesset periculum, sequentes pilulas tribus vicibus horâ somni cum aq. Cardui bened. vel sambuc. & cochleariæ (addito pauco saccharo) illi devorandas exhibui.

℞. Antimonii nostr. diaphor.
Salis margarit.
Laudan. nostr. solar. ãã gr. v.
F. Pilulæ No. xv.

Sumpsit eas horâ somni tribus vicibus, tanto cum successu, ut morbus cum suis symptomatibus penitus evanuerit: factâ scilicèt crisi singulari per multam copiosi ac fœtidi sudoris nocturni emissionem. Matutinis horis cum jusculo aliquo pulli vel carnis propinavi ipsi Mixturam simplicem sive diaphoreticum *Paracelsi* in acutis, quod in ejusmodi morbis, uti etiam in omnibus ma-

haligni, maximè verò in scorbuto, mihi admodum familiare & salutare medicamentum evadit.

Clariss. Ioh. Langelot in Epistol. ad Excell. *Thom. Bartholinum* scribit, se aqvam inter cutem in Nobili *Nicolao Güntelbergio* amico suo, nullo alio remedio mitiori per alvum & lotium evacuare potuisse, quàm Laudano suo Opiato, qvodqve in aliis fluxus omnes solet cohibere, in hoc concitavit roboratâ sine dubio prostratâ naturâ, ad noxiarum humiditatum expulsionem animosius deinde insurgente vid. *Epistol. Medic. 46. centur. 3. Bartholini. Idem Epist. 49. centur. jam cit.* ad Excell. *Thom. Bartholinum* sic scribens inducitur. Laudani nostri operationem in Hydropico miratus sum, neqve de eo tale quid hactenus mihi compertum. Sunt equidem in opio particulæ sulphureo-salinæ, quibus aperiendi vis inest, retundantur tamen præparatione & admistione eorum, quæ contrariâ vi pollent. Si ullum, Mynsichtianum ratione additorum oleorum & liqvoris salis aromatici aperiret, sed nec id vobis in usu esse mihi constat, potius in tua sententia acquiesco, roboratâ nimirum naturâ, eò fortius quoque expultricem insurgere, ut officio suo perfungatur.

Quomodo autem Laudanum suum Opiatum in hydrope adeò feliciter suas exeruerit vires, de eo elegantissimam observatuque dignissimam enarrat sequentem in modum historiam. Illustris Domina Sporckia, Nominatiss. Generalis locum-tenentis, Baronis *Sporckii* conjunx hecticâ laborabat atqve unà ascite gravissimè. Præcesserant multis abhinc annis lienis uteriqve obstructiones, unà cum continuis ventriculi doloribus. Primò ad eam ingressus, adeò eam vigiliis, doloribus imprimis ventriculi, immensâ siti confectam reperi, ut tantùm non animam trahere videretur; referebant.

bantque Miniſtri ejus, non ſemel in itinere ex *Iutia*, (ubi tunc temporis exercitus Confœderatorum commorabatur) huc facto periculum fuiſſe, ne in curru exſpiraret. Eapropter nihilominus quàm afflictiſſimii hujus corporis curam cogitabam. Victus tamen precibus Confeſſionarii, uti & eâ, quam in me poſuerat, confidentia, ratus quoque, melius eſſe, *Celſi* noſtri judicio, anceps quàm nullum experiri remedium,, primò omnium, præmiſſo tamen leni Clyſtere, confugi ad Laudanum noſtrum perlatum, tanquam ad ſacram poſt Deum anchoram: dedi, & vidi his oculis feliciſſimum effectum. Namque poſt horam placidiſſimus eam excepit ſomnus, quô licèt diu non duraret, mirè tamen ſe refocillatam aiebat, adeoque petebat, ut ejus uſum continuarem. Morem geſſi, etiamſi multa adeſſent, quæ crebriorem Opiatorum uſum diſſvaderent, confiſus in eo præparandi modo, qui uſum Laudani mei tutiſſimum mihi polliceri poterat. Perrexi itaque & exhibui, cum neceſſitas ita flagitaret, ſingulis fermè diebus, nunquam non feliciſſimo cum ſucceſſu. Ipſa Domina Sporckia palàm omnibus deprædicabat, nullum ſe unquam in vita ſua remedium accepiſſe, ex cujus uſu manifeſtum adeò levamen perſenſerit. Interdiu contra hecticam pugnatum liquore C. C., ſale eſſentiali Saturni, uti & antihecticis *Poterii*, modò in juſculis alterantibus, modò in julapiis appropriatis propinatis. Utq; vires adhuc magis augmentum ſumerent, Gelatinam Zwelferianam parandam curavi, additis quibusdam pretioſis, pro majori virium reparatione. Atque his, Deo benedicente, in tantum profecimus, ut ad majora tentanda progredi nobis licuerit. Aquarum moles magnis illuſtrem Dominam patientem moleſtiis premebat; atq; ea antehac movenda non erat. Nunc de

ea,

a, quantum fieri posset, removenda consilium cœptũ, & propinatum primò apozema digerens, aperiens, ex iis potissimum herbis confectũ, quæ sale essentiali turgẽt; subjunxi hydragogum lene ex Magisterio gumm. gottæ, sale Martis subdulci & sale tartari volatili constans, quibus effectum, ut pars aquarum versus umbilicum, secederet, pars quoque, licèt exigua admodum, per alvum ejiceretur, non sine tamen insigni. Dnæ. patientis allevitione, quæ, ut eò citius desiderato fine potiretur, portiora sibi expetebat: Imò jam se in portu sanitatis navigare firmiter persuasum habebat. Verùm longè alia mihi mens erat, quam quoque Reverendo patri Confessionario ejus clarè satis exposui, prædixiqve, extremum hunc esse naturæ conatum, quandoquidem præter alia Cadaverosus odor cubiculum satis amplum implens imponeret, interiora corrupta omnia esse, Illustremque Dominam non procul ab ultima rerum linea consistere. Itaque dum discedendum mihi esset, jubente ita Sereniſſimo Principe meo, confortantium præcipuè usum commendavi, reservatis reliquis ad reditum usqve meum, quô tamen opus haud fuit. Paulò enim post, cum nihil minus quàm mortem in *Holsatia* obeundam cogitaret, subitò lipothymiâ correpta obiit.

Clariss. *Ioh. Freitagius lib. de Opio cap.* 8. in scorbuto voqve, febri qvartana, hydrope, scirrho lienis & confactura Laudani Opiati usum, miris extollit laudibus. Fœmina qvædam, inqvit, Nobilis, scorbutica, lue hæreditario infecta, cum, primis post conceptum mensibus, febri sceletyrbicâ corriperetur, remediis usa conducentibus circa medium gestationis tẽpus liberatur, perstite semper ex febre & scorbuti insitis seminariis, languore, debitoq; tempore prolem masculam enixa est.

Pu-

Puerperii feriis vix dum elapsis, infestari cœpit denuò accidentibus scorbuticis, ut operam medicam iterum expoſceret, ſed ut eſt animus mulierum varius, curationem quidem deſideravit, ſed neſcio, quibus perſvaſionibus inducta vel ſeducta, Medicamentorum uſum delicato nimis palato faſtidire cœperit, eorum nihilominus præſcriptionem & præparationem aliam ex alia non aliter ac ſi iisdem fideliter uteretur, flagitans, cum tamen clam illa partim profunderet, partim famulo ex eodem malo contractione & impotentiâ membrorum laborante bono ſuo cum fato (iis enim perfructus priſtinæ valetudini feliciter reſtituebatur) clancularie ſuggerebat, quod cum collegam meum & me, qui unâ cum perâ curam adminiſtraremus, lateret, augurari non potuimus, quid cauſæ ſubeſſet, quòd optimis uſa remediis peſſimè valeret, nec habuimus, quod ſimulatis querelis de irrito remediorum uſu reponeremus. Ingravescente autem malo tantis afflicta eſt fœmorum & crurum doloribus, ut nec noctu nec interdiu, fruſtrà omnibus externè, quæ ſola admittebat, adhibitis conquieſcere, vel ſaltem nictare potuerit. Unde virium quicquid in cacochymico & ſemiputrefacto corpore ſupererat, jam penitus deficiebat. Quocirca ad cogitationem exhibendi Laudani noſtri relati ſumus, neque infelici aut improſpero eventu. Hoc ſiquidem ſemel vel iterum dato, cum granorum trium uſu è veſtigio omnes dolores conquieſcere animadverteret, cæteris ordinariis amplius contemptis, id unicum ex triduano vel quatriduano intervallo, aut re exigente crebrius, nobis inſciis ex pharmacopolio petitum uſurpabat, ut recurrentes dolores ſiſteret, parùm de morbo incrementum interea faciente, ſollicita. Hoc remedio identidem uſa, vitam ad ſeptem vel octo menſes latius extulit, quæ

pau-

aucis alioquin diebus dolorũ ſęvitiâ infata conceſſiſſet.

Memorabile eſt quoqve, quod Jurium cuidam Doctori multis annis diuturno languore conflictato, denumque in labiis oberrante fato & præſentis mortis indiciis apparentibus, quæ triduum in vivis permanendi facultas hujus Laudani opiati uſu conquiſita ſit, ut ſe ad alteram vitam pientius componeret, & de bonis relinquendis prudentius teſtaretur.

Quem feliciſſimum Laudani Opiati effectum in ſe ipſo quoque expertus eſt Clariſſ. *Freitagius*, quod multis verbis *capite jam cit.* ſummê prædicat. Cum febre quartana ait, hydrope, cirrho lienis, ſcorbuto, contracturâ & impotentiâ membrorum ordine ſibi ſuccedentibus anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum graviter & ad extremum uſque ipſemet laboraſſem, divinoque beneficio his omnibus ſic eluctarer, ut in ſequentibus annis, viſcerum, ventriculi, & inteſtinorũ ingens remaneret debilitas, & ob id colicis cruciatibus identicẽ conflictarer, magnâ alimenti parte ex manca concoctione in biliſtream pituitam faceſcente, inter multa remediorũ genera nullum facilius ſucceſſit, magisque profuit, quàm Pilulæ, quas continuô mecum, quocunque locorum degerem, circumferebam, confectæ ex Laudano noſtro, Serapino, euphorbio, extracto panchymagogo aliisque aromatibus, quarũ mentio & deſcriptio facta eſt in aurora mea, quamprimùm noctu ſeu interdiu doloris conſueti recurſum animadvertebam, iis ſumptis delinitâ & ejectâ cauſâ curatoque affectu illico dolor conquieſcebat; quod facere neceſſũ fuit, donec adhibitis longi temporis remediis, natura in meliorem quodammodo ſtatũ vindicata, ſenſim remiſerit ille paroxiſmorum cõſuetus Euripus, à quo per Dei miſericordiam nunc ab aliquot annis liber planeque immunis fui.

Lazar. *Riverius in observat.* 49. *à Petro Pachequo communicat.* vetulæ cujusdam scirrho lienis laborantis mec minit, quæ supra modum anxia petiit à Dno. *Pachequo* ut mala sua leniret. Cognovit enim, nullis posse præsidi iis libitinam evitare. Dedit pilulam ex gran. iv. Laudan Opiati confectam, quâ gravia omnia symptomata qvi everunt, præcipuè summa spirandi difficultas, quâ pres sa est; quod miratus est.

Sic aliàs dolores hepatis ac lienis hominem adfli gant, summo cum successu Laudanum Opiatum in iii deliniendis usurpatur.

Excell. *Rolfinçius epitom. Method. cognosc. & curand particul. corp. adfect. lib.* 3. *c.* 10. in lienis dolore sulphu narcoticum vitrioli, si legit mum haberi posset, com mendat.

Nos potius, ut certiorem viam ineamus, Laudano co piato sumus contenti; & in ejusmodi doloribus felic cum successu sequens Haustulus præscribi potest:

℞. Electuar. Mithridat. *Dam.* ʒß.
Ocul. Cancri præp.
Sal. fraxin.
scolopendr.
fœnicul.
Spec. dialacc.
diacurcum. ãã gr. vj.
Mixtur. simpl. gt. x.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Aq. Card. bened.
fœnicul.
fumar.
Chamomill. ãã ʒij.
Syr. papav. rh. ʒß.

O)(

Ol. ſtill. Chamomill. Rom.
Carvi ãã gr. iij.
Miſc. f. Hauſtulus.

CAPUT XXI.

Laudani Opiati uſum præclariſſimum in Renum ac veſicæ adfectibus potiſſimum in dolore nephritico, ulcere renum ac veſicæ, urinæ ardore ac acrimonia, gonorrhœa virulenta & dolorifica mictioneq; cruenta exponit.

IN calculo renum dolor interdum adeò ſæviſſimus & violentus eſt, ut nullo modo medicamentis anodynis leniat leniendus, ſed potius ad narcoticum ſit fugiendum, inter qvæ cæteris præſtat Laudanum Opiatum, vô ferè ſemper in ejusmodi adfectu Medici practici etiam uſi ſunt, ejuſqve uſum excellentiſſimum nobis commendant.

Clariſſimus *Petr. Kraus* jam antea laudatus apud excellentiſſ. *Gregorium Horſtium lib. 10. de pharmaceutic. obſervat.* 3. de mirabili Laudani Opiati in renum ſummo cruciatu demulcendo effectu ita ſcribit: Ego nuper habui qvendam Nobilem Aulicum, decrepitum fere; ille ultra anni ſpatium lecto affixus tantos cruciatus nephriticos & calculoſos, cum perpetuo urinæ ardore & difficultate perpeſſus eſt, ut omnes Medici & alii ipſum tanquam deploratum planè derelinqverent. Ego miſericordiâ pientiſſimi hujus viri comotus, extremis morbis, extrema etiam medicamenta applicanda duxi. Iubeo itaq; ipſi ſingulis diebus initio, poſtea verò, morbo ſcilicet qvodammodo mitescente, alternis, hora ſomni exhiberi granulum ſaltem Laudani opiati veri & qvidem cum aqvis & ſyrupis appropriatis diureticis, lenientibus. Qvo facto, non ſaltem magna arenularum copia qvotidie per urinam excreta, & dolores ardentes

mitiores redditi sunt, sed etiam totum corpus indice vegetius apparuit, omnesque vires recollectæ, ita ut post mensis spatium ad pristinam valetudinem totus redierit, pluresque annos postea sine omni morbo quietè ac placidè supervixerit. Vide ergò, quid Laudanum Opiatum ritè præparatum & debito modo sæpiusculè administratum in morbis etiam desperatis præstare valeat.

Daniel Sennertus lib. 3. prax. part. 6. sect. 1. cap. 6. si dolor in calculo renum valdè urgeat, etiam Opiata, ut theriacam rec. vel Philon. Rom. ʒß. Laudani Opiati gr. iij exhiberi jubet. Non tamen nisi necessitate valde urgente, & cum reliqua nihil proficiunt, & cum calculus è renibus nondum est emotus. Nam ubi calculus jam in ureteribus hæret, nullum aut momentaneum saltem auxilium præstant Opiata. Ut omninò cautè, ut in aliis morbis, ita etiam in hoc in opiatis exhibendis agendum. Nam cum acerbissimis doloribus vires dejiciantur valdè, fieri facilè potest, ut temerario opiatorum usu spiritus antea valdè dissipati sopiantur & pro somno mors ægro concilietur.

Lazarus Riverius prax. Medic. lib. 8. cap. 1. dolore nephritico nimium sæviente, ex quo vigiliæ diuturnæ, & virium exolutio sequatur ad narcotica etiam confugit & Philon. Roman. ʒij. vel Laudani Opiati grana v. aut vj. clysteri admiscet; vel ejusdem Laudani grana iij aut iv, vel denique Syrupi de papav. ʒj. in Julepo convenienti per os exhibet.

Excell. *Guerner. Rolfincius lib. 3. epitom. meth. cognosc. & curand. particular. corp. adfect. cap. 19.* in calculo renum & vesicæ anodynorum censum occupare oleum amygdal. dulc. in jure pulli vel vino malvatico sumptum; narcotici cum

um autem eximium præbere Laudanum opiatum, Magisterium anodynum, existimat.

Celeberrimus *Thom. Bartholinus centur. 3. Epistol. Medic. 46.* Laudanum suum Opiatum calculosum sabulum pellere, tenesmum inhibere alvumque compressam solvere scribit.

Clariss. *Joh. Costerus Tabul. Theoretico-practic. LXX. p. m. 278.* dolorem vehementem in calculo renum & vesicæ mitigari quidem narcoticis scribit. Qualia sunt heriaca recens vel Philonium Romanum ãã ʒß. , aut Laudanum Opiatum ad grana ij, iij datum : Verùm ut in aliis morbis, ita etiam in hoc opiatis cautè esse agendum monet.

Adolescens quidam Embdanus anno 1665. Mense Augusti, dolore nephritico vexabatur vehementissimo, qui à rene sinistro ad pubem usque secundum longitudinem ureteris exporrigebatur, cum urinæ acrimonia frequentique micturitione : huic ad eum vocatus, clystere præmisso, sequentem præscripsi mixturam, à qua dolor ille sævissimus paulò mitior evadit, ac calculo excreto, planè evanuit.

℞. Confect. Mithridat. *Damoc.* ʒj.
Spec. lithontrib.
Tartar. vitriolati
Sal. ocul. cancri
stipit. fabar ãã ʒß.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Aq. fl. Chamæmel. ʒiß.
petroselin. ʒi.
Syr. d. alth. *Fernel.* ʒvj.
Spir. salis gt. xv.
Fiat Mixtura.

Acutissimus ac doctissimus *Paulus Barbette prax. me-*

*dic lib.4.cap.*8.Laudanum urinarium *Ioh.Michaelis*, prr
ctici ſummi, Profeſſoris Publici *Lipſiæ*,tanquamſingu
lare in urina provocanda,calculo expellendo, ac aperi
endis renum oſtructionibus , dolore ſedando prędi
cat.

℞. Succ.liqvirit.in aq.alkekeng ſolut.ʒij ß
Camphor.ʒj.
Croci orient.ϑiiij.
Bacc.alkekeng.ʒß.
Gumm.tragacanth.
Maſtich.ãã ʒiß.
Laudan.Opiat.ʒij.
Miſce. S. Laudanum uninarium.

In cauſa autem temperamentisqve calidis ſequenter
nobis tradit Mixturam:

℞. Aq:fragar.
Portulac.
Roſar.ãã ʒj.
Prophylactic,
Cinamom.ãã ʒß.
Ocul.Cancri crud.contuſ.ϑj.
Laudan.Opiati gr.ij.
Syr.de alth.*Fernel.* ʒj.
Miſce, bibat cochleatim.

Clariſſ. *Adrianus Mynſichtus armament. Medico chymic ſect.*3 *p.m* 91.*&* 92.In dolore nephritico Laudanum Opiatum Medicamentum ſtupendum exiſtimat: ac varia Medicamentorum genera , qvorum baſis Laudanum Opiatum exiſtit, in ejuſmodi adfectu præ ſcribit , qvę ſanè laudabilis ſunt virtutis , ac effectum felicisſimum , ſi debito modo adhibeantur, præſtant.

HAU

HAVSTVS

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Aq. nephritic. noſtr. ℥ß.
Syr. d. alth. ℥ij.
Sal. lapid. percar ℈ß.
Ol. perlar. orient. gt. iiij.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Laudan. Opiat q. ſ.
Aq. Chamædr. ℥ß.
Syr. d. malv. ℥ij.
Sal. Ocul. Cancri ℈ß.
Ol. Corall. rub. gt. iv.
Miſc. & f. Hauſtus pro una doſi.

PILVLÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Magiſter. lapid. Iudaic.
Borrac. Venet. ãã gr. iiij.
Miſc. & cum ſpir. terebinthin. formentur pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Magiſter. lapid. ſpongiæ.
Nitri prep. ãã gr. iv.
Miſc. & cum oleo petroſelin. f. Pilulæ parvæ, quæ inaurentur pro una doſi.

BOLVS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. violar. ℥j.
Radic. pimpinell. condit.
Spec. dianitri noſtr. ℈j.
Elæoſacchar. petroſelin. ℈ß.
Miſc. & cum ſaccharo violac. f. Bolus pro una doſi

ALIVS.

℞. Laudan. Opiat. q. ſ.
Conſerv. fl. malv. ʒj.
Radic. eryngii Condit.
Spec. nephritic. noſtr. ℈j.
Elæoſacch. citri ℈ß.

Miſc. & cum ſaccharo roſac. f. Bolus pro una doſi.

Nec recentiores ſolùm Medicinæ proceres Laudanum hoc opiatum in dolore nephritico & calculoſo pro ſecreto habent, ſed antiqui etiam non opium ſolùm, verùm cætera quoque opiata magni ſemper in eo ac cæteris renum atque veſicæ adfectibus æſtimârunt. Ideò omnes ferè Medicamentorum compoſitiones hiſce inſervientes opium vel aliud narcoticum ingreditur.

Aſclepiadis primò Opiatum multum commendatum quòd calculoſis, nephriticis, colicis & veſicæ adfectibus medeatur; in cujus uſu, præſertim ſi dolor nimis urgeat, per multos dies perſeverandum.

℞. Nuc pontic.
Amygdal. amar.
Sem. cucum. mundat. ãã ʒiij.
Cicut.
Malvæ
apii ãã ʒvj.
hyoſciam. alb. ʒxij.
Croci orient. ʒvj.

Coquatur cum melle in paſtillos, & exhibe obolos tres.

Nephriticis & veſicæ doloribus per circuitum redeuntibus utile fuerit, inquit *Aëtius* ex *Rufo tetrab. 3 ſerm. 3. cap 39.* narcotica in potu exhibere, & papaveris ſucc cum

um ervi magnitudine cum croco & myrrha dissolutis n lacte in podicem indere.

Felix Platerus etiam in dolore renum ex calculo miscet pulveres lithontripticos Philonio vel asyncrito, & narcoticis rectè misceri purgantia, quorum vi calculus exturbetur, simulque dolor sedetur, asserit.

℞. Philon. Rom. ℈ij.
Pulv. benedict. laxativ. vel diagrid. gr. vj.
Fiat Bolus.

Vel ℞. Fol. sen. mundat. ℥ß.
Medull. sem. Carthan. ℥vj.
Radic. liquirit.
Petroselin. ãã ℥ß.
Sem. papav. alb. ℥ij.
malvæ
lini ãã ℥j.
Fiat decoctio, cui add.
Philon. Rom. ℥j.

Vel ℞. Spec. benedict. laxativ. ℈ij.
Opii in vino Malvatic. solut. gr. ij.
Croci
Castorei ãã gr. iij.
Ol. sem. fœnicul. gt. j.
Cum terebinthina f. Pilulæ.

Rondeletius ad calculi dolorem mitigandum, ait, veteres semen alkekengi cum opio & cæteris narcoticis miscuisse, quod nunc quoque interdum fieri necesse est, cum dolor acerbior urgeat. Si autem opium statim usurpandum fuerit, dissolvatur in vino malvatico calido, & cum myrrha, castoreo & styrace accuratissimè misceatur hoc modo:

℞. Opii ℈j.
Styrac.
Croci.
Myrrh.
Caſtorei ãã ℈ß.

Incorporentur ſimul cum vino malvatico & pi-ſtillo calido, in mortario calido diu agitentur & permiſceantur, his add: ʒj harum pilularum.

℞. Carabe.
Gumm. prunor. vel ceraſor.
Aſari.
Sem. ſeſel. ãã ℈j.
Apii
Petroſelin.
Spic. celtic. ãã ℈ß.

Cum ſucco apii f. Pilulæ.

Idem ad dolorem nephriticum ejusmodi commendat opiatam:

℞. Liquirit.
Roſar.
Myrrh.
Styrac.
Aſari.
Spicæ Celtſc.
Schœnant.
Sem. Paliuri.
halicacabi.
biſmalv. ãã ʒj.
Opii ʒij.
Croci ℈j.

Cum ſyrupo capill. veneris & pauca terebinthina tota in aqva & vino albo f. opiata detur à ℈j. ad ʒj. poſt vomitum & detergentia remedia.

Quod

Quod igitur Laudanum Opiatum vel cætera etiam narcotica in dolore nephritico ac calculoso præstant, idem quoque in renum ac vesicæ ulceribus largiter exhibebunt. Medicamenta quidem nephritica peculiariter ad renes calculosos aut ulceratos & inflammatos directa vesicæ malis pariter conveniunt; quæ calculis autem dicata sunt, ea, quòd secandi & extergendi facultate manifestoque plurimum calore & amarore participent, his, quæ ad ulceratos & inflammatos renes faciunt, omninò contraria sunt. Opiata ad inflammatos & ulceratos renes & vesicam veterum experimento saluberiter comprobata *Galenus*, *Aëtius* & *Rhases* aliique recensent.

Hîc singulariter notandum, practicos vetustos & recentiores ratione & experientiâ didicisse, in renum, vesicæ & uteri ulceribus extremum præsidium sanationis esse apud opiata ritè in hunc scopum conformata; & eorum crebriore vel etiam quotidiano usu, non tàm offensos, quàm ad annos aliquot servatos renum vesicæque ulcere affectos, tum senes penè decrepitos tùm juvenes robustique habitûs viros, qui alioquin continuis doloribus, vigiliis & angustiis celeriter extincti fuissent, quorum exempla postea sumus tradituri. Idem Celeberrimus, & in artis Medicæ operibus exercitatissimus, multâque experientiâ felicissimus Practicus *Felix Platerus tract. 3. cap. 10. praxeos testatur*, cum inquit: pulveribus, si dolor summus requirat, etiam opium, ut in trochiscis fieri solet, addere possumus, vel etiam alia narcotica, sicuti in ardente mictione docuimus, exhiberi possunt. Quæ innoxiè centies & amplius aliquos ægros & hisce & aliis diuturnis morbis afflictatos, singulis ferè noctibus sumpsisse, doloremq; inde aliquot horas cessâsse, ægrum refocillatum,

cillatum, diu vivere adhuc potuisse, cum sine illis dolo-
rem diutius perferre impossibile fuisset, sæpius obser-
vavimus.

Pilulæ ergò *Plateri* sanantes & narcoticæ ibidem de-
scriptæ permultùm laudantur.

℞. Thur:
Mastich.ãã ʒj.
Myrrh.
Styrac,
Gumm.tragacanth ãã ʒß.
Cortic.mandragor.ʒj,
Sem.hyosciam.ʒß.
Opii & succ liquirit. in vino malva-
tic.solut.ãã ʒj.
Syr.d.papav.q.s.
Fiat Massa Pilularum.

Detur pilula una vel plures, prout illarum se-
quitur effectus.

Rhases quotidiè trochiscos valdè opiatos cum syrupo
papaveris usurpare jubet.

Si autem, quod probè notandum, ad dolores vesicæ
cum ulcere velimus dirigere opiatorum vim, ex levite-
sine morsu detergentibus & anodynis & asperitatem
ulceris auferentibus conficienda sunt opiata.

Sic dolori vesicæ cum ulcere sequens inservit Opia-
ta:

℞. Succ.liquirit.ʒß.
Myrrh.
Styrac.
Thur.
Mastich.ãã ʒj.
Gumm.tragacanth.
arabic.ãã ℈j.

Opi

Opii
Cortic. mandragor. ãã ʒij.
Sem. papav. alb.
Alk. keng.
Endiv.
Plantag.
Bismalvæ ãã ℈j.

Cum Syrupo jujubino f. Opiata dosis ʒj. cum decocto hordei.

Serapio ad ulcera renum & vesicæ sequentes laudat Trochiscos, qui pariter ex leviter sine morsu detergentibus & anodynis ac ulceris asperitatem auferentibus pharmacis constant:

℞. Granor. anabac. id est Psyllii.
Sem. Cucumeris.
Bateke id est melioris.
Cucurbitæ.
Succ. liquirit.
Sem. acetos.
Muhaleb, id est Carpobalsami ãã ʒv.
Sem. alth.
Malv.
Portulac.
Cydonior. excortic.
Fœnicul. ãã ʒiiiß.
Apii.
Dauci ãã ʒiiij.
Hyosciam.
Opii ãã ʒij.
Boli armen. ʒx.

Terantur & cum mucilag. sem. psyllii f. Trochisci, dandi cum lacte asinino.

Laz. Riverius prax. Med. lib. 8. c. 5. In hujusmodi ulceribus

ribus, cum dolores plerumque infesti esse solent, anodyna interna & externa commendat. Quia in hujusmodi ulceribus, inquit, dolores plerumque infesti esse solent, eorum mitigatio, in toto curationis decursu, quoties urgebunt, molienda est anodynis interius & exterius usurpatis. Interna erunt syrupus de papavere, Laudanum Opiatum, & huic usui peculiariter destinati trochisci alkekengi. Tum etiam emulsiones ex sem. frigid. cum sem. papav. alb. addito, si opus fuerit, ipso papaveris syrupo; ac denique conserva fl. altheæ frequenter exhibita. Inter externa verò lac tepens recenter mulctum, frequenter injectum præstantissimum anodynum censet. In quo si trochisci *Gordonii* dissolvantur, omnes scopi tum doloris sedandi, tùm ulceris curandi adimpleri poterunt.

Clariss. *Bannisterus* Medicus ac Practicus aliàs in signis ad stranguriam, urinæ ardorem, renum calorem, ulcera in collo vesicæ maligna dolorificamque gonorrhœam sequentes præscribit pilulas, quæ in hujusmodi adfectibus, ob Laudani Opiati ingressum, felicissimum effectum præstant:

℞. Succ. liquirit. in aq. alkekeng. solut. ʒiß
Camphor. ʒj.
Extract. Croci ℈iiij.
alkekeng. ʒß.
Gumm. tragacanth. ʒiß.
Mastich. ʒij.
Sem. papav. alb.
hyosciami ãã. ʒj.
Laudan. Opiat. ʒiij.
Misc. f. Massa pro pilulis. Dosis à gr. x. ad xvi.

Quid ergò Laudani quoque Opiati usus in renum ac vesicæ

veſicę adfectibus ac imprimis in veſicę ulceribus valeat, ex ſequentibus videre eſt hiſtoriis.

Sępius jam laudatus *D. Petr. Kraus* apud Excell. *Gregorium Horſtium lib. X. de pharmaceutic.* obſervat. 3. *curat.* 1. ſic de Laudani Opiati uſu in veſicę ulceribus, percundis mirifico differens, inducitur. Anno 1603. 24 Aug. uxor Stephani Ammans, Citharœdi illius excellentiſſimi Erphordenſis, juvencula certè delicata & formoſa, cum lachrymis & precibus me accedit, conquerens ſe totos quatuor annos in pudendis, & maximè in collo veſicę, acerbiſſimos & ferè intolerabiles cruciatus, cum urinę ardore & ſtranguria continua (erat enim valde calculoſa, & urinæ quandoque cruentę ac purulentę) perpeſſam eſſe. Omnia ſe quidem tentâſſe remedia: nullisque ſumptibus peperciſſe, at omnia incaſſum morbo indies in deterius vergente. Ego, ut novellus Doctor, de morbi latitantis eſſentia adhuc incertus, omnia ſymptomata diligentiſſime mecum ruminor. Tandem in colloveſicę ulcus cacoëthe latitare manifeſtè deprehendo. Dato prognoſtico, conſiliũ meũ promitto, de auxilio ferè ambigo. Corpore itaq; toto ab acribus & falſis humoribus, quibus maximè ſcatebat (per modũ diverſionis) pluries expurgato, ratione ulceris inveterati varia abſtergentia, mundificantia, lenientia, tàm intra quàm extra præſcribo, plura etiam per Siphonem in veſicam injicio. Dolorum maximè urgentiũ demulcendorum gratiâ ſæpè numerò alterantibus & purgantibus addo trochiſcos alkekengi cum & ſine opio. Nonnunquam gr. j. Laudani Opiati ſomni tempore cum ſyrupo de portulaca & violis offero. Imò in caſu tàm difficili & deſperato, omnibus ferè medicamentis in principio curationis dolorum demulcendorum gratiâ aliquid ex opiatis admiſceo. Tandem ulcere probè depurato,

tatò, doloribus omninò sedatis, ad exiccantia & corr
solidantia pervenio, idqve Deo largiter benedicente
tàm felici cum successu, ut curâ hac quinque menses di
ligenter & absque intermissione protractâ, misella hæ
mulier ad integram & constantem valetudinem redie
rit, non certè sine magna multorum admiratione; nec
non ægrotæ gratiarum actione summâ. Peperit post
modum feliciter, cum antea concubitum omninò ferre
non posset.

Ioh. Freitagius lib. d. Opio cap. 8. Laudani opiati in re
num & vesicæ ulceribus calculique dolore usum, mirifi
cè quoque prædicat, idque non nudis verbis, sed sec
quenti historiâ probat confirmatque. Senem quen
dam octogenarium, inquit, colicis & nephriticis crucia
tibus maxime obnoxium, & creberrimè recurrentibus
paroxismis lethaliter conflictantem, & ex sabuli calcu
lorum materiæque salsę & acrioris è renibus in vesicam
illapsu, & transitu, vesicæ collo ulcerato, pus & sangui
nem egerente, frustrà tentatis omnibus remediis, cum
jam ex dolorum diritate & angustiis in summum vitæ
discrimen, & ultimum spiritum perductus esset, præmis
so semper clysmate, solo Laudano Opiato prudentèq
adhibito, multoties liberavimus, & à præsenti pericu
lo vindicavimus, ut & respirationi ad vires pristinas &
palliativæ curę (siquidem perfectam in serie vesicæ re
sicæ renumque ulcera & affectus sanationem non ad
mittebant) locus daretur, ut integrum ab initio nostræ
curationis septennium supervixerit, multis interea tem
poris insultibus horridè apprehensus, sed continuò dex
trè liberatus. Efficaciam remedii cum ex frequentiori usu semper salutarem expertus esset, paroxismi cala
mitatem persentiens, continuò summis votis hoc re
medium, velut sacram anchoram flagitabat. Eò ex
trec

emitatis usque in vivis venerandus & nobilissimus il- senex servabatur hoc remedio, ut ulcus sphincte- s demum cuniculum moliretur (frustra omnibus adhi- itis, qvæ id avertere possent) profundum & in perinæ- m dehiscentem, ex qvo puris & sanguinis libræ aliqvot ucorum mensium spatio effluebant, donec prostratis rorsus viribus, spiritibusque exhaustis & maximoperè flictis naturæ debitum solveret.

In urinæ pretereà ardore ac mictione cruenta Lau- num opiatum ac cætera narcotica, reliqvis qvoqve armacis præstantissimis longè præferuntur. Si in ar- ore urinæ dolor valdè urgeat, inquit, Clariss. *Sennertus l. 3. prax. part. 8. sect 2. cap 5.* etiam ad narcotica, ut the- acam recentem & Laudanum Opiatum accedere li- et.

Felix Platerus tract. 3. prax. cap 10. fol. m. 853. pulve- bus urinæ ardorem compescentibus Opium qvando- ve addit, ubi dolor intensus id exigit, ad ℥ij nimir. pul- er. Opii ℥ß diligentissimè miscendo, atque antequam rtum illius pondus assignetur, illius efficaciam ex- bitione ℥j. hujus pulveris experiri oportet. Ne- ssitate urgente, dari & fortiora narcotica alia jubet, Syrup. de papavere, aliave in colico dolore & ne- hritico exposita. *Idem observat. suarum lib. 3. cap. de ctione* ad urinæ ardorem & dolorem sequentia præ- ribit remedia:

℞. Pulv. trochisc. alkekeng. sin. opio ℥ij.

Opii ℥ß.

Trita cum sacchar. cand. & Syrupo de liqviritia f. Massa, cujus dosis est ℈j.

Item ℞. Radic.liquirit.
consolid. maj.
altheæ āā ʒß.
Sem. 4.frig.maj.mundat.
hyosciami āā ʒj.
Fol. equiset. ʒß.
Gumm.arabic.
tragacanth.
Sarcocoll.
Thur.āā ℈ij.
Boli ping.
Ocul.cancri āā ʒj.
Succ.liquirit. ʒij.

Misc. f. Pulvis, cujus mediæ parti adde sacchar.penid.dimidium.

Ad urinę ardorem & puris mictum *Rhases lib. 9. ad Almansor.* sequentes describit Trochiscos.

℞. Sem.melon.
Citrull.
Cucurbit.decortic.āā ʒxx.
Boli armen.
Gumm. Arabic.
Thur.ping.
Sang.dracon.āā ʒx.
Opii ʒiij.
Sem.apii ʒij.

F. Trochisci pondere ʒij. ex quibus omni die unus cum syrupi de papavere ʒj detur.

Collyrium de Ceruſſa Ejusdem.

℞. Ceruss.
Sarcocoll.
Olibani.
Gumm.Arabic.

Opii

Opii
Sang. dracon. āi part ęq.
Fiant Trochiſci, quorum unus ſolvatur in lacte aſinę, & poſt injectionem hydromellis ,uſurpetur.

Guilielmo Placentino Trochiſci quoque ad ſangvinis ictum urinæq; acrimoniam in uſu ſunt , qui valde laudabiles habentur , multumque operationis præſtant.

℞. Carabes.
Gumm. arabic.
Lycii āā ʒiiß.
Olibani ʒij.
Sem. apii.
Opii āā ϑß.
Fiant Trochiſci ponderis ʒj.

Andromachus ad ulcera veſicæ urinęque acrimoniam frequentes laudat.

℞. Sem. lini
papav. alb.
cucumer.
Tragacanth. āā ʒj.
Amyli ʒiiij.
Miſc. & cum aqua f. Trochiſci.
Vel ℞. Sem. Cucum ʒxij.
hyoſciami
Cicut.
Opii.
Croci āā ʒiij.
Caſſiæ ʒiiij.
Amygdal. amar. No. x.
Nuc. pontic. No. ix.

Sem.apii ʒvj.
fœnicul.
Malv.ſylveſtr.ʒ ãã iij.
Excipe paſſo cretico. doſis obuli tres.

CAPUT XXII.

Laudani Opiati uſum in adfectibus hyſtericis, uteri doloribus, ſine vel cum ulcere, ejusdemque fluxu immoderato magnificum proponit.

HYſterica paſſio ſeu uteri ſuffocatio gravis eſt adfectus ac magni momenti propter horrenda ſymptomata, qvæ ipſam comitantur, qualia ſunt dolores capitis acerbi & ventris inferioris, deſipientiæ, convulſiones, animi deliquia, ſuffocationes, vomitus & ſimilia, qvæ omnia fiunt à vaporibus malignis & venenatis, qvi ex ſemine aut ſangvine menſtruo præter naturam retento aut corrupto, vel ex aliaqvavis materia virulenta in utero aut ipſius vaſis contenta, elevantur, ac cerebrum, cor, diaphragma, ventriculum aliasque partes impetunt. Illius curatio duplex inſtituitur. Una in paroxiſmo, altera extra paroxiſmum. In paroxiſmo vapores adfectum hunc graviſſimum efficientes discutiendi & revellendi; humores in utero contenti, unde vapores illi elevantur, evacuandi, ac uterus ad propriam ſedem, qvando ab ea dimovetur, ut ſæpè fit, juxta doctrinam *Hippocratis*, reducendus. Verùm adfectus hic perſæpius tàm graviter in paroxiſmo urget, ut ad hæc auxilia tranſire impoſſibile ſit, ubi tutius ſtatim ad Laudanum opiatum tanqvam ad ſacram anchoram in hoc adfectu confugere cogimur. Qui ſanè ergò Laudani Opiati uſus in hoc morbo mirabilis eſt, citoqve mulieres à truculento hoc hoſte liberat, unde idipſum à medicis practicis qvoq; neſcio, qvàm vehementiſſimè laudatur,

illi-

lliusqve usus varius observationibus ab iis confirmatur, ac in hoc adfectu cæteris pharmacis aliàs usitatis præstare hoc ipsum dicitur.

Gregorius Horstius lib. X. de pharmaceutic. observat. 3. 482. Nobilis fœmina, ait, aliqvo modo recidivam patitur, torminibus uterinis admodum affligentibus. Mox gitur potiuncula lenitiva præscribitur ex infuso agarici um rhabarbaro, foliis senæ & simil. Cùm autem pervigilia tùm etiam tensivi dolores externarum partium ontinuarent, adeoqve timendum esset, ne convulsiones eandem prænderent seqvens adhibui medicamentum, nimirum Laudani Opiati, cum magisteriis gr. ij. Magister. Perlar, ℈ß. Ambr. gryf. iij. Misce ; qvo sumpto, mox qvietior subsecuta fuit, subnde tamen in somno levibus tensionibus obortis. Die equenti, cum iterũ uterus versus superiora moveretur, Ambræ gr. v. cum magister. corallorum superius, & inerius linimentum ex moscho, zibetho &c. adhibuimus, andem venæ saphenæ sectione institutâ, ubi sanguine luente retenti sangvinis menstrui copiosus fluxus cum ventu optato successit. Quamquam verò desperatis in asibus spẽ restitutionis nullam habeamus, nihilominus Christianæ charitatis est, dolore vehemẽtissimo ferè ad esperationem afflictis ęgris succurrere, quod usu Laani solet, cum prognostico tamen, quod in talibus inermissio quædam, non tamẽ ablatio dolorũ exspectãda.

Laz. Riverius similiter Laudani hujus opiati in consulsionibus hystericis usum excellentissimum seqventibus illustrat historiis. Sic enim *centur. 1. observ. medic. 11.* cribit. Clarissima uxor Dn. de *Clausel*, Consiliarii Regii n curia computorum, subsidiorum & fisci Regii, annos nata 55. temperamento pituitoso & melancholico præita, adversa à multis annis fruens valetudine, die

15. Martii 1636. incidit ex mœrore diuturno in va-
ria ſymptomata, quę eam frequenter, & pręſertim no-
& e infeſtabant. Ea autem erant, dolores totius lateris ſi-
niſtri, à coſtis ad ilia pertingentes, ut non poſſet ſupi-
illud latus decumbere; vomitus pituitoſi & acidi; capitis
dolores, cardialgiæ & lipothymiæ ita urgentes, ut ſeſe
moribundam putaret, horrores & tremores totius cor-
poris, quos ſudores excipiebant; pulſus valdè parvi, lan-
guidi & debiles; eructiones frequentes à copia flatuum
per os erumpentium. Cum primum ad eam vocatus
ſum; præſcribo clyſterem laxantem & carminantem
potionem ex aq. naphæ, roſarum & cinamomi, facc-
culos ſtomachicos, & oleum nucis moſchatę regioni
ſtomachi admovendum, quibus valdè ſublevata eſt
& à prædictis ſymptomatibus liberata. Sed cum ea
frequenter redirent, purgatio uſurpata eſt, bis intra
quatuor dies. Redeuntibus autem ſymptomatis, ex-
hibui Laudani opiatici gr. ij. cum conſerva roſarum in
forma boli horâ ſomni, quô intra horam omnia ſym-
ptomata omninò ſublata ſunt, & placidè dormivit, nec
que poſtea eadem ſymptomata redierunt ita vehemen-
tia, ſed multò leviora. Poſtea purgata eſt bis in hebdo-
mad- pilulis pacificis, quibus ad melius indies verge-
bat, & ſic tandem integrę ſanitati reſtituta eſt. Et in
obſervat: communicat à *Petro Pachequo X.* idem mirifice
quoque fecit. Puella quædam viro matura, motibus
quibusdam convulſivis, vagis tamen, ut ſcribit, affligeba-
batur ex quibus conjeci (ut etiam ex doloribus uteri)
illam ſuffocatione laborare, miſſis ex antro pudo-
ris vaporibus. Sequenti remedio in momento libe-
ravi:

℞. Aſę fœtid. ℥ij.
Caſtorei.

Fœ-

Fœcul. bryoniæ āā ℥j.
Sem. rutæ ℈j.
Croci ℈ß.
Laudan. Paracelſ. gr. viij.

Miſc. & cum ſyrup. d. artemiſ. q. ſ. f. Maſſa Pilularum, de qua capiat ℥j.

Laudanum Opiatum, inquit, *Autor*, certè addidi tùm conſilio *Hippocratis*, qui ſuccum papaveris ſomniferi præſcribit in ſuffocatione uterina *lib. 2. d morb. muliebr. ſect. 5 p 237. circa finem in Hippocrate Fœſii*, tùm ut cætera remedia Laudano admixta contemperarem.

Laudabilis ſanè ac elegans quoq; hiſtoria eſt, maximeq; inſtituto noſtro quoq; inſervit, quam recēſet Clariſſ. *Ioh Freitag lib. de opio & medicam. opiat. c. 8.* Primariæ nobilitatis fœmina in diœcæſi Olnabrugenſi, quartâ ab edito partu ſeptimana, tantis apprehenditur cordis anguſtiis, ut nec ſtare, nec jacere, & vix in ſella ſedens, obhæreſcere poſſet; adfectum interpretabantur cardialgiam, & adverſus hanc variis, ſed irrito pugnabant remediis, dum me accerſito, meam quoque ſententiam poſtularent; quibus, re ponderatâ & momentoſius examinatâ, reſpondebam, hyſtericum eſſe pathema, à virulentis ex malè diſpoſito utero exſpirationibus, cor mirificè lancinantibus ortũ. Huic effato naſuti circumſtantes, & medicaſtræ mulieres apertè reclamabant, profitētes, ſe expertiſſima & utiliſſima uteri malis remedia aliquoties fruſtra exhibuiſſe irritā quoq; meam fore curationē, niſi iſti cardialgiæ probè & celeriter opem ferre qveam. Cum itaque viderem, eos nõ poſſe capere, quomodo ſecundarius affectus, niſi radices egerit, primario ſopito, illicò conquieſcat, ſimulavi me planè cordiale daturum remedium, & Laudani noſtri grana iiij aqvâ matrico-cephalicâ ſoluta, exhibui circa veſperam, un-

de dolor & angustiæ cordis, rei linctis uteri pravis ex
spirationibus, prorsus consopita sunt, ipsaqve in placi
dum laxata & diffusa somnum, manè mihi revocato sig
nificabat, se nihil amplius molestiarũ persentire: Pauci
post horis, accedente Clariss. Doctore *Hermanno Coner
dingio*, qvi eò quoque vocatus serius adventabat, rogavi
ut priusquam me conveniret, apud illum de morbi ge
nere inquirerent, & ipsis simul aperiebam, me ad hy
stericum affectum hysterico usum remedio. Siquidem
Laudanum nostrum propter Castoreum oleum succini
aliaque ingredientia, uterum maximè respicit. Clariss.
Conerdingius idem, quod ego, de morbo pronunciat, cu
ramqve approbat, Nos nihil amplius movendum vel ir
ritandum esse in puerpera rati, emplastrum de galbano
duntaxat uteri regioni exterius applicuimus, biduoqve
spatio elapso, re benè gestâ, recessimus. Ipsa verò fœmi
na adhuc vitali pascitur aurâ & benè rectèqve habet.

Ioh. Hartmannus prax. chymiatric. lib. 2. cap. 223. in
hoc adfectu maximè Laudanum suum muliebre com
mendat ad ϑß usurpatum.

Excellentiss. *Gvernerus Rolfincius lib. 3. epitom. meth.
cognosc. & curand particular. corp. adfect. cap. 24.* Lauda
num Opiatum lunare vel Laudanum hystericum, ceu
singulare remedium in hoc adfectu judicat.

℞. Laudan opiat de trib gr. ij.
Bezoartic. lunar. gr. iiij.
Fiant Pilulæ iii.

Vel ℞. Laudan. opiat. *Crollii* gr. ii.
Extract. artemis. gr. iiij.
Fiant Pilulæ.

Laz. Riverius lib. 9 prax. medic. cap. 6. vehementissi
mo paroxismo pilulas sequentes esse utilissimas, eumq;
certò sedare illas testatur:

℞. Asæ

℞. Asæ fœtid. ℈j.
Castorei gr. vj.
Laudan. Opiat. gr. iij.
Fiant pilulæ iii. vel iv.
Capiat statim.

Joh. Petrus Lotichius lib. 5 cap. 1. observ. medic. 4. Matronæ cuidam, Viduæ Hamelensi, passione hystericâ cum summa respirandi difficultate ac pectoris angustiâ laboranti, ac de insomnia querenti has præscripsit pilulas:

℞. Philon. Roman. gr. iiij.
Castorei elect.
Asæ fœtid. ãã gr. iij.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.
Ol. still. carvi gt. ij.
Misc. & cum oxymell. squillitic. q. s. f. pilulæ No. iij. inaurentur.

S. Drey Ruhepillen auff einmahl.

Item *observat. 7.* ad cardialgiam quoq; ex utero duas de pilulis istis, quæ sequuntur, nobili cuidam Spintriæ & Viragini deglutiendas præbuit:

℞. Theriac. Andr
Philon. Rom. ãã gr. vj.
Castorei elect. gr. xij.
Gumm. ammoniac.
opopanac. aceto dissol., ãã gr. iij.
Ol. still. succini.
Cariophyll. ãã gr. iij.
Laudani Opiat. correct. gr. ij.
Misc. & cum myv. cydonior. aromatic. f. pilulæ No. X. inaurandæ.

S. Pillen auff etzliche mahl.

Et *observat.* 11. Contra passionem hanc gravissimam Mixturâ sequenti pugnat:

℞. Aq: Cephalic. cum Castor. destill. ℥ij.
Ol. still. succin. gt. ix.
Cariophyll. gt. iij.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.

Fiat Mixtura.

S. Muttertränckle in auff etzliche mahl.

Ac tandem *observat.* 21. Mulieri passione hysterica cum virium imbecillitate ac insomniâ laboranti Aquam hanc Cordiali-hypnoticam præscripsit, de qua aliquando interdiu cochleare unicum, de noctu verò duo assumpsit:

℞. Aq: Meliss.
artemis.
bugloss: ãã ℥vj.
Confect. Alcherm. ℥ß.
Ol. still. succin. alb.
Cinamom.
Anisi ãã gt. j.
Laudan. Opiat. correct. gr. ij.
Syr. de papav.
Julap. Cinamom. ãã ℥iij.

Misce ad vasculum.

S. Krafft und Mutter-Wasser.

Clarisl. *Francisc. Deckerus in Not. & observat. ad praxin Barbettianam lib. 4. cap. 9.* in uteri strangulatu sequentem Mixturam optimo cum successu usurpavit, præsertim si ei Laudani Opiati granum unum atque alterum addidit:

℞. Aq: antihysteric. nostr. ℥ij.
Cortic. citri ℥j.

theria-

theriacal. simpl. ℥vj.
Spir. salis armoniac. ℈j.
Tinctur. Castorei. ℥j.
Ol. still. succin. gt. iv.
Syr. de artemis. ℥vj.
Fiat l. a. Mixtura.

Aquæ ejus Antihystericæ descriptio hæc est:

℞. Herb. puleg.
menth. crisp.
rutæ āā Mij.
Fl. lavendul. p. ij.
Sem. levistic.
Bacc. lauri āā ℥ß.
Myrrh. ℥ij.
Nuc. moschat. ℥j.
Vini gallici pint. iij.

Misce, post brevem in calore in fusionem destilla per balneum mariæ.

Mihi semper in usu fuit & adhuc est sequens Haustulus, quò multas ab hoc morbo gravissimo mulieres, Dei adnuente gratiâ, brevi temporis spatio liberavi,

℞. Mithridat. *Damocrat.* ℈j.
Trypher. magn.
Confect. alcherm.
Corall: rubr. præp.
Matris perlar. præp.
Spec. d. hyacinth.
Succin. præp. āā ℈ß.
Laudan. Opiat. gr. j. vel iß.
Syr. papav. rh. ℥ß.
Aq. meliss.
puleg.
antihysteric. āā ℥iij.

Cina-

Cinamom. ʒj.
Ol. ſtill. ſuccin. alb.
carvi.
cortic. aurant.
angelic. āā gt. j.
Miſc. f. Hauſtulus.

Vapores ejuſmodi malignos paroxiſmum hyſtericum producentes egregiè quoque diſcutit ſequens pulvis, qui omnibus ob præſtantiſſimam ejus efficaciam, cum ſubitò ac certò paroxiſmum ſedet, ſit de meliori nota commendatus.

℞. Myrrh. elect.
Croci orient. āā gr. viij.
Caſtorei gr. iiij.
Laudan. Opiat. gr. ij.
Miſc. f. pulvis pro una doſi.

Specifica & peculiaria ſunt quoque medicamenta adpteri ſtrangulatum, quæ ſequuntur, Electuaria nimirum duo, unus pulvis & pilulæ: Mulieres enim hyſterico pathemate quaſi ſuffocatas feliciter excitant:

ELECTUARIUM.

℞. Electuar. Mithridat. *Damoc.* ʒ ß.
theriac. *Androm.* ʒvj.
Conſerv. meliſſ.
poeon. āā ʒiij.
Pulv. ſem. agn. caſt.
dauci cretic. āā ʒij.
Nucis moſchat.
Macis.
Laudan. Opiat. āā ʒ ß.
Ol. ſtill. nuc. moſchat. ℈ ß.
Syr. fl. poeon.

meliß.

meliſſ. ãã q. ſ.
Miſc. f. Electuarium.
S. Mutter Lattwergh.
Doſis hujus eſt à ʒß ad ʒj.

ALIVD.

℞. Condit. radic. calam. aromatic.
poeon. ãã ʒß.
Cinamom. acut.
Foecul. bryon. ãã ʒj.
Sem. paſtinac. domeſtic.
agni caſti.
rutæ hortenſ. ãã ℈ij.
Laudan. Opiat.
Cardamom: min.
Antophyllor.
Macis ãã ʒß.
Magiſter. Jovis Anglic.
Matris perlar.
Corall. rubr.
Elæoſacch. rorismar. ãã gr. xv.
majoran.
angelic.
ſuccin. alb.
fœnicul.
aniſi ãã ℈ß.
Syr. meliſſ:
papav. rh. ãã q.ſ.
Miſc. f. Electuarium.
S. Mutter Lattwergh/

Doſis hujus eſt ſaltem caſtaneæ quantitas, per ſe, vel
ım vino calido, vel aqua hyſterica congrua ſumpta.
lteri autem ſuffocationi alboque mulierum fluori e-
regiè auxiliatur, & propterea colluviem quandam pra-

vam,

vam, si quæ in locis muliebribus contineatur, meatus a periendo, obstructionesque solvendo, foras protru dit.

PULVIS.

℞. Fœcul. radic. bryon. ℥ij.
Sal. mattisperlar.
corall. rub.
perlar.
Jovis Anglic. ãã ℥is.
Radic. dictamn. alb.
pœon. ãã ℥j.
Succin. alb. præp.
Croci orient.
Visci quercin.
Aetophyllor. ãã ℥ß.
Laudan. Opiat. gr. xv.
Castorei ver. gr. x.
Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.
S. Pulvis Antihystericus
Mutter Pulver.

Pulvis hic in vehementissima ac desperatissima suf focatione strangulationeque uteri, medicamentum est benedictum, & tanquam donum mulieribus à Deo cœ litus demissum: non enim sine admiratione hunc atro cissimum affectum tollit. Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum. Dosis ejus est à ℈j. ad ℥ß. tri bus aut quatuor horis continuis vel tempore atrocissi mi paroxismi in aqua hysterica, vel aliis vehiculis ap propriatis.

PILULÆ.

℞. Mass. pil. aloephangin. *Mynsi.* ℥ß.
Fœcul. bryon.
Laudani Opiat. ãã ℥ß.

Saa

Sal. Jovis Anglic.
matris perlar.
Corall. rub. āā ℈j.
Extract. Caſtorei ver.
callor. equor. āā ℈ß.
Ol. ſtill. angelic. gt. vj.

Miſc. & f. l.. Maſſa pilularum, ex qua poſtea cum ol. ſtill. ſuccin. formentur pilulæ, quæ deaurentur fortiter, quarum doſis eſt à ℈j. ad ʒß.

Excell. *Adrianus Mynſichtus armament. medico-chyic. ſect.* 2. Tincturam quoque uterinam deſcribit, uæ manifeſtiſſimam hyſtericam ac cephalicam dynain habet, cùm omnes uteri ſuffocationes ſtrangulaonesque etiam periculoſiſſimas; nec non præcordioım compreſſiones & dolores tollit. Majorem autem otentioremque adhuc efficaciam habet, ſi tincturæ jus doſi unicuique guttulæ aliquot Tincturæ noſtræ pii addantur.

℞. Baccar. Chamæactes.
Sambuc. āā ʒiiij.
Radic. bryon. ʒj.
Herb. majoran. ʒj.

Miſc. & affunde Aquæ noſtr. Hyſteric. q. ſ. adde etiam aliquot guttulas ſpir. vitrioli, & f. digeſtio in B. M. aliquot dies, uſque dum Tincturam rubini inſtar accipias, quam ad uſum reponas.

S. Tinctura uterina

Doſis hujus eſt à cochl. ʒß. ad cochl. j. per ſe, vel in aq. ſingulari hyſterica.

Dolores uteri, ſive ſint à diſtenſione, quam inrunt ſanguis grumoſus in uteri cavitate hærens, deinde

deinde sanguis menstruus, quando vel vasa minus pa
tent, vel ipse nimis crassus, vitiosusque est, aut non rectè
fluit, aut supprimitur, ac tandem humores vitiosi in utc
ri cavitate; vel vasis hærentes, sive ab erosione partium
uteri membranosarum & sensibilium, quæ præcipuè in
ulceribus, fluore muliebri, vitiosis humoribus accidit
sive à flatibus, ab effervescentia vitiosorum humorum
ortis, tàm graviter interdum mulieres excarnificant, ut
anodyna, quæ molestam partium sensationem abolent
nihil juvent, sed necessariò his nihil proficientibus ad
narcotica ut theriacam recentem, mithridatium, tryp
pheram magnam Laudanumque opiatum confugere
cogamur. Rectè ergò scribit Clariss. ac experientiss.
Dn. Ioh. Costerus Tabul. Theoretico-practic. LXXXIV
Symptomatis urgentioris scilicet doloris ratio (in
hoc adfectu) est habenda, cui scopo inserviunt anodyna, quæ molestam partium sensationem abolent. Talia
sunt radix altheæ, herbæ quinque emollientes, semen
lini, foenigreci, butyrum recens &c. narcotica, reliqui
non proficientibus, quibus tamen cautè utendum.

Sunt autem dolores uteri vel sine ulcere vel cum ulcere. Insignis *Guilielmus Rondeletius lib. 1. de medicamento. intern.* p. m. 1008. 1009. contra utrosque medicamenta præscripsit præstantissima, quæ opii admixtionem quoque admittunt

Ad dolores uteri sine ulcere

℞. Castorei.
Myrrhæ.
Croci.
Styracis (quoniam menses provocat
& obstructiones dolorem sec
sedendo aperit) ãã ʒij.
Radic. Ireos.

Spica

Spicæ nardi.
Folii malabathri.
Asari āā ʒj.
Opii ʒiß.

Cum Syrupo de artemisia f. Opiata, cujus ʒj. detur ex vino.

x odoratis & calefacientibus hoc modo paratur:

℞. Pulv. diamosch.
diambr. āā ʒij.
Castorei ℈j.
Opii ʒß.

Cum Syrupo de artemisia, f. Opiata, dosis ʒj.

Ad dolorem à materia calida & ulcerationes uteri dolorificas Ejusdem Rondeletii.

℞. Bdellii (quod evocat & detergit)
Myrrh. āā ℈j.
Cortic. thur.
Sarcocoll.
Mastich. āā ʒiß.
Amyli.
Styrac. āā ʒij.
Sem. papav. alb.
endiv.
plantag.
Opii āā ʒiß.

Cum Syrupo jujubino f. Opiata.

Quod si dolor non sedetur, augeatur opii quantitas l ʒiij.; si fuerit adjunctus sanguinis fluxus, augenda stringentia & minuenda detergentia.

℞. Acaciæ.
Sang: dracon.
Boli armen.

Terr. sigillat. āā ʒij.
Opii ʒj.
Cortic. thur.
Mastich.
Sarocoll. āā ʒß.

Cum Syrupis de papav. & myrtillorum f. C
piata, cujus capiat ad quantitatem avellanæ, s
perbibendo parum aquæ plantagin. bursæ p
ftor. vel sanguinalis.

Opiata hæc uteri dolores non sedat solùm, sed san
guinis quoque impetum, sive ab utero, sive à quacu
que parte fluat, sistere potest, maximè si ob tenuitate
fluat, aut facultatis expultricis irritationem, ut in cri
superflua accidere solet.

Clariss. *Pachequus* apud *Laz. Riverium observ*
communicat. 32. multas mulierculas uteri doloribus e
carnificatas se vidisse scribit, quæ parum levaminis
Laudano suo sentirent. Exhibitâ verò ʒj antidotii
syncriti (quod Opium pariter recipit) statim dolor
cessâsse testatur. Quod valde mirandum, nec contem
nendum sanè est.

In nimio sanguinis menstrui profluvio sistendo La
dani Opiati usus glorioſus quoque ac summè egregiu
à Medicis practicis neotericis habetur, cum narcotii
suâ facultate id in fluxu sanguinis cohibendo præst
quæ adstringentia aliàs medicamenta nullo modo e
ficere valent. Quæritur verò à nonnullis practic
acutissimis, an etiam in fluxu mensium excedente na
cot
& in specie Laudanum Opiatum conducan
Adfirmant communiter practici, quia talia medicame
ta conferunt, ad omnis generis hæmorrhagias, in qu
cun

nque corporis parte subsistant, quatenus proprietate gulari spirituum caloris que commotionem inhi- nt , & per consequens facultatis expultricis actio- m impediunt. Ut enim in superpurgantibus con- git (teste *Iachino comm. in 9. Rhasis cap. 67.*) ut irri- ta natura non pellat modò excrementa proprior̃, e à medicamẽto trahũtur, sed præterea & utilia simul: & hîc evenit, ut incipiat quidem natura purgare inu- , sed ex proritatione quasi furibunda opere expel- di excedat , ut opus naturale ſymptomaticum eva- . Hîc necessarium est, ut motus naturæ deprava- sistatur, quod post alia communiora medicamenta usum narcoticorum fieri potest. Notandum ta- n , quod in hoc casu usus opiatorum considerate scribi debeat, cum aliorum medicamentorum ope il efficimus, propterea quòd mulieres naturâ quoad rem innatum debiliores sint , & per consequens pefacientibus vehementius afficiantur. *Vid Pence- prax. cap. 21.* qui suadet ℈j. Philonii Persici , aliis n juvantibus; & *Sennert. lib. 4. prax. part. 2. sect. 2.* . 6. qui , si adstringentia non planè satisfaciant, m narcotica admisceri vel exhiberi jubet. Inter e convenientissima putat , quæ simul adstrin- nt , ut trochisc. de terra sigill. , de Carabe cum io. Non enim dubitamus, quin urgente necessita- benè consideratis circumstantiis , tribus vel qua- r granis Laudani Opiati ritè præparati plus estemus ex voto , quàm si potiones istas adstrin- ates , & quàm plurimis ingredientibus con- ntes toties ad nauseam absque fructu reite- mus , qualis est *Doct. Iohan. Schröteri.*

Stilltranck auff 6 mahl apud *Willichium in Consil.* qui potus præter quinquaginta simplicia composi species aromaticas etiam aliquot habet, adeoque ad l nimum 70 ingredientia continet, ut videre licet *con* 53. *p.* 371. *Henricus Smetius Miscell. medic.* 4. *epis* & 3. in pertinaci hæmorrhagia uteri conjugis pr priæ, victu refrigerante, incrassante, adstringente, sil etiam revulsione, derivatione, extremorum fomen unguentis, pessis &c. nihil quic quam profeciisse se fa tur, ut tandem ad clysterem uterinum, μητρδεγχι veteres vocant, ex succo arnoglossi cum hypocist permixto in fine secundi mensis, tanquam ad sacr anchoram, non sine successu exoptato propee ret: at verò tanto temporis spatio quanta virii jactura? annon melius est, opio ritè correcto f vorem & ebullitionem sanguinis protinus, ubi co non amplius naturam gravat compescere.

Hoc planè variis in locis Clariss. *Gregorius H stius* sentit. Sic enim *Lib. X. de pharmaceutic. ob vat.* 3. *p. m.* 482. scribit. Menstruis superfluis c ne reliquum medicamentorum genus eludentil dextre per opium cotrectum succurritur, quod a sexennium amantissima mea conjunx experiebat quæ mortis ferè faucibus hoc modo per Dei grati eripiebatur, fervore sanguinis ad temperiem vi sim usu Laudani redacto. Et *institut. medic. Dis* 20. *coronid.* 7. *Exerc.* 4. Quidam etiam, inquit, annumerant narcotica & opiata, quæ sistunt quid sanguinem, sed propriè loquendo non manifestâ tione sed qualitate occultâ, calido nativo inimicâ cæteris hîc excellit opium ritè correctum, paucis borantibus additis, quô sæpius hæmorrhagias des ratas curavimus.

Exc

Excell. *Guerner. Rolfincius epitom: method: cognosc. curand. particular. corpor. adfect. lib.* 3. *cap.* 23. In- medicamenta fluxum menstruum sistentia Lauda- m Opiatum ad gran. ij. assumptum excellere scri- . Et *lib.* 4. *consultat medic.* 1. incrassantia, in- it, quę simul habent vim stupefaciendi, ut theriaca cens, in qua opii facultas nondum est sopita, men- uis superfluis succurrunt, quę vel sola, vel cum reli- is adstringentibus misceri possunt. Inter omnia ta- n excellit Laudanum Opiatum ad gr. iij. vel iv. Su- cur in forma pilularum.

Ioh. Costenus Tabul. Theoretico-practic. LXXXVIII. ensium nimium fluxum sistere etiam medicamenta cultâ qualitate agentia censet. Talia sunt, ait, narco- a, ad quę si malum valdè urgeat, nec superioribus dicamentis cedat, devenire licet, quę ut fluxus alios, & sanguinis sistunt. Sunt hęc syrupus de papave- theriaca recens, Philonium Romanum, Laudanum piatum.

Clariss. *Francisc. Deckerus* in Notis & *Observat. praxin Barbettian. lib.* 4. *cap.* 13. tribus in fœminis ni- io mensium fluxu laborantibus universalibus prę- issis sequens usurpavit electuarium, quod efficacius it, si unum atque alterum granum Laudani Opiati si addatur.

℞. Conserv. rosar. antiq. ℥ij.
Condit. Carn. Cydonior ℥vj.
Diascord. *Fracastor.* ℥ij.
Spec. aromatic. rosat.
diarrhod. abb. āā ℥ß.
Croci Martis adstrictiv.
Confect. d. hyacinth. āā ℥iß.

Corall. rubr. præp. ℈ij.
Laudan. Opiat. gr. vj.
Syr. Myrtin. q. f.
Misc. f. Electuarium.

Sartoris cujusdam Fœmina *Embdæ* immodico mens
sium profluvio cum virium languore summo labor
bat; ad quam vocatus talem præscripsi mixturam, qu
fluxus iste protinus sedatus est, ac ista vires pristinas re
cuperavit.

℞. Philon. persic. ʒj.
Confect. d. hyacinth.
alcherm. ãã ʒß.
Trochisc. d. Carab.
terr. sigillat.
camphor.
Corall. rubr. præp.
Spod. præp.
Spec. diarrhod. abb.
diamarg. frigid. ãã ℈ß.
Laudan. Opiat. gr. viij.
Syr. Corallor. ʒvj.
myrtin. ʒiij.
Aq. portulac.
burſæ pastor.
plantag.
meliſſ. ãã ʒx.
Tinctur. Corallor. ℈j.
Fiat Mixtura.
Detur ad vitrum.

Neoterici ac imprimis Clariſſ. *Adrianus Mynſichtus armament. Medico-Chymic. ſect.* 3. ad sanguinis excretionem ac menstruorum nimiam evacuationem sse
quentu

uentia præſcribunt remedia, quorum baſis potiſſi-
mum Laudanum Opiatum eſt, & hînc hocce in adfe-
ctu præcipuè magni à Medicis practicis habentur.

HAUSTUS.

℞. Lign. Braſil. Mj.
Gumm. arabic. ʒiij.
Coq. in diplom. cum vini alb.
q. ſ.
℞. Colaturæ claræ ʒj.
Laudan. Opiat. q. ſ.
Syr. Cydonior. ʒiij.
Magiſter. Corallor. roſat.
Eſſent. Croci Martis āā ℈ß.
Elæoſacchar. Cariophyl. gr. iiij.
Rob. berber. q. ſ. ad grat. ſaporem.
Miſc. & ſ. Hauſtus pro una doſi.

ALIVS.

℞. Radic. tormentill.
ſerpentar.
cichor. āā ʒj.
Raſur. C. C.
Anther. roſar.
Sem plantag.
acetoſ. āā ʒß.
Herb. burſ. paſtor.
hepatic.
ſanguiſorb. āā ℥ſ.

Fl. millefol.
rosar.
anthos ãã ℈ß.
Sebesten No. ij.
Coq. in diplomate cum vini rub. stiptic. q. s.
℞. Colatur. clar. ℥iß.
Laudan. Opiat. q. s.
Syr. papav. erratic.
d. symphyt. ãã ℥ij.
Essent. sang. dracon. ℈j.
lapid. hæmatit. ℈ß.
Elæosacchar. nuc. moschat. ℈ß.
Rob. ribium q. s. ad grat.
Misc & f. Haustus pro una dosi.

ALIVS.

In mensibus superfluis expertissimus.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Aq: bursæ pastor. ℥iß.
Rob. sambuc. ℥ij.
Sal. prunell. ℈j.
Extract. tormentill. ℈ß.
Camphor. gr. iiij.
Misc. & f. Haustus pro una dosi.

PILULÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Boli rubr. orient. præp.
M gister Corallor. rosat. ãã gr. iiij.
Misc. & cum Ol rorismar. f. Pilulæ inaurandæ pro una dosi.

ALIÆ.

℞. Laudan. Opiat. q. s.

Usneæ

Usneæ pruni sylv.
Magister. matris perlar. ãã gr. iv.
Misc. & cum ol. salviæ f. Pilulæ parvæ deaurandæ pro una dosi.

BOLVS.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Condit. carn. cydonior. ℥j.
Trochisc. d. spod. ℈j.
Pulv. oss. sepiæ.
Elæosacch. Zedoar. ãã ℈ß.
Misc. & cum Rotul. diamarg. frigid. f. Bolus pro una dosi.

ALIVS.

℞. Laudan. Opiat. q. s.
Condit. radic. symphyt. ℥j.
Trochisc. d. terr. sigillat. ℈j.
Succin. alb. præp.
Elæosacch. nuc. moschat. ãã ℈ß.
Misc. & f. l. a. Bolus pro una dosi.

CAPVT XXIII.

Laudani Opiati in articulorum doloribus usum nobilissimum ac præstantissimum ostendit.

ANtequam ad nobilissimum ac præstantissimum in articulorum doloribus Laudani Opiati usum nos accingamus, prius methodum rectè curandi arthritidem sumus proposituri. Curatio arthritidis uti & cuiuscunque doloris ex influxione orti, consistit potissimũ in humoris infestãtis evacuatione. Humor est est in toto, vel aliqva parte, unde fluxio oritur, & ibidem qviescit; vel est in motu, ut influat, vel jam influxit, estqve sangvineus, pituitosus, biliosus, melancholicus, serosus,

influit autem omnis humor, quatenus tenuis, quocirca vel ſeroſus & bilioſus, vel ſero & bile adprimè miſtus eſt. Sanguineus affluere ſolitus, ſive quieſcat, futurum minitans paroxiſmum, ſive in motu & fluxu ſit, commodè minuitur primùm ſectâ venâ univerſali, deinde particulari, ut in Iſchiade poplitis vel tali. Quin etiam alterius generis humor, dum per vaſa ſanguifera fluit, commodè educitur phlebotomiâ; diverſus à ſanguine humor, dum quieſcit in toto vel parte mittente, ſecurè educitur pharmaco, qui verò eſt in motu non item. Ratio eſt in procinctu. Arthritica fluxio licèt moleſta, tamen plerumque fit criticè vi naturæ partes nobiliores ac præſtantiores à ſuperfluo liberante, & in ignobiles, ubi vitæ minus inſidiari queat, extrudente. Hanc contra ſalutarem naturæ inclinationem & intentionem, per nobiles unde excuſſus erat, vel adhuc emovetur partes ad alvum revocare, periculo non vacat, quòd turbato ejus ordine in principalia membra præcipitetur & diffundatur, ſaltem vehementior fluxio concitetur. *Solenander* cum *Bayro* cenſet, initiò ſtatim fortia purgantia adhibenda eſſe, quæ materiam non tantum moveant, ſed univerſim extus promoveant & evacuent, quâ ratione nihil in viſcera nobiliora confluere, aut ad artus vehementius præcipitari queat. Verùm fortis iſta evacuatio non ſatis tuta eſt: tutius itaque erit, leni evacuante illud, quod adhuc quieſcit & influxurum erat, blanditer educere pharmaco, quod ita ſit comparatum, ut nec vehementer fundat, percellat & turbet, ſed adſtrictivâ qvâdam ex rhabarbaro & myrobalanis virtute ſit adſperſum. Præmiſſis ergò univerſalibus evacuationibus, videndum, qvâ ratione & methodo Medici practicii

&tici medicamenta opiata ac præcipuè Laudanum opiatum, de quo principalis noster sermo est, articulorum doloribus correptis exhibeant & adhibeant.

Opiatorum internus & externus est usus. Internus ad materiam ἀθρῶς influentem vel excedentem dolorem. unde *Felix Platerus tract. 2. prax c. 16.* nonnunquam & necessitate urgente ad dolorem mitigandum narcotica opiata medicamenta propinant. Nec in illis, uti creditur, tantum est periculi, quin potius utilitas in eo, quod dolorem compescant, & ne novus influxus fiat, major sequitur. Et proinde theriaca & Mithridatium doloris nomine in utraque causa exhibentur, sæpeque repetuntur. Quæ etsi à diffluxione serosi humoris fiat, si cum bolo addito dentur, eam cohibent & sistent. Unde & præcautionis gratiâ hæc nonnunquam dantur. Quorum loco & alia opiata, ut Philonium asyncritum similesque compositiones plus minusve calefacientes, si dolor admodum infestet, & vigiliæ obsint; cum magis hæc quàm istæ antidoti operentur, usurpantur.

Addenda nonnunquam etiam illa, quæ defluxiones, si hæ à capite sensibiliter descendere deprehendantur, sistunt, hoc pacto:

℞. Mastich.
Thur. ãã ʒj.
Styrac. ʒß.
Boli seu terræ ping. ʒiß.
Rasur. dent. apri.
Bedeguar. ãã ʒß.
Spic. celtic. ℈ij.
Croci ℈ß.
Opii gr. v.

Cum syrupo de papavere f. Massa Pilularum, capiat duas vel plures sub vesperam aut dilulum.

Hunc

Hunc eundem quoque processum laudabilem sequitur *Aëtius tetrab. serm. 4. cap. 32.* in biliosis & tenuibus fluxionibus, consultque soporifera dare, unde somnus oboriatur profundus, dolor conquiescat, fluxiones resiccentur, maximè si post purgationem hæc fiant. Materia morbifica ratione partis mittentis, ex qua adfluit, potius universalia evacuantia, ratione fluxionis vel incursus, sistentia & intercipientia, & quatenus influit in partem recipientem, repercutientia, (quæ tamen in ischiade semper fugienda, quòd eam altius imprimant) quoad influxit & dolorem concitat, primò anodyna, deinde quod in alto latet, utpote in coxarum juncturis extrahentia, metasyncrita & rubrificantia, in cæteris resolventia, paregorica, & nonnimis vehementer agentia aut discutientia, & demum collectiones circa articulos resorbentia, requirit, ubi cuilibet humori seu sincero seu misto peculiare suum debetur remedium. Demum roborandi sunt articuli ne facilè recipiant, & providendum toti partibusque mittentibus, ne colligant aut generent superflua; si enim pars mittens non mittat, recipiens non recipit, & si mittens non generet aut colligat, non habebit, quod transmittat.

Narcotica proinde parti dolenti extus admota, docente *Platero lib. & capit. jam citat. p. 732.* cum stupidiorem partem reddant, non solùm præ cæteris dolorem compescunt, sed & quia calore suo, quo etiam constant, humorem simul resolvunt, proderunt, tutoque, nec ita cum periculo, uti creditur, usurpantur.

Opium præcipuè diversis formis anodynis mistum ea efficacia reddit, semper ferè, tunc additâ simul Croci portiunculâ, sicque usurpatur cum lacte, si ʒij illius Opii ʒß addatur: cum panis emplastro, addendo opii ad ʒij, vel cum aliis cataplasmatibus.

In-

Inunctionibus quoque diversis permiscetur, verum pinguibus additum minus efficax evadit. Imprimis in spiritus vini simplicis vel admistione aliorum compositi ℥iiij, per Croci infusionem flavescentibus, si camphoræ ℈j decoctione addatur, & opii ℥j dissolvatur, eoque liquore pars dolens ungatur, tum & efficacissimum erit remedium confer. Laz. *River. lib. X. cap. 1. de arthritid. p. 367.*

Antidota etiam Opiata, ut theriaca, Mithridatium, Philonium Romanum, requies *Nicolai* applicata recentia propter opium præstant aliquid, præcipueque, si opii augeatur quantitas.

Hollerius inquit, celebre jam olim & nunc etiam frequentatum est remedium, quod est tale:

℞. Medull. pan. alb q. v.
Dissolvatur in lacte calido muliebri, bovillo vel ovillo, cui add. Croci ℥ß & si vehemens fuerit dolor & calor, add: Opii à ℥j ad ℥ij plus minusve, à vetustis sanè hoc longè discendit seculis; nam idem *Galenus* ex *Asclepiade lib. 10. de compos. medicam. sec. loc. cap. 3. describit.*

Ad ipsas dolorum vexationes Epithema

℞. Succ. papav. ℥iij.
Croci ℥j.
Cum lacte bubulo aut caprino terito & adjecto pane interno diligenter lævigato, ut f. Cataplasma molle, oleo rosato emollito.

Quandoquidem Opium & Crocum cum lacte trita cerato rosaceo excipimus & linteolo infarta imponimus.

ALIVD.

℞. Styrac. ʒii.
Opii Thebaic. ʒj.
Miſce accuratè, & f. Epithema.

Helidei Bononienſis hoc eſt:

℞. Ol. de vitell. ovor.
roſat. ãã ʒj.
Vitell. ovor. ij.
Opii.
Croci ãã gr. iiij.
Miſce.

Fernelii lib. VII. Meth. Med. tit. de Trochiſc.

℞. Gumm. arabic.
tragacanth.
Amyli ãã ʒß.
Ceruſſaquâ roſar. lot. ʒvj.
Styrac.
Myrrh.
Caſtorei.
Opii ſapâ ſolut. ãã ℈iiij.
Croci ʒß
Trita excipiantur mucilagine ſem. Pſyllii ex aq. roſacea, finganturque Trochiſci, qui ad uſus ſerventur.

Paſtilli *Aſclepiadis* à *Galeno* deſcripti.

℞. Sem. Cicut. decorticat. ʒvj.
Styrac.
Opii ãã ʒj.
Paſſi Cretic. q. ſ.
Fiant Paſtilli.

Ejusdem ℞. Aloës ʒxii.
Opii ʒviii.

Succ.

Succ.papav.℥vj.
hyoſciam.℥v.
aconit.℥iiij.
Hypociſtid.℥vj.
Glaucii ℥viij.
Croci ℥xij.
Gumm.℥xxiiij
Malor.Mandragor.℥xx.
Aceti heminas ij.

Mala cum aceto coquito & expreſſa prædictis miſceto, & paſtillos formato.

Ibidem ℞. Aloës ℔j.
Succ.centaur.min.
ſexuncem.
Thuris.
Myrrh.ãã trientem.
Lapid.aſii.
Opii.
Aluminis ſciſſi ãã ſextantem.

Excipe paſſo & fac paſtillos, quos tempore uſus ſolve in lacte & plumis illine, linteolumque paſſo imbutum ſuperpone.

℞. Fol.hyoſciami Mij.
ſolan.
ſempervivi ãã Mj.
Capit.papav.hortenſ.p.j.
Radic.Mandragor.℥j.
Fl.chamomill.
violar.ãã p.j.
Sem.pſyllii ℥ß.
hyoſciami ℥ij.

Fiat decoctio in aqua vel lacte, quô fuveatur, reſidentia piſtetur, add.

Fa-

Farin. lini ℥iß.
tritici ℥ij.
Axung. anatis vel
gallin.
Ol. Chamomill. ãã ℥j.
Fiat Cataplasma.

Emplastrum *Francisci Ranchini.*

℞. Cortic. radic. alth. ℥iij.
Fol. ebuli
Chamæpit.
primul. ver.
betonic.
hyosciami cum tot. ãã Mj.
Fl. verbasci.
hypericon.
sambuc. ãã p. iij.
Decoq. ad ℔j. in qua infund.
Mucilag. sem. fœnigræc.
altheæ ãã ℥iij.

Bulliant hęc omnia cum ℔j. Olei rosar. ad consumptionem decocti, deinde add:

Ceruss. trit. ℔j.
Ceræ luteæ q. s.
Opii ℥ij.

F. Emplastrum molle, linteis inducendum & applicandum.

Clariss. *Ioh. Freitagius lib. de Opio & Medicam. Opiat. cap.* 25. duo ad arthriticum dolorem secreta habet præstantissima, quæ multùm ab Opii admistionem laudantur, ac felicissimos sæpè demonstrant effectus.

℞. Opii
Camphor. ãã part. æq.

Solve & digere in aceti & aquæ sambuci partibus æquis

æqualibus, destilla per aretiam phlegma, spiritum & oleum seorsim concipe & serva.

ALIVD.

℞. Sacchar. Saturn ℈v.
Sal. Saturni ʒß.
Opii.
Camphoræ in aceto solut. ãã ℈ß.
Aq: fl. sámbuc. ℥j.

Misce, illinatur plumâ sæpius repetendo.

Nobilissima sunt & hæc, ac effectum mirabilem in arritide præstant, quæ sequuntur:

℞. Spir. salis armoniac,
vini ãã ʒß.
Camphor. elect.
Opii Thebaic. ãã ℈ß.

Misce, ut opium & camphora in eis solvantur, & bis terve plumâ illine dolori, & confestim sedabitur.

℞. Ol. chamomill.
verbasci ãã ʒß.
terebinth. ʒiß.
Spir. salis ʒiij.
Opii Thebaic. ℈j.

Misc. f. Balsamum.

Hoc miranda, dolores podagricos sedando, tophos cutiendo, membrorum quoque contracturam ac aridam sanando, præstat.

Quod sequitur medicamentum aliàs inventionis æ est simulque præstantissimum, quod secreti loco per asservavi, ac permultos quoque miseros arthri-os, membrorum quoque contracturâ ac aridura ereptos ab hisce malis, benedicente Dei gratiâ, libe-is.

℞. Spir. lumbricor. terrestr.
Juniperi per se fact. āā ℥ij.
Aq: lavendul.
Salviæ āā ℥j.
Ol. still. salviæ
lavendul. āā ℈j.
Opii Thebaic. gr. xv.
Croci orient. gr. x.

Fiat Mixtura.
Detur ad vitrum.
S. Anstrich Wasser.

Ioh. Petrus Lotichius *lib.* 6. *cap.* 7. *observat.* 2. *Capitanei cuidam* sæviſſimis articulorum doloribus correpto neque sine succeſſu hanc præscripsit Aquam articularem:

℞. Summitat. rorismar.
salviæ
chamæpit.
Fl. lavendul. āā Mj.
Lapid. osteocoll.
Ocul. Cancri āā ℥ß.

Coq. in q. s. vini albi ad medias partes: in colatura dissolv.

Opii Thebaic. vino solut.
Camphor. āā ℈ß.
Ol. still. salviæ
rorismar. āā gt. x.

Misce diligenter ad fictile
S. Glieder Wasser

Adrianus Mynsichtus armament. Medico-chymic. sect. XX. varios habet Liquores, ut Liquorem camphoratum, Liquorem arthriticum, & tandem liquorem antipodagricum triunum, quorum compositiones Opium

iii

greditur; quique sanè in omnibus articulorum dolo-
bus tàm calidis qvàm frigidis admodum laudantur, se-
etique instar habentur. Et *sect. XXXVI.* emplastrum,
iod vocatur narcoticum describit, quod similiter Opii
mixtionem obtinet. Refrigerat autem & mirabiliter
olores cruciatusque podagricos placat.

Liquorem pariter arthriticum nobis reliquit jam sæ-
us laudatus *Lotichius lib. 2. cap. 3. observat. 2.* quô in de-
xione & arthritide, præmissâ purgatione, ac peracto
ratoque, ut moris, sudore, articulos defluxionibus
aviſſimis infestatos manè ac vesperi inungi jubet.

℞. Elix. vitæ descript. *Augustanor.* ℥iß.
Aq. vitæ simpl. ℥iiß.
salviæ
rorismar,
lavendul. ãã ℥j.
Ol. Costin.
Vulpin. ãã ℥iß.
still. salviæ
rorismar. ãã ℈ß.
Opii Thebaic. aquâ vitæ solut.
Camphor. ãã gr. vj.
Misce diligenter ad vitrum.
S. Glieder Wasser.

Joh. Costerus Tabul. Theoretico-practic. XCVII. inter
rcotica seu torporem inducentia, quæ tamen circum-
ectè loco docenti applicentur, effingit ex Opio ac a-
paucis ingredientibus unguentum, quod dolorem
ociſſimum tanquam primarium symptoma in arthri-
e urgens maximè mitigat.

℞. Opii Thebaic. aceto dissolut. ℥ij.
Mucilag. sem. psyllii ℥ij.

Ung. popul. ℥j.

Misc. f. Unguentum.

Paulus Barbette prax. Medic. lib. 1. cap. 4. in arthriti ic ex dislocatione & contusione imprimis hocce præscr bit Emplastrum:

℞. Minii ℔ß.

Ol. tartari fœtid. ℥iß.

Ol. varum ℔j.

Castorei.

lumbricorum ãã ℥ij.

Opii crud. ℥ ß.

Ceræ alb. & Gumm. Ladan. ãã q. s.

Misc. f. Emplastrum.

In dolore arthritico ex lympha crassiore magnæ sed per efficaciæ expertus est hoc emplastrum:

℞. Emplastr. stiptic. *Croll.* ℥ ß.

Ol. philosoph. ℥ij.

Opii crud. ℈ß.

Misc. f. Emplastrum extendendum super luta.

Et *lib. 4. cap. 3.* inter externa topica in arthritide vag doloribus nuchæ, crurum, pedum, circa plantas & t los sequentem Tincturam Balsamicam maximè co mendat.

℞. Spir. lumbricor. terr. ℥v.

Salis armoniac. ℥ß.

Cochlear. ℥ j.

In quibus dissolv. Sapon. venet ℥vj.

Opii Thebaic. ℈ij.

Croci orient. ℈j.

Misce, digere per aliquot noctes & dies, posti filtra, & in vitro optimè clauso usui servari potte cum linteo prius calefacto parti adfectæ applica

W

Verùm, ut antea jam dictum, circumspectè ac pru-
nter articulis dolentibus opium ac cætera narcotica
nt applicanda, quod fideliter ad modum nos monet
utissimus *Zacutus Lusitanus lib. 2. prax. Medic. admi-*
nd. observat. 174, cum ita differit.

Quantum oporteat Medicos in narcoticorum im-
sitione supra dolentes articulos, esse sollicitos, prisci
cuêre, & hoc exemplo amplius patebit. Quidam im-
mi genu dolore vexatus, plurima, vel à nebulonibus,
medicastris relata auxilia tentavit, Hi doloris feritati
ùm attenti stupefacientia protinus imponunt, nem-
emplastrum ex foliis hyosciami, radice mandragoræ,
m aceto & opio constructum, nullo alio adjecto ali-
medicamento, quod frigidorum efficaciam corrige-
t post applicationem, dolor ferocius invalescit, genu
escit, & sic resolutis viribus, animo deficiens, superve-
nte gangrænâ è vita discessit.

Quomodo igitur medicamenta opiata ac opium i-
ium vires suas in arthriticis doloribus exserant, hacte-
s perspeximus, nunc quoque quid Laudanum nostrũ
piatum in iis valeat, videre nostrarum erit partium.

Quid melius, inquit, Clariss. *Gregorius Horstius lib X.*
Pharmaceutic. observat. 3. p. m. 481. in articulorum do-
ribus vehementissimis; totius massæ sanguineæ fer-
ntatione quasi concurrente, nec non affluxu ferven-
simo partem affectam affligente, quàm ebullitionem
am τάχισα sistere, somnum amicum introducere, &
oris nativi vim adjuvare, qui aliàs vigiliis continuis &
loribus dissipatus, extrema minatur? At hoc præstat
us Laudani, cujus ratione podagricum confirmatum
refectum memini, ut postea somno juvante, dolores
evi remiserint, & rarius redierint. Et hoc quoque Ex-
llent, noster *Horstius libr. 8. observat. 16.* Matronæ

annorum 28. ætatis, exquisitissimo pedum dolore, etc
tis horis vehementer adflictæ, exacerbatione dolor
admodum urgente, post usum vini chalybeati Lauda
Opiati cum Magister. gr. iiij. vel v. in bolo Conse
væ anthos, betonicæ vel simili exhibuit. In pari
xismo arthritico præprimis videndum est, ait, *Iohan*
Hartmannus prax. Chymiatr. lib. 2. cap. 230. Me
camentis ne æger fatigetur, sed adfl.ctione liber
tur. Ad hoc autem opus est internis pariter & e
ternis. Inter interna excellit Laudanum Opiatum
de quo *Quercetanum* vide sis *in respons. ad Aubertum*
& ex eo disce, quantum mitigando dolori & com
liando somno, & sufflaminando fluxui, & temp
rando fervori, & roborando spiritui faciat. Q
nihil æquè ex vulgaribus Medicinis præstare p
test.

Excellentiss. *Gverner. Rolfinc. lib. 4. epitom. Meth.*
gnosc. ac *curand. particular. corp. adfect. cap.* 1. inter
nodyna in arthritide (quia nonnulli sive ob ma
mam rerum necessitatem, seu quod dolorem fe
nequeant, omninò requirunt, ut medicamentum
quod dolori leniendo conveniens ipsis exhibeatu
excellere Laudanum Opiatum, Magisterium ano
num, Laudanum antipodagri um scribit. Et *lib.* 13. *c*
sult. Medic. 1. dolor, si vehementer urgeat nihil præst
tius Laudano Opiato in forma catapotiorum seu pi
lari exhibito statuit. Exhibet autem ad grana iij.
magisterium opiatum in forma pulveris ad grana vj.

Matth. Heldius in dissert. Medic de arthritide pag. m
urgentibus valde doloribus narcotica etiam usurp
da suadet, quæ spiritus sopiunt, simulq; e somnum
ducunt. Et quoniam ea sunt vel interna vel exter
Inter interna Laudanum Opiatum excellere; inter

erna verò celebre esse unguentum anodynum *Groll. Basilic. Chymic.* descriptum tradit. In usu tamen Opiatorum, ait, non diu persistendum, cum calido nativo & nervis sint inimica.

Egregium Laudani hujus Opiati in arthriticis doloribus usum eleganti sanè historia confirmat similiter Clariss. *Ioh Frestagius lib. de Opio & medicam Opiat. cap.* 8 Ad opulentum quendam præfectum in *Bruchagen* dictionis Ravensburgicæ evocatus, offendi ipsummet universali arthritide correptum, mirificè lancinari, cujus cum primum toleraret insultum, nec morbi genus intelligeret, cùm totasua familia arbitrabatur, per incantationem sibi hoc mali inflictum tantumque, ut vulgò fieri solet, dolorum mitigationem, ejulans ululamansque postulabat. Ego cùm probè novissem, me innoxiè posse hoc nostro anodyno cujuscunque generis dolores sopire, donec curationi methodicæ locus daretur, grana septem exhibui, unde dolorum sævitia omnis intepuit, ex hoc quod succi plenus esset, resignata est media dextri bracchii vena, & facta totius purgatio, totumque quod super erat, probè percuratum.

Academię nostræ civis quidam nuper vehementissimis doloribus podagricis cum summa virium imbecillitate cordisque angustia, ut ne per momentum quidem quiescere posset, premebatur, ad eum vocatus, statim præscripsi Emplastrum meum antipodagricum mirabile, ac sequentes pilulas anodynas.

℞. Mass. pil. aloephangin.
Tartar. vitriolati ää gr. vij.
Laudani Opiat. cum succ. citri præp. gr. ij.

Misc. & cum syr. papav. rh. f. l. a. Filu
No. x.

Dentur ad chartam
S. Pillen auff einmahl.

Cum autem, ut jam dixi, viribus quoque admodu
imbecillibus esset, nimiamque cordis angustiam cu
lipothymia ferè pateretur, Mixturam hãc cordialem ij
præscripsi:

℞. Aq: acetos.
cerasor. nigr.
borragin.
buglos: ãã ℥ ß.
C.C. citrat.
Confortativ. ãã ℥j.
Cinamom. c. vin. destill. ℥v.
Syr. papav. rh.
acetos. citri ãã ℥vj.
Confect. alcherm. bu. a. & m. ℥ß.
Spec. diamarg. frigid.
Pulv. Cordial. *Dorncreil.* ãã ʒj.
Magister. Corallor. ʒß
Rotul. Man. Chr. perlat ℥iij.
Spir. vitrioli q. s. ad grat. aciditat.
Fiat Mixtura
Detur ad vitrum.
S. Herzstärckender Tranck.

Hisce usurpatis illicò dolores sedati viresque resti
tutæ sunt, mihique gratias habuit maximas.

Ioh. Petrus Lotichius lib. 6. cap. 1. observat. Medic.

Viro cuidam Nobili arthritide, maximè podagrâ vet
re & recidivante correpto, necessitate imperante sse
quentem Haustulum narcoticum pro unica vice fie
mora præscripsit.

℞. Syr

℞. Syr. d. papav. ℥ij.
Laudan, Opiat. correct. gr. iij.
Ol. still. carvi gr. iij.
Vini Malvatic. ℥j.
Misc. diligenter, & f. Haustulus.

Quo assumpto, paulò post remisit dolor immanis, quiesque supervenit optata.

Item observat. 4. lib. & cap. jam cit. Viro militari podagrico pro demulcendis doloribus atrocissimis noctu tale hypnoticon dedit.

℞. Vini Malvatic. ℥j.
Laudan. Opiat. correct. gr. iij.
Ol. still. carvi
anisi ãã gt. ij.

Misc. f. Haustulus.

S. Nachtträncklein.

Et *libro tandem 6.* jam laudat. *cap. 7. observat. 2.* Capitaneo cuidam contra insomniam doloresque brachii ex fractura acerrimos sequens hypnoticon noctu propinandum præscripsit;

℞. Syr. de papav. ℥iij.
Laudan. Opiat. correct. gr. iiß.
Confect. alcherm. ʒß.
Ol. still. carvi gt. ij.

Misce ad fictile.

S. Ruhe-Säfftlein

CAPVT XXIV.

Laudani Opiati in adfectibus quibusdam externis, ac prr mò in omni hæmorrhagia insignem usum explicat.

NOn in adfectibus solùm corporis nostri internis, quos in superioribus jam adduximus, sed externi quoque ac multis aliis pluribus Laudani Opiati usus, ob ejus subitanium auxilium, variisque in morbis pe curandis præstantiam, excellentiam ac nobilitatem, mirum in modum prædicatur. In uniquaque aute hæmorrhagia, cum nimirum vel ex vulnerata arteria, vv ex calculi vesicæ excisione, vel in magnis etiam oper tionibus chirurgicis, quando membrum aliquod ens cultro, vel alio instrumento ferreo ac acuto rescinder dum est, vel in graviter vulneratis, vel etiam in quacu que sanguinis per anum profusione accidat, Laudan Opiati usus tàm internus quàm externus laudabilis e Et hoc præstantissimi etiam Medici sufficienter pro bant, confirmantque.

Clarissim. Gregorius *Horstius lib. IX. Observat. Chi rurgic. XII.* de mirifico Laudani hujus Opiati in hæmorr hagia sistenda usu sic scribit: Periculose sæpius & no rarò lethalis omninò fit hæmorrhagia, quæ vulner tam arteriam sequitur. Cujus rei exemplum Ann M DC XX. sub finem Aprilis nobis occurrit in A cademia Giessena, dum vir nobilis Juvenis *Iohann Ernestus ab* Egloffstein / Eques Francus, in manum si nistram circa carpum, divisis tendinibus exterioribu ligamento circulari, venis item ac arteriis illius loc gravem hæmorrhagiam patiebatur, quam postea fe

br

brilis calor excedens, ut fieri solet, subsequebatur cum extrema virium debilitate. Quamquam autem, adhibitis adhibendis, per dies aliquot vires recolligeret, ita ut restitutionis spem bonam conciperemus, post quatriduum tamen, ægrotante parumper in victu peccante, nec non hausto pleniori sitim restinguente gravis hæmorrhagia arteriæ læsæ vicissim obórta fuit, quâ nullo ingenio subsistente, vires pedetentim aliàs adhuc & à priori sanguinis profusione, & à febre concurrente labefactatæ, resolvebantur, ut brevi post, vitali principio exhausto, naturæ debitum solveret. At magis salutaris exitus observatus fuit in Rustico quodam viciniæ, qui 5. Februar. 1625. vulneratus in manu similem arteriæ læsæ solutionem patiebatur, ubi hæmorrhagia sanguinis arterialis cum saltu frequenter invadebat, nullisque remediis communibus corrigi voluit, quamquam tanta debilitas, ut in priori, cum arteria læsa non admodum insignis esset, non subsequeretur. Hic tandem accedens ad collegam meum, Dn. D. Sebastianum Stromayerum, auxiliũ in hac periculosa hæmorrhagia desiderat, cui pauxillum Magisterii opii ad arteriam vulneratam apponitur, quô ad miraculum usque contumax hæmorrhagia, quæ reliqua media penitus eluserat, mox restinguitur, vulnere post emplastro stiptico Crolliano facillimè consolidato.

Item *observat.* 31. *consil.* 2. *p. m.* 457. ita loquitur: Quàm maximè probo duobus diebus ante calculi vesicæ sectionem, ut illis utatur, quæ possunt somnum conciliare; nam vigilia cunctos humores diffundit, viresque dissolvit, quia fieri non potest, in negotio, ubi de vita agitur, quîn assiduę sint animi passiones, quæ somnum impediunt, coctiones perturbant & humorem liquant & fundunt; Id corrigi non potest, nisi somno; Verùm

rùm præter hæc poteſt conſequi etiam ſummum beneficium incraſſando eoſdem humores eodem medicamento (Laudano Opiato) ne impetu ex facta ſectione ruant ad veſicam, id fiet præſidio admodum accommodato, quod *Venetiis* paratur.

Et *Lib X. de pharmaceutic. obſervat. 3. p.m.* 483. Miratus ſum, innuit, aliquos Chirurgos, etiam arte ſuâ claros, quod in magnis operationibus, verbi gratia, quando membrum aliquod enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur, ægris per biduum nullum ſomnum concedat, donec ex ſumma virium debilitate ſomno corripiantur, id quod propterea fieri dicebant, ne convulſiones graves per ſomnum orirentur. At poſtquam ejusmodi ſymptomata per imperfectum ſomnum accidere ſtatuerem, autor iis ſum hactenus, ut exhibito mox prima nocte Laudano ſomnum perfectum provocent, qua ratione vires non tantum colliguntur, ſed ſimul etiam ſanguinis motus & fervor inhibetur. Quo ſine novi Chirurgum peritum & doctum, graviter vulneratis mox exhibuiſſe doſin Laudani tàm quietis conciliandæ cauſa, quàm etiam eam ob cauſam, ut inflammatio partium læſarum minor exſpectanda ſit. Imò etiam exterius in compeſcendo ſanguine vulneratarum arteriarum Laudanum vel extractũ opii præſentiſſimũ eſt remedium.

Quantum virtutis & efficaciæ in ſanguinis per anum profuſione incredibili ſiſtenda Laudanum Opiatum obtinuerit, hiſtoria certè mirabili ac pene inaudita nobis demonſtrat *Ioh. Freitagius lib. d' opio & medicam. opiatis cap.* 8. Prænobilis quidam, inquit, Satrapa immenſam puri ſanguinis copiam *Iburgi* media nocte per anum egerebat, tàm immani fluxu, ut pelves multas re-

ple-

pleret, nec ullo remedio sisti posset, nisi Laudano bis exhibito: Majorem sanguinis copiam nunquam ab ullo mortalium simul semelque excretum vidi, nec vitam rum tàm immensa profusione persistere, unquam mini persuadere passus essem, nisi ipsemet spectator fuissem. Solo hujus remedii usu, cæteris nihil proficientibus & sanguis & vita substitit mansitque inaudito penè miraculi exemplo. In hæmoptosi, acris aut subtilis materiæ catarrho suffocationem interminante, deliriis maniacis & melancholicis, mentis erroribus multisque gravissimis narium uteri & alvinis hæmorrhagiis præsentissimam ejus opem experti sumus. Nullum fluxionum, vigiliarum & dolorum est genus, quod non mitigari & deliniri posse hoc remedio censeamus & probaverimus.

Cùm verò Medicamenta sanguinem profluentem cohibentia, sint vel interna vel externa, ex his & illis maximè illa probamus, quæ sequuntur, quòd Laudanum opiatum sibi admixtum habeant, mirabilesque in omni hæmorrhagia sive sanguinis per quamcunque partem profusione cohibenda operationes præstent. Interna igitur sunt.

PULVIS.

℞. Corall. rubr. præp. ʒij.
Lapid. ætit. nucl. interior. ʒj.
hæmatit. præp.
Carneol. præp.
C. C. ust. & præp.
Terr. sigillat. ãã ʒß.
Laudan. Opiat. ϑß.
Misc. f. Pulvis subtilissimus.

Pul-

Pulvis hic mirabilis planè operationis est; omnem enim sanguinis fluxum illicò reprimit, purgationemque superfluam ut diarrhęam, dysenteriam & uteri profluvia alba sedat; & in supprimendo vulnerum sanguine admodum commendatur. Dosis ejus est à ʒß. ad ʒj.

ELECTUARIUM.

℞. Condit. radic. symphit. ℥iß.
Conserv. rosar. antiq. ℥j.
Trochisc. d. terr. sigill.
Carab.
Boli armen. præp.
Lapid. hæmatit. præp.
Corall. rubr. præp.
C. C. ust. & præp.
Croc. Martis adstrictiv ãã ʒj.
Laudan. Opiat.
Margaritar. præp. ãã ʒß.
Sacchar. rosac. tabulat.
Syr. granator. ãã q. s.
Misc. f. Electuarium.

MIXTURA.

℞. Aq. Plantag.
burs. pastor.
rosar.
cichor. ãã ℥j.
Syr. granator.
Myrtin.
è rosis sicc. ãã ℥vj.
Corallor. ℥iij.

Tro

Trochisc.d.terr. sigillat.
Lapid.hæmatit.præp.āā ʒß.
Croc.Martis adstrictiv.
Confect.alcherm.s.a. & m.
Tinctur.Corallor.āā ℈j.
Laudan.Opiat.gr.viij.

F. Mixtura.

Dosis hujus est à Cochl. j. ad ij pro una vice.

Externa sunt:

PVLVERES.

℞. Farin.volatil.ʒiß.
Ranar.aquatil.præp.ʒß.
Boli armen.
Terr.sigillat.
Gypsi.āā ʒij.
Sang.dracon.
Thuris.
Aloës
Pili lepor.minutiss.incis.
Spong.rarefact.āā ℈j.
Laudan.Opiat.ʒß:

Misc. f. Pulvis.

℞. Pulv.adstring.Galen. ʒj.
Lapid.Chrysolit.præp.ʒij.
Laudan.Opiat.ʒß.

Misc. f. pulvis.

℞. Aloës succotrin.
Thur.
Boli armen.

La-

Lapid. hæmatit.
Chrysolit. præp.
Terr. lemn.
Tut. præp.
Sang. dracon. ãã ℈ij.
Laudan. Opiat. ℈j.
Misc. f. Pulvis.

℞. Boli armen. ℥j.
Radic. bistort.
Fl. rosar. rub. exiccat.
balaustior.
Sem. Myrtillor.
Nuc. cupress.
Lapid. hęmatit. ãã ℥ß.
Sang. dracon.
Mastich.
Thur.
Myrrh ãã ℥j.
Laudan. Opiat ℥ß.
Misc. f. Pulvis.

℞. Aloës.
Thur.
Sang. dracon.
C. C. ust.
Terr. sigillat.
Farin. volatil. ãã ℥j.
Pilor. leporin. minutissimè incis. ℥ß.
Laudan. opiat. ℈j.
Misc. f. Pulvis.

CAPVT XXV.

Laudani Opiati ac Opii ſimplicis puri in puerorum aphtis graviſſimis, Cancris occultis ac tumoribus duris ſcirrhoſis ac cancroſis, & eryſipelate exulcerato uſum præſtantiſſimum declarat.

QValem vim Laudanum Opiatum, vel opium etiam ſimplex purum in puerorum aphtis graviſſimis, Cancris occultis ac tumoribus duris, ſcirrhoſis ac ncroſis, eryſipelate item exulcerato obtineat, Medici ractici experientiſſimi verbis non ſatis exprimere vant.

Lazar. Riverius centur. 2. obſervat. Medic. 43. Die uarta Septembris 1638. inquit, filius meus *Stephanus* inos quatuor natus paſſus eſt fluxionem acerrimam linguam & fauces, ut infinitis ulceribus ſcaterent, que albicantibus & admodum dolorificis cum maa inflammatione. Non poterat cibum aut juscum capere, neque lac ſugere. Et diebus ac noctibus ulabat inſomnis, macilentus ac ferè conſumptus. x remediis non profuit mel roſaceum cum ſpiritu vioili, quod aliàs mirificè conduxerat. Aderat alvi uxus copioſus, quo bilem porraceam ejiciebat. Vetatorium valdè profuit. Sed dolores & clamores erſeverabant, & continuò æger per os humorem roſum & acrem emittebat, dolore & inflammatione agis attrahente. Tandem exhibui Laudani gr. j. cum ſculo, eoque dolor ſopitus eſt, ſomnus leviſſimus ɔnciliatus, qui poſtmodum perſeveravit moderatus ſuis horis adveniens. Hinc cœpit convaleſcere,

& fluxio illa humoris per os emanantis omninò cohi
bita est. Sequenti tamen die medicamentum purgan
exhibitum est, quod multum etiam profuit.

De Laudani hujus Opiati in cancris occultis usu mi
rabili Clariss. *Gregorius Horstius lib. X. de pharmaceutic
observat. 3. p. m. 483.* ita loquitur: Casum ejusmodi is
perioribus annis in primaria quadam fœmina habui
cancrosis occultis tumoribus mammarum permulto
annos laborans, randem arthritide vagâ scorbutic
maximè dolorifica cum atrophia totius afficiebatur
hînc & inde tumoribus dolorificis, circa periostium
costarum, tibiarum, brachiorum &c. apparentibus
quæ symptomata per appropriatam potiunculam
lumbricis terrestribus aliquandiu lenire, non tam
auferre potuimus. Summum solatium hîc erat N
penthes illud nostrum, quô pilularum formâ sumpt
dolorum vehementissimorum intermissionem sæpe
procuravimus, donec tandem viribus penè exhaus
& superius ad maciem, inferius ad intumescentiam h
dropicam redacta, naturæ satisfaceret.

Paulus Barbette, prax. Medic. lib. 2. cap. 2. ungventu
seqvens. Cujus etiam *Francisc. Deckerus in Not. & O
servat* ad eandem mentionem facit, omnibus commo
datum voluit:

℞. Gumm. galban. puriss. ℥ij.
Opii Thebaic. ℥ij.
Spir. vini aromatic. ℥vj. (ex salvia,
ta, bacc. juniperi, sem. carvi,
nisi, fœniculi destillati &
hobati)

Mixta digerantur per octiduum, destillentur
leni calore ex retorta vitrea, bisque ad minim
cohobentur.

℞. D

℞. Deſtillati hujus ℥ij.
Spir. ſalis armoniac. ℥j.

Digerantur iterum, leviſſimoque calore deſtillentur per alembicum humilem, & ſeorſim ſervetur ſal volatile in forma ſicca.

℞. Salis hujus volatil. ℥ß.
Butyri non ſaliti ſeu ſæpius lavati ℥j.

Miſc. f. Unguentum cancro, tumoribusque duris illinendum.

Emplaſtrum pariter in cancro palliativum anodynum hoc deſcribit:

℞. Emplaſtr. diapalm.
diapompholyg ãã ℥ß.
Opii Spir. vini diſſol. ℥j.
Fulig. ſplend. ℈iij.
Sal. volatil. armoniac. ℈ij.
Malax. olei ſolan. expreſſ. q. ſ.

Miſc. f. Emplaſtrum.

Felix Platerus tract. 2. prax. cap. 17. pag. 806. 807. in eryſipelate exulcerato ad dolorem maximè ſedandum opium ad ℥ß cum croci media parte, additur fomentis & linimentis ſupra dictis ea etiam efficaciora reddere æſtatur, Cujus cauſâ fortè theriaca addita unguentis, at ceruſaceo, adeò prodeſt, ut Chirurgi hoc remedium manti faciant. Vel ſic compoſitum ac illitum refrigerat & dolorem mitigat.

℞. Vng. popul. ℥iß.
Ol. ſem. papav. vel hyoſciami vel Mandragor. ℥ß.
Mucilag. ſem. pſyll. ℥j.
Croci orient. ℈j.

Fiat Linimentum, cui Opium addi poterit.

Vel hoc Epithema:

℞. Lact. Mulier. ℥iij.
Ol. rosac. ℥ß.
Album. ovi vel Mucilag.
sem. lini vel psylli ℥j.
Aceti. ℥ß.
Opii. ℥ß.
Croci ℈j.

Misce f. Epithema.

CAPVT XXVI.

Laudani Opiati in hypercatharsi ac immoderata sudoris profusione usum excellentissimum exponit.

QVid agendum sit, si medicamentum purgans peretur nimium, ita ut sequatur hypercatharsis, eo non Medici solùm, sed ægrotantes quoque satius i liciti sunt. Eo casu nonnulli quietem imperant, grumque collocant in lecto calido: calida dehinc lir amina iteratis vicibus ventriculo & intestinis imp nunt & aliquid vini exhibent. Si hæc non juvant, cem moschatam tostam ægrotantibus comedend offerunt, aut pulverem ejus exhibent in vino malv co aut alio crasso adstringente & roborante. P tissimum tamen remedium & Laudanum O tum, quod variis modis administrari licebit. V gratiâ:

℞. Requiei Nicolai ℈ij.

Exhibeatur in lacte dulci cocto, maximè c lybeato.

Vel ℞. Theriac. *Androm.* recent. ℈j.
Laudan. Opiat. gr. j.

Misc. f. Bolus.

Exhibeatur eodem modo.

Vel ℞. Laudan. Opiat. gr. j.
Myv. Cydonior.
Conserv. rosar. ant. q. ãã ℈j.
Ol. still. macis gr. i.
Misc. f. Bolus,
Exhibeatur cum cochleare vini.

Laudano hoc Opiato in hypercatharsi feliciter usus
t Clarissim. *Pachequs* apud *Laz. Riverium in observat.*
mmunicat. 23. Cum ita scribit; Baro Calvissonis post
mptum pulverem diacarthami, me repugnante, cen-
es evacuatus est; hunc salvum fecimus sic. Primò ex
sculo, in quo rosæ coxerant & flores chamomill. cum
auco saccharo & vitello ovi, clysterem paravimus,
ostea sequentem iniecimus:

℞. Iuscul. capi ℔i.
Sacchar. rosar. ℥i.
Laudani *Paracels.* gr. v.
Vitell. ovor. No. i.
Misce pro Clystere.

Super purgationem statim compescuit; loco Lauda-
i etiam addi poterit theriacæ rec. ℥ij.

Superioribus paucis Mensibus Lanius quidam hujus
oci nomine *Lach Langen*, post sumptum pulverem
Gummi Gottæ, ut ex colore luteo, quem præ se tulit,
onjicio, quem ipsi ad purgandum dedit Medicaster
uidam in vicinia habitans, supra centies & amplius ἄ-
ω καὶ κάτω evacuabatur, quam hypercatharsin jam con-
ulsiones epilepticæ, spasmus, syncope maximæque vi-
ium imbecillitas sequebantur. Ad hunc citò vocatus,
nvenio ipsum planè languidum, ac convulsionibus ni-
iis spasmo item correptum. Ad compescendam hy-
ercatharsin viriumque imbecillitatem recolligendam
tatim hoc præscripsi electuarium.

℞. Conserv.rosar.antiq.
menth.crisp.
meliss.
fl.salviæ.
lavendul.
tilię.
Condit.Carn.Cydonior.ãã ℥iii.
radic.calam.aromatic.
cortic.Citri
Myrobalan,ãã ℥ii.
Theriac.*Andromachi* ℥iß.
Confect.alcherm.℥ß.
Spec.aromatic.rosat.
diarrhod.abbat.
plerefarchontic.
Diambr.
diamosch.dulc.
Trochisc.d.carab.
terr.sigillat.
Lapid.hæmatit.subtiliss.pulverisat
Pulv.Marchion. epileptic.
Corall.rubr.prep.ãã ℈j.
Laudan.opiat. cum succ. citri pra
gr.vj.
Misc.&cumSyr.d.Menth.Crisp.& Myrr
ãã q.s.
Fiat Electuarium.
S. Stärcken und stopffendes
Lattwerg.

Contra Convulsiones deinde epilepticas &spasm
sequentia ordinavi:

℞. Aq.lil.Convall.
Cerasor.nigr.

fl. tiliæ
epileptic. *Langii*
Carbuncul. ãã ʒvj.
hirundin.
Spir. ceraſor. nigr.
lil. convall. ãã ʒiij.
Syr. fl. pœon.
papav. rh. ãã ʒv.
Confect. alcherm. c. a. & m. ʒß.
Pulv Marchion. epileptic.
Spec. diambr.
diamoſch. dulc. ãã ℈j.
Ungul. alcis præp.
Cran. human. ſin. ign. Calcinat. ãã ℈ß.

Fiat Mixtura.

Item

℞. Aq. lavendul. ʒiß.
carbuncul.
Anhaltin.
Cephalic. *Caroli Quinti* ãã ʒß.
Spir. lumbricor. terr. juniperi cum S. V. ãã ʒiij.
Ol. ſtill. ſalviæ
lavendul.
Croci Oriental.
Opii crudi ac puri ãã ℈j.

Miſce ad vitrum.

S. Anſtrich Waſſer.

Nuper Vir quidam Clariſſimus, cum medicamento vomitorio leni aſſumpto, aeri frigido & vento nimis ſe expoſuiſſet, ac quoq; quoddam comediſſet, quod ventrē nimis turbare poſſet, incidit in hypercatharſin, & ali-

quoties inverso modo, ubi per vomitum evacuatus est. Cum autem sequenti die horribilia tormina circa umbilicum sentiret, nec evacuationes quoque cessarent ad ipsum vocatus sequens præscripsi Electuarium;

℞. Conserv. rosar. antiq.
Condit. Carn. Cydonior. āā ℥j.
Theriac. *Androm.* ℥j.
Philon. Roman.
Persic.
Trochisc. d. carab.
terr. sigillat.
Spec. aromatic. rosat.
Confect. alcherm.
Tinctur. Corallor. āā ℈j.
Laudan. opiat. cum succ. citri præp. gr. iij.
Misc. & cum Syr. menth. Crisp. & Corall. āā q. s.
F. Electuarium.

Quô dolores sedati sunt ac superpurgationes planè cessârunt, ægerque mollius quoque quiescere incepit.

Ad hæc remedia tamen Opiata non est transeundum, nisi evidenter appareat, alia remedia non profutura, aut necessitas vehementer urgeat, quo casu licebit etiam Laudanum Opiatum solùm per se assumptum iterare post quatuor horas. Non incommodè etiam fortàs inungitur ventriculus cum intestinis hoc vel simili linimento;

℞. Ol. Cydonior. ℥j.
nucis moschat. express. ℥ij.
still. macis gt. vj.
Ung. Comitiss. ℥ß.

Tho-

Theriac. *Androm.* ℈ii.
Laudan Opiat. gr. v.
Misc. f. Linimentum.

Eo inungatur universum abdomen calidè, & linteamina calida superimponantur.

In sudoris immoderata profusione reliquis medicamentis adstringentibus ac corroborantibus Laudanum Opiatum longè antecellit, atque efficacius adhuc sudoris nimiam profusionem sistit ac inhibet, si cum syrup. Cydoniorum, Corallorum, myrtino, de rosis siccis, granatorum, berberum, plantaginis, portulacæ, spec. rosat. novell., trochisc. de carabe, terra sigillata, camphora, spodio, aquis plantaginis, rosarum, portulacæ, nympheæ, bursæ pastoris, tinctur. corallorum permisceatur.

Impossibile sanè mihi foret, omnes tàm internos quàm externos adfectus, in quibus Laudani Opiati usus celebris esse possit, hîc adducere.

In summa: Laudanum Opiatum ritè præparatum ac correctum, & à rationali ac exercitato Medico exhibitum auxiliaris Dei manus est, Medicamentum divinum, benedictum, & tanquam donum gratiosum nobis hominibus miserrimis à Deo cœlitus demissum: imò ita comparatum est, ut à doctis & exercitatis Medicis in quantitate justa præscriptum, cuivis ætati cunctis languoribus & gravissimis omnium accidentibus convenire, nulli nocere queat. Minus ritè verò præparatum ac correctum, atque ab imprudenti ac imperito Medico majore audacia, minore cum circumspectione, inscitè, multorum verò cum exitio & ultimi fati calamitate exhibitum non adjumentum, sed nocumentũ, non Deorum manus auxiliatrix, sed rapax Plutonis hamus evadit, sanitatem non restituit, sed destruit: Vi-

tam non producit, ſed rapido curſu ad mortem deducit. Id ergò quod antiquiſſimus *Hippocratis* ætati & diſciplinæ proximus *Herophilus* de omni medicamento rectè prudenterque adhibito cedro dignâ & è tripode lectâ ſuâ ſententiâ, expreſſit, idem nos de Laudano Opiateo quoque illud nimirum ritè præparatum ac correctum ſciteque uſurpatum dextram eſſe Deorum, in uſu verò rudium & inertium, idem quod gladius in manu furioſi, vel culter in poteſtate pueri aſſeverare poſſumus.

Sempiterna ergò laus Laudanum Opiatum ritè præparatum ac correctum manebit, cum in quamplurimis morbis graviſſimis ac penè deſperatis ſit præſentiſſimum remedium, in ſedandis omnibus vehementiſſimis & acutiſſimis doloribus divinum auxilium & quaſi ultimum aſylum, quô illuſtrius, præſentius, tutius & ſecretius anodynum in univerſa Republica Spagyrica vix excogitari poteſt. Propterea ad gloriam altiſſimi & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo uti, ac Deo pro tanto beneficio è cœlo nobis demiſſo gratias agerere poſſumus. FINIS hîc eſto ac

SOLI DEO GLORIA.

INDEX CAPITUM,

Eorumque notabiliorum, quæ in hujus Libri Parte Prima continentur.

De Laudanï Opiati origine ejusque encomio ac summa laude, quæ in ingenti ad varios corporis morbos utilitate consistit. Cap. 1. Pag. 2

De Opii appellatione, forma, loco, electione ac collectione. 2.43.

De opii temperamento, an calidum illud vel frigidum? 3.53.

Opium cùm jam ab aliis Medicorum Principibus frigidum, ab aliis verò calidum statuitur, nonnè igitur mistæ alicujus qualitatis esse possit, ita ut caliditatem leviorem & fugacem, frigiditatem contra validiorem & contumaceam habeat? 4.65.

Opium, cùm neque ob frigiditatem, neque ob caliditatem suas præstet operationes, erit ergò occulta qualitate narcoticum? 5.76.

An opium sit venenum? 6.81.

An opium nutriat? 7.95.

An opium naturâ venenosum, quales nam sint ejus crudi vires & effectus? 8.102.

An opium crudum, & per se solum sine correctione propinari possit? 9.104.

In

è capite in asperam arteriam perpetua tussi insomniam
parientium, defluxionibus. 5.311
Num Laudanum opiatum vel opium simplex depuratum
& collyriis additum, in oculorum dolore & inflammati
ne conveniat. 6.320
Num in dolore crurium Laudani opiati, vel opii simplic
usus sit concedendus? 7.321
Usum excellentem in hæmorrhagia narium. 8.333
Vsum Laudani opiati, in Odontalgia seu dentium dolor
9.339.
Præstantiam Laudani opiati vel opii etiam simplicis cum
aliis ingredientibus appropriatis inadfectibus thoracis,
primò quidem in tussi sedanda ac compescenda. 10.344
Vsum egregium Laudani opiati in Pleuritide. 11.33
Vsum præstantissimum Laudani opiati in hæmoptoi sis
sanguinis sputo. 12.365
Vsum nobilissimum Laudani opiati in asthmate & Pht
13.373.
Effectum glorioſissimum Laudani opiati, in cordis adfec
bus. 14.38
Vsus illustrissimos, quos Laudanum opiatum in omniu
febrium genere præstat. 15.39
Vsum egregium Laudani opiati in ventriculi adfectibus,
jus nimirùm imbecillitate nausea, singultu, vomitu, c
lera cardialgia, ulcere, caliaca ac ardore. 16.4
Summam efficaciam ac eminentiam Laudani opiati in c
cis, Iliacis, ac cæteris ventris doloribus. 17.4
Vsum mirabilem Laudani opiati in diarrhœa ac dysente
18.450.
Vsum mirificum Laudani opiati in tenesmo, hœmorrhoid
nimio fluxu eorumque dolore. 19.4
An usus eximius Laudani opiati hepatis ac lienis adfect
quoq; conducat? 20.4

ſum præclariſſimum Laudani opiati in Renum ac veſicæ adfectibus, potiſſimum, in dolore nephritico, ulcere renum ac veſicæ, urinæ ardore ac acrimonia, gonorhœa virulenta & doloriſica mictioneque cruenta. 21. 483.

Laudani opiati uſum in adfectibus hyſtericis, uteri doloribus ſine vel cum ulcere, ejusdemque fluxu immoderato magnificum proponit. 22. 500.

Laudani opiati in articulorum doloribus uſum nobiliſſimum ac præſtantiſſimum oſtendit. 23. 521.

Laudani opiati in adfectibus quibusdam externis, ac primò in omni hæmorrhagia inſignem uſum explicat. 24. 538.

Laudani opiati ac opii ſimplicis puri in puerorum aphtis graviſſimis, cancris occultis, ac tumoribus duris ſcirrhoſis ac cancroſis & eryſipelate exulcerato uſum præſtantiſſimum declarat. 25. 545.